
BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
6
M
2 B
49

COMMENTARIORVM LINGVAE LAtinæ STEPHANI DOLETI, EPITOME duplex, quarum Altera quidem uocum omniũ in illis explicatarum, & in alphabeticum ordinem redactarũ significationes continet: Altera uero, similia, affiniaq; uerba, & eorum contraria, eodem quo ipsi autori uisum est ordine complectitur.

AD HAEC.


Dictionum, quæ præter alphabeti ordinem in explicandis alijs inseruntur, INDEX.

Omnia in studiosorum adolescentum gratiam usumq; nunc primum & collecta, & edita.



BASILEAE,

M. D. XXXVII.



Eufidina Dezenina et
possessor huma[?] libri,

~~C[illegible]~~

Dezenina

IONAS PHILOMVSVS
Candido Lectori S.



SI non modo non uitium incurrit, ſed gratiam meretur etiã, qui per longa ac inuia diuerticula erranti, uiã compendioſiorem cõmonſtrat: nõ uideo, Candide Lector, cur quorundam iniquitate male audire debeãt, qui in prolixioribus autorum Cõmentarijs abbreuiãdis operam nauant, quo & ſtudioſorum memoriæ cõſulant, & temporis breuitati ſuccurrant. quorum utrique certe iuuando, quiſquis diligenter incubuerit, magnam apud ſtudioſos gratiam iniſſe uideri meritò debet. Verũ quod obijciunt quidam, illis monimentorum contractionibus ipſi autori πρωτογράφῳ fraudem fieri, dum breuitatem amplexi ſtudioſi, ab illa prolixitate non ſecus ac inani minimèque neceſſaria garrulitate abhorrent: ſi quis eò in quocunq; cõtrahendo autore reſpiciat, ab iniuriæ culpa

equidem non uindicamus. quandoqui-
dem ingenuum eſt, non ſolum non diſſi
mulare per quem profeceris:ſed et eiuſ-
dem, cui profectũ tuum iure acceptum
fers,exiſtimationi plurimũ fauere,& gra
tiam haud grauatim, proq; uirili redde-
re. Cum igitur in hac Epitome Cõmen-
tariorum STEPHANI DOLETI, ui
ri noſtra quidẽ ætate citra controuerſiam
doctiſſimi, & de re Latina nõ male me-
riti,nihil aliud reſpexerimus, q̃ ut ſtudio
ſorum memoriam iuuaremus,pręcipua
tantum rerum omnium in Commenta
rijs illis capita, ad Romanæ linguæ opu
lentiam inſtruendã colligentes, & uelut
breuem ex ampliſſimo nemore faſcem,
aut παντοδαπῶν τὰ κέρματα χρημάτων de-
cerpẽtes:neq; uerò ab ipſo, unde hęc de
fluxerũt, fonte quenquam abducentes:
neminem fore arbitror, qui nõ aliquam
ſaltem gratiã deberi nobis à ſtudioſis exi
ſtimaturus ſit. Præſertim uerò, quod de
noſtro nihil prorſus addidimus: ſed in
exponendis omnibus, ipſius tantũ auto
ris


ris ductu ac uerbis passim usi, solam Exemplorum, Appendicum, καὶ παρέργων syluam recidimus, liberũ interim omnibus facientes, imò uerò hortantes etiam omnes, quicunq; hoc Compendio uti feliciter cupiunt, ut & illa diligenter euoluere nõ grauentur. Vale amice Lector, & operam hanc nostrã in prȩsentia boni consule.

FINIS.



DICTIONVM,
QVAE PRAETER ALPHABE
ti ordinem in explicandis
alijs inferuntur,
INDEX.

A



Affluenter

Commen-

Declaratio

Ignobilitas

Insectatio

β Missum

Rapina

Vacatio

FINIS.



COMMENTARIORVM LINGVAE LATINAE STEPHANI DOLETI in alphabeticum ordinem redactorum EPITOME.

ABDERE



ST occultare, uel retrudere. Off.1. Iungitur accusatiuo sine præpositione. interdum etiam accusatiuum cum præpositione In *habet. in* Pisonẽ, *&* Fam. 7. *uel nonnunquam ablatiuum cũ præpositione* In. de Inuent.1.

Abducere.

Donatus: *Volentes, inquit, ducimus, abducimus inuitos. Est tamen aliquãdo sine ui, ut cũ nos abducimus uel à molestijs, uel à sollicitudine, uel ab angoribus. nisi dicere*

a uelis

uelis, etiam tum uim inesse, quod animum angori deditũ, si ab angore abducamus, ui abducere uideamur. Abducere igitur est, remouere uel auertere. Tusc.1. Itẽ Abducere in alia significatione, cum seruos, uel discipulos, uel legiones abduci dicimus: ubi intelligitur subornatio, uel spes quædam conditionis melioris ostensa, uel saltem status mutatio, aut loci. de Finib.5. Abducere cũ ui præsenti. pro Flac.

Abesse,

Duplicem habet distantiæ significationem: & utraq; propria, non translata est. Est enim localis, cum locus à loco abest, ut castra à castris, urbs ab urbe. pro Cecin. Item, personam à persona abesse dicimus, uel à loco. Absolutè. Fam.2. Cum ablatiuo. Fam.4. Cũ præpositione. Fam.2. Abesse interdum in plures alios loquendi modos per metaphoram diffunditur, & est idem quod remotum esse. Off.2. Ponitur etiã pro deesse. pro Sylla. Item, pro carere, uel uacuum esse. Fam.4. Item, inferiorem esse: in Bruto. Præterea elegans illud est quod dicitur, Parũ abest quin, uel Nihil abest quin. Cic. Prorsus nihil abest, quin sim miserrimus. et sic resoluitur hic modus, Nihil propius est q̃ ut sim miserrimus. Plaut. Nihil fuit propius, quàm ut perirem. inde Tantum abest, dicimus eleganter. Off.1. Et impersonaliter ponitur, uel cum uno Vt. ad Att.13. uel duplici. ad Att.7. Pro abesse, Cicero etiã posuit Esse sine. Fam.7. Epist.10. Ponitur

nitur etiam Abesse, pro alienum esse. Off. 1. Neq; ulla re longius absumus à natura ferarum, &c. Item, pro uitare uel fugere. Fam. 16.

Abhorrere,

Est aspernari, uel fugere, aut discrepare et dissentire, remotúq; esse à re aliqua. diciturq; Abhorrens sum, pro abhorreo. pro Flac. Et aliquẽ aliquid abhorrere, pro abhorrere dicimus. Fam. 6. Cũ accusatiuo. pro Cluẽt.

Abiectus,

Dicitur iacens, summissus, contemptus, afflictus: quod tam ad res, quàm ad personas pertinet. Ad personas. Famil. 1. Ad res. pro Cluent.

Abire.

Cic. Quin tu abis in malam pestem, malumq; cruciatum. Translatè pro cessare, uel euanescere, uel sedari ponitur. Fam. 9. Item pro delabi, uel dilabi. Cic. Quid ad istas ineptias abis inquies? Item pro præterire. Fam. 12. Dicimus agrum, uillam, & simile aliquid præterire, id est, transgredi. ad Att. 10. inde Abitus, uel abitio, in Verr. Act. 5.

Abripere,

Est abstrahere, uel ui eripere, uel protrudere. in Verr. Act. 6.

Absens.

Fam. 2. Et absentia. ad Att. 10. Vide Abesse.

Absolutio,

Pro perfectione. de Inuentione lib. 2.

Abstrudere,

Est abscondere, uel abdere. Cont. Rul.

Abundare,

Est affluere, magnam & luculentam copiam habere, quod ponitur absolutè. ad Att. 1. Vel cum ablatiuo. Famil. 4. inde Abũdans, pro affluente uel copioso. & est absolutum: uel cum ablatiuo. Off. 1. Abundantia pro ubertate, copia, uel affluẽtia ponitur. de Amic. & Abũdanter, quod est copiosè, uel largè. de Orat. 2. inde etiam Abunde, quod est affatim, uel copiosè, largiter, uel plena manu. Cic. Abundè est, si epistolæ sunt molestæ.

Abuti,

Cum pro uti ponitur, significat uel magnopere uti, uel alieno tempore uti, & perperàm, uel aliorsum quàm natura comparatũ sit, etiam si nõ perperàm. Fam. 9. & 11.

Abusus.

Cic. Nõ debet mulier, cui uir bonorum suorum usum fructum legauit, ullis uinarijs & olearijs plenis relictis putare id ad se pertinere. usus enim, non abusus legatus est: id est, usus legatus est, non in id certè, ut legatum abutendo consumat.

Accedere,

Propriè ponitur, cum est loci: translatè, cum ad personas

sonas,uel res cõuertitur. Absolutè.Off.1. *Cũ accusatiuo proprij nominis.*Fam.2. *Vel cũ præpositione* Ad. Fam.4. *Vel cum* In.Fam.2. *Translatè,aut sine incremento utimur, aut cum incremento. pro* Flac. *&* de Fin.4. *Extra crementũ etiã assentiri significat,probare,uel recipere.interdum etiam inuadere,uel incuti,et datiuum habet. ad* Att.1. *Accedere cum similitudine uel æqualitate, per accusatiuum, uel præpositionem* Ad, *nõnunquam per datiuũ. ad* Att.7. *De crementi trãslatione, absolutè.* Fam.2. *Cũ datiuo.ad* Att.5. *Cum* Ad *uel* In. Fam.3. *Cum aduerbijs huc, eò, uel eódem.* Fam.4. *inde* Accessus. Valla *lib.4.cap.11.ad* Att.2.

Aliquando etiam Accedere *pro parem esse,duobus modis utimur. dicimus enim, accedo tuæ uirtuti,uel ad tuã uirtutem.*Fam.11.*&* de Amic. *Inde* Acceßio,*uulgo est, quicquid ad rem accedit: & ea quidem perpetua est & uera significatio, sed expreßiori quadam elegantia ponitur,pro incremento & additamento,quod capiti accedit. in* Ver. Act.5. *Inde dicimus* Acceßionem *facere.* Fam.2. *&* Acceßionem *adferre. ad* Att.16.

Accensus.

Marcellus scribit genus fuisse militiæ, administrantibus proximum, eo nomine. Accensum *autem appellatũ, quod ad necessarias res sæpius acciretur, ueluti accersitus. Alio modo definit* Festus: *Accensi, inquit, dicebãtur, qui in locum mortuorum militum subrogabantur, & ad*

censum adijciebantur. Liuius id multis exemplis probat, pro Accenso iurisconsulti dicunt optiones. Optio enim Iurisconsultis est, & Latinis omnibus, miles, qui ægros antecedit, tanquam eorum uicem, si usus uenerit, gerere sit paratus: ut allecti erant, qui propter inopiam Patrũ conscriptorum ex equestri ordine in Senatus numerum assumebantur. Budæum lege. Varro dicit, Accensos ministratores fuisse magistratuum, ab acciendo dictos, id est, uocando: quod accensus, tanquam præco iussu consulis acciebat Quirites ad concionẽ. Plin. lib. 7. Sic nostra ætate uocari posset, quem Adiunctum barbarè uocant, cũ scilicet aliquis in causis uel litibus conficiendis, uel autoritatis gratia, uel litis ipsius unà procurandæ nomine ad causam adiungitur.

Acceptum referre.

Duæ erant apud ueteres rationum tabulæ, prior accepti, & posterior expensi. Eas postea mutato dicendi genere, ut pleraq; alia, Barbari immutarunt, & tabulæ dati & accepti dictæ sunt. Receptã etiam uulgo appellamus & impensam: Quod autem accepti & impensi tabulæ apud Latinos uocarentur, testatur Cicero pro Rosc. Comœdo. Acceptum autem ferre, est scribere se accepisse, id est, in accepti paginam referre. Cum enim Latini scribebant in tabula accepti, se pecuniam ab aliquo accepisse, se illi dicebant pecuniam acceptam referre. Expensum uero ferre, est scribere se pecuniã dedisse, ut inquit Asconius,

scilicet

scilicet cum per singula expensi nomina summam quandam expensam adscribimus. Philip. 2. Acceptum referre, uel expensum ferre translatè. Fam. 10. Philip. 2.

Accersire,

Vel accersere dicitur, quod aliquando ponitur pro accusare, aliquando pro uocare, uel asciscere, uel assumere. Qua in re uel ad personas, uel res quadrat. Ad personas. Cic. Te non modo non accersam, sed prohibebo. Ad res relatum. de Orat. 3.

Accipere,

Aliquando pro probare accipitur. Famil. 16. Et si ob eã rem miraris, accipio causam. aliquando pro audire. Cic. Sed accipe alia. Dicimus etiam Accipere ad. Fam. 3. Accipe ad omnia, & cognosce, &c.

Acclamare,

Tam in bonam quàm malam partem capitur. Et ponitur pro exclamari, & uocẽ efferri. pro Mur. inde Acclamatio, quæ ferè semper in malũ propensa est, estq; acrior & expreßior acclamatio, quàm admurmuratio. ad Quint. Frat.

Accolere,

Est iuxtà colere. Et propriè dicitur de aquis, aut montibus. in Bruto.

Accrescere.

Cic. Flumen subito accreuit, & ea re traduci non potuerunt.

tuerint. inde Accretio. Tuscul. lib.1.

Accumulare.

Cic. Vix iam uidetur locus esse, qui tantos aceruos pecuniæ capiat. auget, addit, accumulat aurum, argentum ex præda.

Accurrere,

Pro festinando adesse. Cic. Tu si minus ad nos, nos accurremus ad te.

Acerbitas.

Acerbitatem pro miseria ponunt interdum Latini, uel pro tristitia ex miseria & calamitate contracta. ad Att. 9. Aliquãdo pro molestia. Cic. Huius acerbitatis euentum altera acerbitate, non uidendi fratris uitaui.

Aceruus.

Cic. Quantos aceruos facinorũ reperietis? inde Aceruatim. in Bruto.

Acquiescere,

Est in re, ubi nobis requies est, uel significat cum quadam animi uoluptate, quieteq; consistere in re aliqua. Fam. 4.

Acquirere,

Idẽ est, quod quærere, cõparare, conciliare, colligere, adipisci, uel cõsequi. Et acquirimus nõ semper quidẽ quæsitis, sed nõdũ quæsita: id est, nõ semper quæsitis adiungimus, sed sæpius quæ nõ habemus quærimus. Fam. 3. & 11.

Acroama

Acroama,

Significat auditionem, & ponitur pro festiua & iucunda narratione, uel uoce: atq; etiam pro homine acroama pronuntiante, ut seruitiũ pro seruo. pro Arch. poëta.

Actio,

Aliquando pro orationis pronuntiatione ponitur, aliquãdo pro quæstione, petitione, uel accusatione. de Orator. 3. in Ver. Act. 1. Inde dicimus, Actionem instituere, uel constituere. Philip. 9. Actionem dare iudex dicitur, quãdo actorem ad intendendam actionem admittit. in Ver. Act. 3. Actionem habere. pro Cecin. Actionẽ intendere. pro Milon. & Actionem eximere iudex dicitur ab Vlp. cum per dilationem eius effectum est, ut iam agi lege non poßit. Id quod eodem modo dictum est, quo Eximere diem, uel Diem tollere. Appellatur quoq; Actio exempta, cum iam desijt agi posse. Huic contrarium est, Actionẽ restituere. Actio autem ijs restituitur, qui formulis ceciderunt, aut captiunculis forensibus circumscripti, aut inconsulta simplicitate lapsi sunt, aut culpa aduocatorum, aut cognitorũ incuria, aut conniuentia gratiosa, aut sordida, aut aliâs collusoria culpa, in fraudem peremptæ litis, aut desertæ inciderunt. Sic Sueton. Nam & ijs, qui apud priuatos iudices plus petendo formula excidißent, restituit actiones.

Acuere.

Acuitur propriè serra, uel gladius. Tusc. 5. Translatè

latè tamen acuere ponitur pro excitare, hortari, & alacriorem, uehementioremq́; , aut magis industrium reddere. Fam.15.

Aculeus,

Propriè uesparũ est, uel apum, & similiũ. de Finib.5. Translatè aculeus pro omni re, quæ uehemens est & acuta, quæq́; pungit & concitat, accipitur. ad Qu. Frat. inde dicimus, Aculeum emittere, uel excutere. pro Sylla. Aculeũ dimittere, uel euellere. pro Flacco. Item Aculei, pro insectatione. ad Quint. Frat.

Acumen,

Non incitationẽ habet, sed argutiam potius. pro Flac. Et acumen ingeniorum uocat Cicero, ingeniorum uim, uehementiam, uel subtilitatem. de Orat.

Adæquare.

Cic. Senatorum enim urna copiosè absoluit, equitum adæquauit.

Adamare,

Pro concupiscere, uel exoptare. Cic. Quare laudum gloriam adamaueris.

Adaugere.

et Adaugescere. Cic. Hæc signa adaugent suspicionẽ.

Addere,

Est accessionem adiungere, uel afferre. Et uel accusatiuum habet cum datiuo, uel cum altero accusatiuo interiecta

iecta præpositione Ad, uel In. Fam. 1. 3. 4. & 13. inde Additamentum. pro Sest.

Addictus, uel Addicere.

Dubium est nemini, Addicere uerbum esse ad auctionem maxime accomodatum. Addicit enim propriè alteri licitatorum, rem ipsam uenalem uenditor, cum illam adiudicat. Sed pulchrè ad alia refertur, ut addicere sententiã, fortunas, supplicio, morti, &c. Exẽpla abundãt, ubi pro se dare, uel dedere ponitur: ut Addicere se cupiditatibus, uel petulantiæ. pro Quint. inde Addictus, pro debito. ad Att. 6. Idem est quod Perdiscere.

Addiscere.

Cic. Nihil enim curat aliud, nisi ea quæ uelocius puer addidicerat.

Adducere,

Pro mouere, afficere, uel persuadere. Fam. 5. & Adduci, uel duci. Fam. 1.

Adesse,

Interdum fauorem, opem, & auxilium habet: interdum præsentiam. Dicimus adesse præsentem, adesse corràm, adesse coràm præsentẽ. Absolutè. Off. 1. Cũ datiuo, non sine quadam assentione, aut autoritate est. Fam. 15. Adesse animo, non semper effertur per datiuum, sed etiam aliquando per ablatiuũ. pro Sylla. cum Ad præpositione. ad Qu. Frat. cũ In. Fam. 4. Adesse præsentem.

ſentem. Terent. At non quia ades,præſens dico.. Adeſſe coràm.Cic.Fit enim neſcio quo modo,ut quaſi coràm adeſſe uideare,cũ ſcribo. Adeſſe coràm præſentem.Cic. Coràm aderit præſens tibi ipſe, & ille quem inſimulas, pugio reſpondebit. Adeſſe etiam interdum auxilium ferre uel opitulari ſignificat, & non ſemper præſentem eſſe deſignat.Fam.6.

Adhibere,

Eſt admouere,adiũgere,uel adijcere. cuius uerbi multæ ſunt ſignificationes,ut Adhibere uim,fidẽ, ſtudiũ,cautionem,honores, teſtem, arbitros ,iudicium, officiũ erga aliquem, miſericordiam uel miſerationem, reuerentiam, curam,laborem, conſolationem, medicinam, modum, uel moderationem,dolórem, in cõſilium, animum,uel uoluntatẽ.Et perſonis quoq; uel rebus adaptatur. Perſonis. ad Att.2. Rebus.Fam.5.

Adhinnire

Equorum eſt proprium. dicitur tamen quiſquam ad aliquid adhinnire, cum impotenti cupiditate geſtit, uel illud immoderato geſtu accerſit. Cic. Itaque admiſſarius iſte ſimulatq; audiuit à Philoſopho uoluptatem tantopere laudari, nihil expiſcatus eſt, ſic ſuos ſenſus uoluptuarios oẽs incitauit, ſic ad illius hãc orationẽ adhinniuit.

Adhortari.

Cic. Sed age,te ut ad certam laudem adhortor,ſic à di

micatione

mications deterreo. Et *idem est quod hortari.*

Adire,

Ponitur cum accusatiuo, sine præpositione, uel cũ accusatiuo & præpositione. Ad multa trãsfertur, ut Adire periculũ, hæreditatem, &c. Fam.3. Aditus personæ & loci est. Personæ. *Cic. pro Lege. Manil. Loci.in Ver. Act. 6. Inde dicimus, Aditum aperire, uel patefacere. de Orat.1. Aditum comparare, munire, uel facere. ad Attic.2. Aditum dare. ad Att.14. Aditum esse, uel patere. Fam.6. Aditum habere. Fam.13. Aditum claudere, intercludere, præcludere, obstruere. Philip.1.*

Adiungere, uel coniungere.

Cic. Hic dies me ualde Crasso adiunxit. & ad Att.1.

Adiutor,

Cic. His contra patriam adiutor inuentus est nemo.

Adijcere,

Est adiungere, uel addere. unde dictæ sunt Adijciales cænæ. est autem Adijcialis cœna, in qua multa extra ordinem, ultraq; iusta fercula adijciuntur. Alio nomine uocantur Dubiæ *cœnæ: id est, in quibus tu dubites, quid potißimum sumas. Eædem cænæ saliares, uel pontificiales ab antiquis appellatæ sunt. In adijciendi significato præcipue obseruatur hic loquendi modus, scilicet oculum adijcere, quod est cupiditati rei uisæ teneri, uel (ut uulgo dicitur) oculum dirigere. in Ver. Act.4. Off.1.*

Adimere

Adimere,

Est detrahere, auferre uel eripere, aut præcidere. Famil.1.

Adiudicare,

Iudicum est propriè, qui sententijs suis rem esse alicuius declarant: sed in foro, & extra forum. Off.1.

Adiumentum importare.

Cic. *Plura proferre possim detrimenta publicis rebus, quàm adiumenta per homines eloquentissimos importata.*

Adiungere,

Pro adhibere, uel annectere ponitur: & pertinet tum ad res, tum ad personas. Cic. *Ad eorum causam me adiungerem.* & *Adiunctus pro continente, uel inhærente.* de Nat. Deor. 2. *inde Adiunctor.* ad Att. 8. & *Adiunctio.* ad Att. 7.

Adiuuare.

Cic. *Cuius & consilio & opibus adiuuari posset* Respublica.

Admurmurare,

Est collatis inter se capitib. & tacito quodã murmure, non plana uoce, id de quo agitur, improbare. in Verr. Act.7. *Inde Admurmuratio.* ad Att. 1. Et *cum in bonam partem sumitur, uix sine adiectiuo est, grata scilicet aut secunda.* ad Qu. Frat.

Adole-

Adolescere,

uel Adolere, crescere, & augere: cui opponitur obsolesco. de Finib. Ea cupiditas agẽdi aliquid adolescit unà cum ætatibus. Et hoc uerbũ propriè erat sacra reddentium, quod significat uotis uel supplicationibus numen auctius facere. Quoniam uero sacrificium igni fieri consueuit, adolere pro urere etiam antiqui posuerunt. Verg. Adolescunt ignibus aræ.

Adrepo.

Cic. Quib. reb. sensim ad istius amicitiã adrepserat.

Aduena,

Externus est, qui ex longinquo loco in aliud oppidũ uenit. Aduenarũ autem duo genera sunt. Quidam enim indigenis exactis ad incolendam ciuitatem quampiam ueniunt. Quidam uero ideo mittuntur, ut tanquam supplementum sint semiplenæ ciuitatis. cont. Rul.

Aduenire,

Est accedere. de Senect. à quo deductum

Aduentare,

Est proximum iam esse ueniendo. uel Aduentare dicitur, quod mox futurum est. Fam. 2. inde Aduentus. Famil. 2. Dicimus et. ã Aduentũ appropinquare. Fam. 4.

Aduersaria,

Tumultuariæ quædam tabulæ antiquis dicebantur, quæ nihil dum confectis tabulis perscribebantur, ne re-

rum memoria excideret, ut ex his postea iustæ & æternæ tabulæ fierēt. pro Rosc. Comœdo. inde dicimus Referre in aduersaria. Cic. Illud uero quod ad rē uehemēter pertinet, quæro q̄ pridem hoc nomē Fannij in aduersaria retulisti? & In aduersarijs iacere. pro Rosc. Comœdo.

Aduentitius,

Rei aduentitiæ cōtraria est insita & innata. Est enim Aduentitiū, quod aliunde confertur, neq; à nobis proficiscitur. unde Aduentitium donum illud erat, quod consulibus olim in prouincias aduenientibus dabatur. Et apud Iuriscōsultos Aduentitia dos, & Aduentitia bona filiorū, quæ aliunde quàm à patre obuenerunt. Profectitia autem dos differt ab aduentitia. nam Profectitia dos est, quæ à patre uel parente proficiscitur: ad Att. 1.

Aduersari,

Idem est, quod repugnare, contrà uenire, obsistere: et sine casu ponitur aliquando. Off. 3. Vel cū datiuo. de Orat. 1. inde Aduersarius, qui tam in persona, quàm in re est. Dicitur enim nobis aliquis Aduersarius, & res Aduersaria, quæ nobis opposita est, & aduersatur: iungiturq; cū genitiuo & datiuo. uel sine casu ponitur, ut aduersarius meus, aduersarius tuus, aduersarius noster. ad Att. 1.

Aduersarium se intendere. Fam. 8. Extra personā. Fam. 2. inde Aduersus nomen uenit, quod duplicem significationem habet. Est enim idem quod contrarius uel incommodus. aliàs autem Aduersa uulnera dicuntur, non

non quæ à tergo, sed quæ à fronte accipimus. in Verr. Act. 7. Et neq; solũ ad cicatrices aut uulnera refertur, sed ad omnẽ rem, quæ anterior opponitur, uel quæ anterior est. de Orat. 2. Et aliquando Aduersus pro contrario, uel infenso ponitur. pro Mil. Interdum hoc nomen ad fortunam & rerum statum refertur. dicitur autẽ Aduersum, quod minus ex sentẽtia cadit: et res Aduersæ, quæ non ad uoluntatem fluunt, & parum secũdæ sunt. ad Att. 10. Item Aduersus uel Aduersum aduerbia, superiori uerbo ac nomini consentanea, quæ tamen in bonam partem aliquando capiuntur, pro erga uel apud. ad Att. 12. & Terent. Id gratum fuisse aduersum te, habeo gratiam. In malam uero partem. Cic. ad Oct. Aduersus quos aciem struis?

Aduigilare,

Plus est, quàm uigilare. Terẽt. Nam satis credo, si aduigilaueris, ex unis geminas mihi conficies nuptias.

Aduolare,

Pro celeriter accedere. ducitur ab auium uolatu, quo quid celerius? Fam. 7.

Adulari,

Est inseruire & captare, ut fauorem emereamur quo quo modo, uel uoce, uel gestu. estq; tractum ἀπὸ τ̃ δούλου, id est, seruo. & sanè adulari seruile est, nõ liberale, aut ingenuum. Aliquando absolutè. de Amic. Antiqui ac-

cusatiuo iunxerunt. de Diuin. 2. inde Adulatio. de Amic.

Aduocatus.

Asconius Pæd. Qui defendit alterũ in iudicio, aut Patronus dicitur, si orator est: aut Aduocatus, si aut ius suggerit, aut præsentiam suam commodat amico: aut Procurator, si negotium suscipit: aut Cognitor, si præsentis causam nouit, & sic tuetur ut suam. Sed aduocatos omnes Iurisperiti accipiunt, qui causis agendis quoquo studio operantur. ad Att. 1. Aduocatio, quæ nõ semper pro cœtu patronorum & causidicorum, aut pro ipsa causæ defensione ponitur: sed interdum potius est coactorum amicorum ad opem, fauoremq; præstandum facta coitio. Inde Aduocare uerbum est, ad consilium, opitulationemq; causæ præstandam, amicos accersere. Quippe hominum uel consultorum, uel autoritate opibusq; pollentium comitatus & studium, uel reum, uel actorem fauorabiliorem facit, interdumq; reum noxæ eximit, interdum iuri uim adfert, propterea crimini datur. pro Sylla. Aduocationẽ interdum ponunt Latini, pro eo quod Basilicani homines consilium uel cõsultationem uocãt. in Verr. de æde Cast. & Aduocatio pro causæ defensione. Fam. 7.

Aegritudo,

Tota animi est, ut ægrotatio corporis. Terent. Incertus præ ægritudine est animus. inde dicimus Aegritudinem oriri. Terent. At uide quàm immerito ægritudo

hæc

hæc oritur mihi abs te Sostrata. Adferre. *Terēt.in* He*cyr.* Aegritudine afficere. *Cic.* *Quæ ægritudine Alcibiadem afficiebat.* Aegritudini se dedere.*ad Att.8.* Ad ægritudinem accedere, id est, augere. *Cic.* *Ad meas incredibiles ægritudines aliquid non accedit ex his, quæ de Quint. Fratre ad me adferuntur.* Aegritudinē leuare.*Tuscul.4.* Aegritudine leuare. *Fam.5.* Aegritudinem sedare.*Tusc.4.* Detrahere. *Ibidem.* Adimere.*Terent.in Heaut.*

Aemulari,

Cum accusatiuo positum, imitari significat, & quasi assequi. Etiam cū datiuo ponitur.Tusc.1. inde Aemulus.*Terent.* *Istum æmulum, quoad poteris, ab ea pellito.*

Aequabilis.

Cic. In quo igitur prætoris est diligentia requirenda? in numero nauiū? & in descriptione æquabilis sumptus? inde Aequabiliter. *de Amic.* & Aequalis: *quod ad res omnes pertinere potest, sed eleganter ad ætatem refertur. Vocamus enim æquales nostros, qui pares nobis sunt annis & ætate: uel qui eadem, qua nos, ætate uixerunt. de Orat.2.* Aequalis *pro coæuo. de Senect.* Hinc etiā Aequalitas. *Cic. Vt uirtutib. exceptis, atq; uitijs, cætera in summa æqualitate ponerent.* & Aequabilitas, *quæ dicitur cæteris, quidā rerū modus & constantia: uel sibi constans, & nulla parte in uitium inclinans ratio.*

Aequare,

Tam ad res, quàm ad personas refertur, & ut plurimum cum præpositione ponitur. Interdum tamen absolutè, uel cũ datiuo. Sed propiè æquatur area. in Verr. Act. *6. Et hac ratione dicitur mare* Aequor, *quod planũ sit, cũ nullis procellis turgescit.* Aequor *tamen non solum de mari dicitur, sed etiam in terra est. de* Diuinat. 1. Off. 1.

Aequè,

Interdum absolutè ponitur, sine socia particula: et idẽ est quod æqualiter, uel iuxtà, uel pari studio aut attentione. Fam. 13. *interdũ cũ* Ac *uel* Atq;. *de* Nat. Deor. 3. de Finib. 1. *etiam* Vt *admittit. pro* Dom. *Aeque cum* Quàm. Plaut. *Ridiculus æque nullus est, q̃ dum esurit.*

Aequitas, quod & Aequum,

Est, quæ ex iure multum remittit. Terent. *Do, prætermitto, non necesse habeo omnia pro meo iure agere.* Aequum *igitur & bonum, ius est: non illud quidem lege comprehensum, id est, legitimum, sed legitimi iuris emendatio. uel* Aequum & bonum *dicimus, absolutam bonitatem, æquitatemq; & iuris medullam, germanamq; iustitiam: quam censendo assequi, non cuiusuis est iurisperiti. Dicimus etiã* Ex æquo & bono *statuere, uel ex bono & æquo arbitrari, censere, æstimare. interdum* Aequum bonum *dicitur, sine copula. in* Brut. *Deinde æquum bonum, testamentorum sententias, uoluntatesq; tutatus est.*

Inde

Inde illa locutio, Aequi boni facio. ad Att.7. Aequum quoq; & bonum impetrare, est, quod impure dicitur à barbaris, habere rationem ab aliquo, id est, ius suum obtinere, uel rem suam recipere, uel quod æquum est auferre. Philip.2.

Aerarium,


Dicebant antiqui, pecuniam publicam & imperij. Asconium consule.

Aes alienum.

Id certè est, quod dicimus debitum. Eleganter ita antiqui loquebantur, Aes alienum tuũ, meum, patris, filij: id est, quod tu, quod ego, quod pater, quod filius cõtraxit & debet. Fam.7. inde Aes alienum conflare. Sall. Quiq; æs alienum grãde conflauerat. Facere. ad Att.13.

Contrahere. pro Sylla. Afferre. Fam.7. Habere. Fam.5. Crescere. in Verr. Act.6. Ex ære alieno laborare. Cæsar: Quos ex ære alieno laborare arbitrabatur, sollicitabat. Aere alieno obstringere. Fam.11.

Obrui. ad Att.2. Aes circunforaneum dicitur, pecunia fœneraticia, quæ ab argentarijs (mensarij, uel mensularij Latinis dicuntur: Græcis autẽ trapezitæ & collybistæ) fœnore constituto ad tempus aliquod sumitur. Circũforaneum autem ideo dicitur, quod argentarij Romæ tabernas in foro publico conductas habebant, quod etiam apud nos nihil dum exoleuit. Lege Vitruuiũ lib.5. Di-



cimus etiam Aere alieno premi.ad Att.7. In Aere esse. Fam.13. Aere alieno liberare.ad Att.6. Exire.Cic. O hominem ridiculũ, qui se exire ære alieno putaret posse, cum uenderet aliena. Aes alienũ dissoluere.pro Syl. Exonerare.Paulus de Iur. Doct.L.Profectitia: Suum æs alienum susceptum, dum filius familias esset, paterfamilias factus exonerauit. Relinquere. Cic. Cum æris alieni aliquantum esset relictum.

Aestus,

Pro scrupulo, uel dubitatione non mediocri. Plinius: Explica æstum meum. audio me male legere, duntaxat uersus: orationes enim commodius.

Aeternus.

Aeternum dicitur, quod immortale est, & perpetuũ. Cic. Nihil quod ortum sit, æternum esse potest. inde Aeternitas, quæ est immortalitas.in Pison.

Affabilis,

Est in sermone iucundus & gratus, uel comis & lenis, aut facilis. Off.1. inde Affabilitas, alloquendi facilitatem significat, sermonis comitatem, uel audiendi lenitatem. Off.2.

Affatim,

Vide Gell.lib.7.cap.7. & est copiose, uel abundãter. cui genitiuum nonnunquam addi uideas, maximè apud Poëtas & Historiographos. ad Att.2. & 14.

Afferre,

Afferre,

Aliquando pro addere uel adhibere. Fam. 2. *Ponitur interdum etiam pro nunciare, uel apportare, uel proferre.* Fam. 2. & 10. *Hinc illæ loquendi formulæ: Afferre absolutè, uel Afferre nuncium: Afferre in contrariam partem: Afferre terrores uel metum, pro inijcere: Afferre similitudines: Afferre autoritatem orationi, uel fidem: Afferre memoriæ lumen, Afferre adiutamentum, Afferre acerbitatem alicui, Afferre animum, Afferre potentiam in iudicium: Afferre calamitatem, uel falsum crimen innocenti: Afferre lachrymas, uel cladem alicui: Afferre leuationem: Afferre difficultatem alicuius uoluntati ac diligentiæ: Afferre consilium, delectationem, offensionem alicui: Afferre commutationem uoluntatis: Afferre luctum, egestatem, dignitatem, constantiā, languorem, lætitiam, ætatem, pestem, exitium, molestiam, moram, æs alienum, facultatem, prædam, finem, seruitutem, mortem, uel necem: Afferre manus alienis bonis: Afferre pacem, tranquillitatem, ocium, concordiam, opinionem, repulsam, satietatē: Afferre rebus obscuritatem, uel tenebras: Afferre præsidium, opem, uim: Afferre sumptū, pro causam sumptus dare: Afferre suspicionem, necessitatem plura dicendi: Afferre memoriam, pro memoriam excitare: Afferre quæstionem, pro quæstionem proponere: Afferre religionem, pro religione obstringere: Afferre perturbationem rerum, detrimentum, pondus orationi, con-*

iecturam,accessionem,errorem,&c.

Afficere.

Nulla ferè res est seu in bonam, seu in malam partem inclinans, ad quam rectè & appositè non quadret uerbũ afficere. Dicitur enim honore, præmio, munere, beneficio, officijs, lætitia affectus. Vel sic in malam partem, Affectus molestia, morbo, desperatione, difficultatibus, dolore, & re quauis alia, quæ animum uel corpus tangere, mouere, concitare, cruciare poßit. Dicimus enim & morte, & supplicio, & iniurijs, & contumelijs afficere. Est etiam Affectus animi incitatio, studium, & motus. Verbi exemplum. ad Att. 14. Nominis. Fam. 16.

Affingere,

Est addere, adiungere, uel attribuere. Tusc. 3.

Affinis

Adiectiuum, adiũgitur sceleri, culpæ, turpitudini, etc. pro Cluent.

Afflictare,

Est iactare, uel cruciare. Et afflictamur re aliqua, uel de re aliqua. ad Att. 3.

Affligere,

Est deprimere uel prosternere, ut affligere statuam, nauem, monumentum. in Pison. Translatè. Tusc. 4. inde Afflictus significat prostratum, uel iacentem: & opponitur florenti. Fam. 9. inde Afflictè. in Pison.

Affluere,

Affluere,

Est abundare: & affluimus tam bonis, quàm malis rebus. Quo uerò affluimus, id in ablatiuo ponunt Latini. in Verr. Act. 7. Affluentia. contra Rull. & Affluenter aduerb. Tuscul. 5.

Aggregare,

Pro adiungere. Cic. Ego te semper in nostrum numerum aggregare soleo. dicimus idem etiam Congregare.

Agitare,

Vel in bonam, uel in malam partem capitur. In bonã partem acceptum, uariam significationem habet. Ponitur enim pro factitare, uel crebrò facere. Terent. Antiqua ut consuetudine agitarem liberè inter uos conuiuiũ. Interdum inquisitionem, consilij'ue ineundi significationẽ habet. unde sunt hæ locutiones: Agitare animo, mente: & Agitare rationẽ, sententiam, &c. quæ omnia cõsilij sunt, aut rei diligentius, consideratiusq; uersandæ. pro Cluent. Est etiam mouere, pellere, uel perturbare, damnis uel iniurijs afficere: uel insectari, ut agitare feras, cum excitatæ sunt. Off. 3. inde Agitator. & dicti sunt Agitatores, aurigæ in curruli certamine, & ludis Circẽsib. Plin. Ep. lib. 8. Inde & Agitator generatim dicitur, qui uel equum, uel asinum, uel aliud quoduis animal agit. ad Att. 13. & Agitatio, in malam ferè partem non ponitur: & motum, exercitationemq; designat, aut positum in re ali

qua diligenter disquirenda studium. Propriè *quidem, pro Murena.* Translatè *uerò, Off.1.*

Alacris.

Cic. Nam cum feras bestias uideamus alacres & erectas euadere, etc. inde Alacritas. Cic. Opus est ad poëma quadã animi alacritate, quã planè mihi tẽpora eripiũt.

Alleuare,

Pro consolari. Cic. Alleuor, cum loquor tecum absens: multò etiam magis, cum tuas literas lego. inde Alleuatio. Fam.9. & Alleuamentum. Cic. In aduersis, sine ullo remedio atq; alleuamento permanere coactus est.

Allicere,

Est indicare, inducere, excitare, uel capere. & ponitur uel cum accusatiuo. Fam.2. uel cum Ad. Off.2. uel In. Fam.1. Allicere ad inanimata translatum. de Diuinat.1. hinc etiã Allectare. uide Inuitare, in exemplo de Senectute.

Alienare,

Vel Abalienare. Terent. Ita nos abalienauit. Alienare idem aliquando est, quod uulgo dicitur, extra nostram possessionem, uel dominium mittere. Cic. Nam turpitudinem summam esse arbitrantur, referri in literas publicas, precio paruo, ea quæ accepissent à maioribus, uendidisse atq; alienasse. hinc Alienus, pro alienato ponitur. Et aliquando pro eo, qui nulla nobiscũ coniunctus est amicitia.

citia, aut consuetudine. Fam.2. *inde Alienatio.* Cic. *Vltro maledictis me lacessisti, tuámq; à me alienationem ad ciues impios tibi gloriæ fore putasti.* Dicimus *quoq; Alienum esse, pro abhorrere.* Et *uariè apud* Latinos *ponitur, interdum absolutè.* Cic. *Nobis non alienum uisum est.* *Cum genitiuo.* de Finib.1. *Cum datiuo.* ad Att.1. *Cũ ablatiuo sine præpositione.* Fam.6. Et *cum præpositione.* Fam.9. *Sed & substantiuũ extra personam recipit, ut alienum tempus, aliena ætas.* Ponitur *autem Alienus pro abhorrenti uel incommodo, ut Alienus à literis, Alienum ætati aut ingenio, &c.*

Aliquandiu,

Pro aliquo temporis spacio ponitur. de Amic.

Aliquantum,

Id est, paulum, uel nonnihil. & cum quouis comparatiuo iungi potest, tumq; dicimus aliquantò, ut paulò. Famil.4. & 5. *& Aliquantulum, pro paululũ.* de Amic.

Altercari.

Cic. *Hic in altercando parem inuenit neminem. inde Altercatio.* Fam.1. *Altercationem facere.* ad Att.4. *Altercationem oriri.* de Nat. Deor.1. *Altercationẽ habere.* in Bruto.

Alter ego,

Proprius est Latinis *hic loquendi modus, cum aliquẽ sibi ualdè charum ostendunt, aut res suas perinde atq; si bi,*

bi curæ esse illi significãt. Fam.7. sic Græcis ἐπιμελὴς αὐτῶς.

Amabilis.

Amabilis paßiuæ est significationis, diciturq; amore uel amicitia dignus.Fam.7. & Amabile pro grato.Familiarium epist.9.& 10.

Amare,

Proprie.Fam.9.& 10. Dicimus etiã Amare amore.Fam.15. Et amare plus est, quàm diligere. Cic. Sic igitur facies,& me aut amabis,aut,quo contentus sum,diliges. Amare ponitur etiam cum uaria significatione & constructione.ad Att.1.& 6. Amare de,id est,ob. Famil.16. Amare pro delectari. Fam.7.& 9. Amare inter se.ad Att.6. Dicimus etiam Amemus nos inuicẽ, amatis uos mutuo,Amant se pariter.Dicitur item,Amare ex animo.ad Qu.Frat. Amare confirmantis & obtestantis.Terent.Ita me Dij bene ament.& in ea significatione crebrior est huius uerbi usus apud Comicos, quàm oratores. sic enim affirmat Cicero:Ita me dij iuuent, uel. Ne uiuam, ne ualeam, ne sim saluus, peream, dispeream, moriar:male mihi sit,si aliter scribo ac sentio.uel:Sollicitat,ita uiuã,me tua mi Tyro ualetudo.ad Att.1. Amare ut cum maxime.Terent. Bacchidem amabat,ut cũ maxime,tum Pamphilus: id est quod Barbari dicunt,sicut nunquam. Iungitur etiam alijs,ut ad Qu. Frat. Domus celebratur,ut cum maxime.

Amabo,

Amabo,

Quandoque interiectio amantis est, aliquando etiam blandientis, aut rogantis, & casum regit. Sine casu Comicis propriū est, licet apud oratores quoq; nōnunquā reperiatur. Fam.7. Terent. *Vide amabo, si non, cum aspicias, os impudens uidetur.* Dicimus etiam Amabo te. Cic. *Sed, amabo te, perfice mihi totum negotium.* & *Ama me.* Cic. *Ama me, non libenter uidi.* Inde, *Si me amas, uox etiam blandientis, aut exhortantis, cum quippiam ab aliquo postulamus, atq; auferre uolumus.* Fam.9. & 16. *Amare se, pro se admirari, uel sibi satisfacere & placere.* ad Att.4. *Amare cum amatoriè amantis est, totum ferè apud Comicos uersatur, ut scilicet illis est perpetuus de amore sermo, & frequens amantium lusus scribendi materia.* Terent. Nam ij tum simul amabant. *inde* Amator & Amans, *qui aut probanda animi inductione amat, aut amore uenereo ardet.* Fam.9. *Amator cū est amatoriè amantis.* Terent. *Quippe forma impulsi nostra, nos amatores colunt.* *Amans quando est honestè amantis.* Cic. *Homines, ut cognoui, amantes tui.* *Cū autē est amatoriè amātis.* Terēt. *Amantiū iræ, amoris redintegratio est.*

Ambigere,

Idem est, quod dubitare. Cic. *De quo nihil ambigitur.* *inde* Ambiguum. Terent. *Ambiguum hoc mihi iam dudum fuerat.* & *Ambiguum habere.* Fam.11.

Ambitus,

In petitione uersatur, cum candidati immodicis studijs ad honores contendunt. & Ambitio duplex est, una lege uetita: unde leges de ambitu latæ, cum tributim pecuniæ diuisorum & sequestrium ministerio distribuerentur. altera non uetita, quæ sine largitione fiebat. Fam.11. *dicimus etiam Ambitum silere.* de Leg.3.

Ambulare,

Interdū spaciari, uel deambulare significat. de Oratore 2. *Interdū lōgioris itineris est, & idē est quod ire, uel iter facere.* ad Att.8. *Et accusatiuo iungitur.* de Finib. 2. *inde Ambulatio, quæ interdū pro loco, in quo ambulamus ponitur.* ad Qu. Frat. *interdum prō ipsa ambulationis actione.* ad Att.1. *In ambulationem uenire.* de Orat.1.

Amicitia.

Cic. *Cuius amicitia mihi non solum ampla, sed etiam iucunda est. Inde dicimus, Amicitiæ fores aperire.* Fam.13.
Amicitiam conciliare. de Amic. *Parere amicitiam.* de Amic. *Amicitiam contrahere.* Cic. *Cum autem cōtrahit uirtus amicitiam, &c.* *Gignere.* de Amic. *Coniungere, & adiungere, uel adiungere ad amicitiam.* Fam. 8. *Conglutinare.* ad Att.7. *Instituere.* Fam.3. *Cōferre se ad amicitiam.* Fam.11. *Applicare se ad amicitiam.* in Verr. Act.4. *Adrepere ad amicitiam.* Cicer.

Quibus

Quibus rebus non sensim atq; moderate ad istius amicitiam adrepserat. Aggregare se ad amicitiam. Cæsar: Qui se ad eorum amicitiam aggregauerant. In amicitiam uenire. in Verr. Act. 4. uel Incidere. Sall. Quod si quis etiam à culpa uacuus in amicitiam eius inciderit, &c. In amicitiā accipere. Fam. 3. uel Recipere. ad Att. 2. Implicari amicitia. ad Att. 1. Incipere amicitiam. Terent. Per ego te deos oro, & nostram amicitiam Chreme, quæ incepta à paruis, cum ætate accreuit simul. Esse amicitiam alicui cum aliquo. Fam. 13. Gerere amicitiam. Fam. 3. uel Colere. Fam. 9. Crescere. Terēt. Cum ætate accreuit simul amicitia. Serpere. Cic. Serpit enim nescio quomodo per omnem uitam amicitia. Confirmare, uel firmiorem reddere. Fam. 3. & 15. Retinere. Fam. 16. Permanere. de Amic. Manere in amicitia. Cic. Pleræq; autem, & maxime illustres, in amicitia perpetuo manerent. Amicitiam uiolare. Fam. 3.

Euertere. Cic. Funditus euertant amicitiam. Extinguere. Cic. Vt extinctæ potius amicitiæ, quàm expressæ uideātur. Dissuere. de Amic. Dimittere. Cic. Est etiam quædam quasi calamitas, in amicitijs dimittendis nonnunquam necessaria. Deponere. Cic. Cauendum erit, ne non solum amicitiæ depositæ, sed etiam inimicitiæ susceptæ uideantur.

Amicus,

Dicitur à Latinis utrunq;, Sum amicus tuus, & tibi sum

sum amicus. neq; solum ad personam refertur, sed ad res etiam alias latè patet. Dicimus enim, *Amicus est meæ lau di, uel existimationi, id est, fauet, aut suffragatur meæ lau di & existimationi.* Fam. 1. & 6. *Esse in amicis inde dicimus.* Cic. *At enim postea sciuimus, & uidimus esse hunc in illius amicis.* *Amicos crescere.* Cic. Ex quo in *tellectum est, mihi absenti creuisse amicos.*

Amittere,

Est dimittere, uel iacturam facere, aut perdere. Cum pro dimittere est, eleganter dicimus, Amittere è manibus, uel de manibus, uel Amittere absolutè. in Verr. *Act. 5. &* Fam. 6. *inde Amißio.* Fam. 4.

Amor.

Cic. *Graui teste priuatus sum, amoris summi erga te mei.* *Amores pro amore.* Fam. 8. *Amores in plurali numero* Latini *appellant rem, qua maxime oblectamur, quæq; nobis uelut in delicijs est. In ea item significatione delicias ponere solent. pro Cælio.* *Inde dicimus, Amorem excitare.* Off. 1. *Conciliare.* Cic. *Sibi amorem con ciliarat à nobis omnibus.* *Nasci.* de Or. 2. *Proficisci.* Fam. 13. *Suscipere.* Fam. 10. *Amorem colere.* Fam. 6. *Fouere.* ad Qu. Frat. *Confirmare.* de Amic. *Cõseruare.* Fam. 11. *Residere in aliquo.* Fam. 5. *Ostendere.* Fam. 10. *Demonstrare.* Cic. *Amorem in nos fraternum demonstrare laboret.* *Amori respondere.* Fam. 15. *In amore respondere.* ad Brut. *Amorẽ in-*

terrum-

terrumpere.ad Att.4. Auertere ab amore. Cic. Sic me illius fugæ negligentiæq; deformitas ab amore auertit. Detrahere de amore.Fam.3. Amorẽ exhaurire. ad Attic.2. uel Abijcere. Philip.2. uel Eijcere. Cic. Vt amorem illum penitus insitum eijceret ex animo. Amore cõiungi.Cic.Ad eas autem causas,quibus inter me amore,officijs,uetustate sumus coniuncti,patriæ charitas accessit. Amore prosequi. Fam.15. Esse, id est, amore prosequi.ad Att.2. Ardere. de Pro. Cons. Amor,cũ est amatoriè amantis. Terent. Amore abundas Antipho.

Amouere,

Repulsionem habet, & ad personam refertur. ad Attic.1. inde Amotio.de Finib.1.

Amplecti,

A Latinis ponitur, pro ualde amare. non enim fit ut aliquem amplectamur, nisi singulari erga illum amore simus.Famil.Epist.5.

Amplexari,

Idem quod amplecti & fouere.Cic.Quo genere cõmotus Appius,me amplexatur.

Amplificare,

Est amplum facere, dilatare, uel multiplicare. Atqui tam mala,quàm bona amplificantur.Fam.2. inde Amplificator. Fam.10. & Amplificatio. Off.1. & 2. Translatè, Cic. Quare tibi curæ meus honos fuerit, & q̃

idem extiteris cõsul in me ornãdo & amplificando,&c. & Amplitudo, propriè. in Verr. Act. 6. Translatè, est potentiæ, aut maiestatis, aut aliquarum copiarum abundãtia. Cic. Quibus me hercule dignitas, amplitudoq; tua penè charior est, q̃ ulli. inde dicimus, Ad amplitudinẽ uenire. Cic. Maxima cum gloria & gratia ad summã amplitudinẽ peruenisset, etc. Deducere. Cæsar de bel. Gall. 7. Illustrare amplitudinẽ. Fam. 1. & Retinere. Fam. 1. inde Amplè. Philip. 5. & Amplum, id est, magnum, spaciosum, uel quod latè patet. Propriè. ad Qu. Frat. Ad personam relatum, Cic. Amplus & grandis orator. Ad res. Fam. 1. & Amplius, quod significat plusquàm, uel iam. Absolutè. Cic. Facite quod libet, daturus non sum amplius. uel cũ Quàm. pro Planc. Vel cum accusatiuo, pro Flac. Vel cum ablatiuo. in Bruto. Dicimus etiam Hoc amplius. Fam. 9.

Angere,

Vel angi. Cic. Sed angor intimis sensibus. Angi de. ad Att. 2. Angere se animi. Terent. Animi sese angebat, facti pœnitens.

Angustare,

Est urgere, premere, uel arctare. Cic. Omnis terra, quæ colitur, angustata uerticibus, lateribus latior, parua quædã insula, etc. Inde Angustiæ ab angusto, quod dicitur rectum, exiguum, uel breue. Cic. In paruum quendam & angustum locum concludi. Translatè. Off. 1. Nihil est

tam

tàm angusti animi, tamq; parui, quàm amare diuitias. & Angustia uel loci est. contra Rull. *uel uariarum rerum. pro* Cecin. *Ponitur etiam pro tenuitate & exiguitate fortunarum, ac rei familiaris.* Fam. 16.

Animaduertere,

Quod etiam Animum aduertere, in animo positũ est, & significat notare, uel attendere. item punire. Fam. 1. *& 9. Inde dicimus Animaduerto te, & in te. Animaduerto in te, est punio te: sed cum hac differentia, quod punire est quorumcunq;, siue iure, siue iniuria: Animaduertere est eius, qui in alterum habet potestatem, ordinè ac ritè, id est, cum animaduersione puniendi. Animaduerto, puto, pro intueor personam & rem dicimus, hoc est, animũ ad rem uel personam aduerto. uide* Vallã. *et* Fam. 5. *Animaduertere sine præpositione.* Terent. *Ea primum ab illo animaduertenda iniuria est. inde Animaduersio. ad* Brutum. *& Animaduersionem remittere, pro condonare.* Fam. 5.

Animus.

Tria apud Latinos significat, beneuolam animi inductionem. item quandam mentis celsitudinem, ut, Magno & elato animo est. inde Animos facere, animum addere, cadere animis, animum despondere. Postremo pro consilio uel deliberatione ponitur. Fam. 1. *& 4. Inde dicimus, Esse in animo.* Fam. 3. *Animum habere.* Fam. 10.

Debere.Fam.1. Conciliare.Off.1. Amplecti.Cic.Libenter amplector talem animum. Confirmare.Cic.Cõfirmasti animum meum atq; tenuisti. Immutare.Fam. 5. Reconciliare. ad Att. 6. Recolligere.ad Att.1. Animum suscipere.Cic.Videte,ne quem animũ suscipiendum uobis putetis. Animũ in aliquo esse.Cic. Est etiam in nobis is animus Quirites. In animo habere. Fam. 11. inde Animi inductio, pro beneuolentia,apud Latinos ferè reperitur.Fam.1. Dicimus quoq;, Animũ tuũ inducas uelim.Sic Cic.Tu quoq; animum inducas uelim. & Animo agitare, quod est cogitare, uel in cogitatione uersari.Fam.6. Dicimus quoq; eleganter, Ex animo, pro ultro & sponte. præter quæ affectum etiam quendã habet,ac studio plenius est: ut sit Ex animo, idẽ quod studiosè,uel non dissimulanter,sed uerè & apertè:quod etiã dicitur,Ex animi sententia.Fam.9.

Anniuersarius,

Anniuersariũ est, quod singulis annis fit, ut Anniuersaria sacra,anniuersarij festi dies.ad Att.1.

Annuere,

Est capitis signo obsecundare,scilicet nutu assentiri se significare,& id dare,quod petitur.& ponitur uel absolutè.de Nat.Deor.1. Vel cum datiuo solo.pro Quint. Vel cum accusatiuo solo, uel cum accusatiuo & datiuo.de Orat.2.in Verr.Act.5.

Annus,

Annus,

Spatium est temporis, quo sol suum totum conficit & peragrat cursum. Fam.5. *inde Annum intercedere.* de Orat.2. *Annum agere, uel conficere.* de Senect. *Annum habere.* pro Mil. *Dicitur etiam aliquis annos uiginti habere, qui annis uiginti natus est,* ad Att.4. *Annus uertens dicitur, cũ ad finem inclinatus redit.* Philip. 13. *Annũ abire, exire, præterire.* Fam.8. *hinc Annuus.* ad Att.5. *Et Annalis, quod aliquando adiectiuũ est, hoc est, ad annos pertinens, ut Lex annalis, quæ annorum numerum præfiniebat ad magistratus petendos, capessendosq́;. dicitur & Tempus annale. & Annales Latini uocant memoriam publicam, siue monumentum uetustatis.* Gell.lib.5.cap.18. & Cic. ad Att.12.

Anquirere

T. *Liuius dicit, quod Cicero quærere. Vnde apud eum sæpe pecunia anquisitum legimus, id est, conclusum pro mulcta uel emendatione. & Anquirere capite, pro criminaliter contra aliquem procedere.*

Antecedere,

Anteire, proprie ad corpus refertur, hoc est, ante aliquem progredi. Cic. *Biduo me Antonius antecessit itinere, multo magis fugiens, quàm ego sequens.*

Antecellere,

Quod etiam præcellere, cum datiuo ponitur. Cic.

Consuetudo dicendi longè & multum isti uestræ exercitationi ad honorem antecellit. Vel cũ ablatiuo. Cic. *Qui eloquentia cæteris antecellis.*

Anteesse,

Pro excellere, siue antecellere. Sall. *Sciebam sæpenumero pop. Rom. parua manu cum magnis legionibus hostium contendisse, cognoueram paruis copijs bella gesta cum opulentis regibus, ad hæc sæpe fortunæ uiolentiam tolerauisse, facundia Græcos, gloria belli Gallos, Romanos antefuisse.*

Anteferre,

Præferre, anteponere. Cic. *Cum uel iniquißimam pacem, iustißimo bello anteferrem.*

Anteire,

Idem quod Antecedere, & præcellere. Plaut. *Virtus omnibus rebus anteit profectò.* Terent. *Incredibile est, quanto herum anteeo sapientia.*

Anteponere,

Præferre. Cic. *Vera quidem laude probitatis, diligentiæ, religionis, neq; me tibi, neq; quenquam anteponi.*

Antestare,

Est ante aliquem stare, & anteire uel antecedere, siue aliquem progredi. Cic. *Etenim quodam tempore Crotoniatæ multum omnibus, corporum uiribus, dignitatibus antestete runt, &c.*

Antiquare,

Antiquare,

Est infirmare, uel abrogare: & maximè de legibus, rogationibus, & alijs istiusmodi dicitur. Off. 2. inde Antiquarij dicuntur homines, qui uoces priscas etiam diu desitas, curiosè consectantur, in quos extat caput in A. Gell. lib. 1. Antiquarij etiam dicuntur, antiquitatis nondũ exoletæ studiosi, peritiq́;, quorum scripta iucunda quadã rediuiuaq́; interdũ antiquitate, ueluti distincta sunt, qualis fuit olim Sallust. & nostro tempore Guil. Budæus. Antiquus autem, idem quod uetus: eleganter tamen interim ponitur pro charo. unde Antiquum habere, uel Antiquũ esse alicui, id est, charum habere, uel charum esse alicui. His enim duobus loquendi modis utebantur antiqui, cum quid sibi maxime curæ esse designabãt. Sic antiquior, pro chariore, meliore, potiore. ad Att. Nihil mihi antiquius nostra amicitia est. Et alibi: Qui pauperes sunt, ijs antiquior officio pecunia est. hinc Antiquitas, tã pro ipsa uetustate, quàm ueterũ moribus. ad Heren. Non omnia antiquitati concedenda sunt.

Anxietas,

Et angor, propiè sunt animi. Cic. Angore & metu conficiuntur. Inde dicimus Angorem capere. de Amic. Angore implicari. Tusc. 5. Angori se dare. Off. 2. Vacuitas ab angoribus. Off. 1.

Aperire

Est, quæ tecta sunt & occlusa, recludere. quod nihil se-

rè minus, quàm ad corpora adiungitur. Fam. 8. Inde dicimus aperire fontes rei alicuius, metaphoricè, rei alicuius causam indicare atq; ostendere. Tusc. 1. Coniurationem. Sall. in Catil. bel. Flagitia. Plaut. Iam ego aperiam isthæc tua flagitia. Facinora. Idē: Mea nūc facinora aperiūtur. Probra. Idē: Aedepol tua probra aperibo omnia. Dolum. Idem: Si hic non uidebit mulierem, aperitur dolus. Aperire se alicui. Terent. in And. Tū necessario se aperiūt. Naturā, uel mores. Sal. in Catil. Animum. Famil. 11. Corporis partem aliquā. Off. 2. Caput. Philip. 2. Ludum. Fam. 9. Argumentū. Terēt. Ne expectetis argumentum, &c. senes hi partem aperient. Consuetudinē. pro Marcel. Cursum. Cic. Multis apertus cursus ad laudem. Reditum. Cic. Quando tibi uirtus & dignitas tua reditū ad tuos aperit. Aperire de re aliqua. ad Heren. 1.

Apparere,

Est adesse, elucere, eminere, in conspectu esse, uel relinqui, speciem offerre, uel præ se ferre, uel habere. Interdum est minoris ad maiorem, scilicet præsto esse, & iussa nutusq; iudicis expectare. unde Apparitores dicti. Sic Gell. Lictor ille, qui apparebat Consuli. & Fam. 1. & 4. & 9. Verg. Apparent rari nantes in gurgite uasto. Ponitur etiam pro edi, uel in lucem proferri. in Parad.

Appellare,

Est iudicium dictare, uel etiam citra iudicium interpellare.

pellare. Columel. 1. Nam uel optima nomina nõ appellando fieri mala, fœnerator Alfius dixisse seueriſsime fertur: id est, non interpellando. hoc enim Appellare elegantiores autores, non interpellare uocant. Off. 1. Cauendũ ne iisdẽ de causis alij plectantur, alij ne appellentur quidem.

Appellere

Propriè dicitur, qui ex pelago, aut freto ad littus accedit. & est uerbum nauticum. Habet autem uel accusatiuũ loci solũ. ad Att. 13. Vel transitiuè ponitur. Plaut. Haud auspicatò huc me appuli. Vel translatè. Terent. Nunc uxore opus est, animum ad uxorem appulit. inde Appulsus, tam ad inanimata, ut de Diuinat. 1. quàm ad animata pertinet: idq; sæpius. ut Appulsus frigoris uel caloris dicitur, cum alterius horum instat molestia. & Appulsus solis. de Nat. Deor. 1. & 2.

Appingere,

Idem est quod Affingere, addere, uel ascribere. ad Att. 2. Appinge aliquid noui.

Applicare,

Proprie idem quod appellare. Terent. Tum ille egens applicat primum ad Chrysidis patrem se. Translatè significat conferre se, uel dedere se, & adiungere, uel sequi, uel hærere. Fam. 3. inde Applicatio animi. de Amic.

Approbare.

Famil. 1. Neq; solum dixi, sed etiam facio, dijs homini

busq; approbantibus. inde Approbatio. Fam.12. Magna Senatus approbatio consecuta est, cũ summo gaudio. & Approbationem mouere. Off.1.

Approperare,

Idem quod Accelerare. Cic. Quem diem ille, nisi ad cogitatum facinus approperaret, nunquam reliquisset.

Appropinquare,

Est propè, uel propius, uel proximè accedere. Et ponitur absolutè. Fam.11. Et cum datiuo. Cic. in Catil. inde Appropinquatio. de Senect.

Arbitrari,

Antiquis idẽ erat quod obseruare. Plaut. Huc & illuc potero, quid agãt, arbitrarier. inde Arbitri. Liuius: Per deos fœderũ arbitros & testes. Horatius in Epist. Nõ locus effusi latè maris arbiter aufert, id est, locus amœnus in mare uergẽs & spectans. Arbitrari pro constituere, modumq; & rationẽ, quasiq; formã operis faciundi delineare & præscribere. Simpliciter uero est putare, uel existimare. Etiã Arbitrari uerbum est testimonij. pro M. Font. Qui primum illud uerbum consideratissi. nostræ consuetudinis, Arbitror, quo etiã tunc utimur, cũ ea dicimus iurati, quæ cõperta habemus, &c. Hinc Arbitriũ: quod multas habet significationes. pro iudicio enim usurpatur. Off.3. Cum autẽ propriè loquendum est, inter arbitriũ et iudiciũm differentia est, ut ipse Cicero dicit. Causam perdi

disti.

disti, propterea quod aliud est iudicium, aliud arbitrium. Iudicium est pecuniæ certæ, arbitrium incertæ. Inde arbitrium inducere & circunducere, hoc est, sententiam arbitrorum antiquare. Arbitriũ igitur, arbitri sententiam significat. unde Arbitriũ suscepisse dicitur, qui iudicis partem suscepit, finemq; controuersijs se sententia sua impositurũ pollicetur. Arbitriorũ duo genera sunt: unũ eiusmodi, ut siue æquam, siue iniquam sententiam de controuersia tulerit, parêre debeamus. quod obseruatur, cum ex compromisso ad arbitrium itum est. alterum, ut ad boni uiri arbitrium redigi iubeat, quod iure decernat. Aliquando Arbiter pro præsenti et teste ponitur. ad Att. 15. Ponitur etiam pro disceptatore domestico, & quasi honorario iudice. Fam. 13. Item Arbitriũ pro mercede uel præmio, uel exuuijs, uel spolijs, uel iure poni auguror. Item Arbitria funeris olim fuere, ut quisq; pro modo censũs & dignitatis, rerumq; præclarè gestarum ornamentis funeraretur. in Pis. Arbitrium etiam pro opinione & uoluntate, & quasi quadam libidine ponitur, uel etiam rei potestate: aut pro assensionis, uel dissensionis declaratione. ad Att. 1. Conferre ad arbitrium. Fam. 11. Reuocare ad arbitriũ. Brut. Cic. Arbitrio meo, tuo, suo. Philip. 6. Ad arbitrium, pro arbitrio. Fam. 7.

Arbitratu meo, tuo, suo. Fam. 7.

Argentariam

Argentariam facere.

Dicitur argentariam, nauiculariam, aruſpicinam, uel laturam facere, idem quod argentarij, nauicularij, aruſpicis, uectoris, uel rhedarij officium exercere: aut Argentaria, *nauicularia, aruſpicina, uectura, uictum quærere.* Argentarius *igitur argentariam facit, nauiculariam nauicularius, aruſpicinam aruſpex, uectaturam uector uel rhedarius. pro* Cecinna: Romæ *argentariam non ignobilem fecit. id eſt, qui* Romæ *trapezita, uel numularius fuit celebris. inde* Argentariã *diſſoluere.* Diſſoluta *enim argentaria dicitur, cuius diſſoluuntur rationes, uel quam exercere deſinimus.*

Argumenta

Ponuntur pro deſcriptis rerum ſimulachris & perſonis, & ſculpturæ ſerie. Quint. *lib.5.* Quo *apparet omnẽ ad ſcribendum materiam deſtinatam, argumentum appellari.* Vulgo *paulo numeroſius opus, dicitur* Argumentoſum. *in* Verr. *Act.6.*

Argumentari,

Eſt *argumentis contendere, uel probare, & oſtendere. ad* Att. *2.* *Argumentari de. de* Finib. *3.*

Ariolari.

Cic. Nunc *illa teſtabor, nõ me ſortilegos, neq; eos qui quæſtus cauſa ariolantur, agnoſcere.* *inde* Ariolatio. *de* Diuinat. *1.* & Ariolus. *ad* Heren. *4.*

Arridere,

Arridere.

Arridemus his, qui nobis placent: sed nobis arrident etiam ea, quæ grata sunt. de Orat.1. *&* ad Att.13. *&* Arrideri *aliquem, paßiuè.* de Opt.gen.Orat.

Arripere.

Est apprehēdere, uel per uim adducere. Cic. Iunius *ad quæstionem arreptus est.*

Ars.

Est ratio, uel facultas, uel uia faciendi. Ponitur etiā *pro præceptis, uirtute, doctrina, disciplina, studio.* Et *poni potest etiam in malam & bonam partem.* Sed *si in malam, id in singulari numero sæpe fit.* Inde liberales artes, de Orat.3. *&* Fam.4. Arte *instituere, uel inficere.* de Orat.3. *Inde artifex, id est opifex, qui aliquid arte, uel artificiosè facit,* Fam.5. *&* Artificiū, *quod est opus, uel opera in arte posita.* Ponitur etiam *interdum pro reipsa.* Fam.9. *Artificiosus quoque & artificiosa res, quæ arte facta est.* de Finib.2. *Artificiosè.* de Diuin.2.

Asciscere.

Est adiungere, expetere, uel assumere. quod uerbū, uel ad personas, uel ad res pertinet. Ad *personas relatum pro ascribere, uel approbare accipitur.* de Amic. *Ad res.* In Verr. Act.6. *&* 7. *&* in Catilin.

Ascri-

Aſcribere.

Eſt attribuere, adiungere, uel aßignare. & ponitur cũ datiuo, uel cũ præpoſitione In *uel* Ad. Fam. 9. *Eſt etiã propriè Aſcribere, ſubſcribere, uel unà & cum ſcribere, uel adſcribere. pro* Rab. Poſth. *inde Aſcriptitius. et Aſcriptitij dicuntur allecti, ut hodie uocari poſſunt latinè in collegijs magiſtratuũ, qui uulgo creati & extraordinarij uocãtur. Aſcriptitij ciues.* de Nat. Deor. 3. *& Aſcriptitij dij, quibus dij maiorum gentium opponũtur,* Græcis παρεγγεγραμμένοι & μέτοικοι.

Aſſentari.

Nunquam ſine adulationis ſpecie eſt. uide Vallam. *& aliquando abſolutè, aliquando cum datiuo, aliquando cum accuſatiuo ponitur.* Fam. 7. *& in* Brut. *Cur ita ſentiam, non dicam, ne me tibi aſſentari putes. Cum accuſatiuo.* Acad. 2. *inde Aſſentatio, ad* Q. Frat. *& Aſſentator.* Off. 1.

Aſſentire, uel aſſentiri,

Nulla re differunt, niſi quod Aſſentiri crebrius eſt, q̃ Aſſentire, quod primum à Siſenna dictum ſcribit Fab. Cic, *Sedens his aſſenſi, qui mihi leuißime ſentire uiſi ſunt.* Dicimus *Aſſentiri* alicui. Cicer. *Huic aſſentiuntur reliqui conſulares. Aſſentiri aliquid alicui.* Fam. 4. *Id tibi nullo modo aſſentior. Aſſentiri ad.* Cic. *Ad ea, quæ ſcripſiſti, ualde tibi aſſentior. Aſſentiri de.* Cic. Fam. 1.

Bibu-

Bibulo assensum est de tribus legatis. inde Assensor. Fam.6. Assensio. de Inuent.1. Assensionem capta re.de Inuent.1. & Assensus. in Bruto.

Asserere,

Interdum est affirmare, interdũ uindicare: quod tam in malum, quàm in bonũ capitur. nam & aliquem asserimus in libertatem & in seruitutem. Ablatiuum habet cum præpositione. pro Flac. inde Assertor, qui dicitur liberator, uel uindex, quem tamen in malam partem posuit Tit.Liuius lib.3. ab Vrb.Cond. Sæpius tamen in bonã partem capitur, pro eo scilicet, qui aliquem uindicat in libertatẽ. uel generatim pro defensore & ultore. Marcial. Assertor uenias, satisq; præstes. Et Assertio, quæ est in libertatẽ uindicatio. Plin. Ideo nec assertionem denegandã ijs, qui ex eiusmodi causa in libertatẽ uindicabuntur, puto, neq; ipsum libertatem redimendam precio alimentorum.

Assiduus.

Pro locuplete & probatißimo autore ponit Gell.lib. 18. cuius sit tanta in literis autoritas, ut fidem eius sequi debeamus, quasi idonei sponsoris alicuius uerbi.

Assignare.

Est tribuere, uel attribuere. proprietatẽ uero omnem habet in agris attribuendis, uel destinandis: quanquã in hac etiã significatione usq; ad personas pateat. Significa-

tio uerò, qua dicimus aliquid alicui aßignare, quasi in uitium & culpam conuertere, translata est potius, quàm propria. ad Att.3. *Translatè. ad Att.10.* *inde Aßignatio. Fam.13.*

Aſpirare.

Pro peruenire, uel decedere ad. de Nat. Deor.2. *Itē pro fauere. Verg. Aſpiret primo fortuna labori. Dicimus aſpirare ad aliquem, pro aſpirare alicui. in Piſo.* *Aſpirare etiam eſt, in eam partem, qua quid quæritur, uultū & oculos ac ſpiritum oris aduertere. Quo factum eſt, ut ob illam ſpiritus intentionem ponatur efficiens pro effecto. Et dicitur uel de loco, uel de re, uel de perſona, ut Aſpirare in campum, in curiam, ad cauſam aliquam, ad laudem. uel Aſpirare ad Africanū, id eſt, ad Africani gloriam.* *De loco. in Verr. Act.4.* *De re. in Verr. Act.1.* *De perſona, id'que duplici ſenſu. etenim cum ad aliquē aſpirare, uel nō aſpirare poſſe dicimur, non illius ſemper corpus intelligitur, ſed dignitas, uel gloria. Fam.7.*

Aſtringere.

Idem eſt quod obligare uel obſtringere, idq; tam propria ſignificatione quàm translata. Cic. Quid illa uincula? quibus quidem libentißime aſtringor, quanta ſunt? ſtudiorum ſimilitudo, ſuauitas conſuetudinis, delectatio uitæ atque uictus, ſermonis ſocietas, literæ interiores?

Atten-

Attendere,

Est animaduertere, notare, diligenter percipere: idq; cum accusatiuo. de Orat.1. *Attendere pro animaduertere, absolutè.* Fam.1. *Attendere, pro attento animo, summaq; cum benignitate audire. pro Mil. Attendere animũ. cõtra* Rull. *Attẽdere de. Philip.12.* Et *Attẽtus. pro Sest. et pro* Rosc. *Amer. Vitã attentã uocat Cicero, nõ animi studijs deditã, sed corporis laborib. addictã. Cuius imitatione uitã attentã, aut negotialẽ appellare possumus, eã Barbari uitã actiuã uocãt. Dicimus etiã Attẽtus ad.* Of.1. *Attẽtus in. in* Verr. *Act.3. Attentũ facere. de* Orat.2. *Attentũ tenere. in* Verr. *Act.7. Attentũ se præbere. de* Nat. *Deo.3. et Attẽtio. de* Orat.2. *et Attẽtè. pro Cluẽt.*

Attenuare,

Cuius contrarium Amplificare. ad Heren.4. *Attenuata est oratio, quæ demissa est usque ad usitatiss. puri consuetudinem sermonis. inde Attenuatio. ad* Heren. 2. *& Attenuatè. in Bruto.*

Attestari,

Est in testimonium adducere, uel cõfirmare. unde Attestata fulgura dicta sunt, quæ iterum fiebant, uidelicet significationem priorum attestantia. pro Mil.

Attexere,

Est addere, uel adiũgere: sed id ꝑ trãslationẽ. Cic. Vos ad id, quod erit immortale, partem attexitote mortalem.

Attingere,

Est tangere. Cæsar: Postridie terram attingit Græcorum. & alibi: Cõmouit me, & eo magis, quod maximos motus nostræ ciuitatis attingere non poteram.

Attribuere,

Est tribuere, adscribere, assignare, uel destinare. unde Attributæ pecuniæ ab antiquis dicebantur, quas nunc Assignationes dicimus. Varr. 1. Tributum, inquit, dictum à tribubus, quod ea pecunia, quæ à populo imperata erat, tributim à singulis pro portione census exigebatur. Ab hoc ea quæ assignata erat, Attributum dictum est. ad Att. 13. inde Attributio, quæ etiam ad assignationem pecuniæ pertinet. Fam. 2.

Audiens dicto

Esse dicitur, qui iussis paret. Absolutè. in Verr. Act. 3. Audiens dicto alicuius. Fam. 8. Audiens cũ duobus datiuis. Philip. 7. Et dicto audiens esset huic ordini.

Audire

Cum accusatiuo, idem est quod fidem habere, uel credere. Fam. 2. Extra pronomen, & ad res etiam conuersum. Cic. Næ ego istam sapientiam, quamuis sit erudita, non audiã. Audire preces, Barbari exaudire dicunt, pro precibus annuere, et quod postulatur largiri. ad Qu. Frat. Dicimus etiam audiri, uel auditũ esse: & ad personam refertur, uel extra personam est. Fam. 7. & 10.

Audire ex uel è.Fam.5.et 6. Audire à.Fam.3. Audire de, interdum actiuè ponitur, ut Audiui de Dauo, id est, mihi Dauus dixit. Vel paßiuè, Hoc audiui de Dauo: id est, mihi hoc de Dauo dictũ est. ad Att.1.& Fam.9. Audire ad.ad Att. 9. Audire præceptorem, id est, præceptori operam dare. Off.1.

Audire bene,

Non dicitur, qui liberas habet ad audiendum aures, sed qui bellum de se rumorem spargi percipit. de Finib. 3. Audire autem malè, est rumorem de se malum audire.ad Att.6. inde Auditum, pro re quæ auditur. Plaut. *Vidistin', an tu audire nuncias? & Auditio, id est, rumor. pro* Plãc. *De auditione testimoniũ dicere.* Ascon.Pæd. *Et de auditione testimonium dicebatur, id est, ex audito dicebat quisq; testimonium. Auditionem accipere.Fam. 8. Auditione accipere.* Cic. *Nec tamen unquã exijssent supra terram, accepissentq; fama & auditione, esse quoddam numen, & uim deorum. Audientia cum facio solum.de Senect.*

Auersus, uel Auersum.

Aduerbia sunt.estq; idem quod erga, uel apud. & aliquando in bonam partem capiuntur. Off.2. In malam partem.in Verr. Act.5. Est enim auersum, idem quod retroflexum. Et aliquando pro remoto & alieno ponitur, idq; cum præpositione à.Fam.10.

Auersus â.

Pro alieno uel remoto. ad Att. 10. Nihil ego uidi tam ἀνηθοποίητον, tam auersum à suis,

Auferre

Semper ablationẽ habet. Et ponitur *uel pro impetrare, uel pro referre ad se, uel ad se recipere, uel asportare. ad.Att.6. Auferre inultũ. Terent.*Ergo pretiũ ob stultitiam fero, sed inultum id nunquam auferet. *Interdũ ponitur pro extinguere, uel reprimere, aut tollere. id quod non in furto, aut direptione positum est, sed in debilitate inferenda. in Verr. Act.3. Auferre dies, dicimus uariè. pro Quint.* Etiam *est abripere, detrahere, uel adimere, & tantum ad res refertur. ad Att.13.*

Aufugere,

Cic. Dionysius *seruus meus, cum multos libros surripuisset, nec se impunè laturum putaret, aufugit.*

Augere

Tã ad personas refertur, q̃ ad res. Ad personas. Off.2. et Fam.7. Ad res. Off.1. inde Augescere, uel Adaugescere, quod est augeri, uel crescere, atq; amplificari. de Sen.

Augur,

Est auguriorum interpres. Philip.1. inde Auguriũ. Fam.6. Auguriũ agere. Off.3. Auguratus. Cic. Ac ne diutius loquar de auguratu tuo, quod inuitus facio.

Augurare,

Augurare,

Vel Augurari dicimus: estq; uel diuinare, uel augurium agere. Actiuè. de Diuinat. 1. Deponentis significationis exemplum. Fam. 9. Augurari cũ accusatiuo. Tusc. 1. Cũ ablatiuo. Cic. Quãtũ cõiectura auguramur. cum De. Cic. Sed quid de illo augurer, lubet dicere.

Auocare,

Est traducere, uel à re alia ad aliam uocare. de Senect.

Aures patefacere,

Pro audire. Cic. Ita fit, ut is assentatoribus patefaciat aures suas, qui ipse sibi assentetur, et se maximè delectet.

Auscultare.

Cum accusatiuo, uel absolutè. Est enim aures ad alicuius uocem admouere. ad Att. 10. Cũ datiuo idem est quod credere, fidẽ habere, uel obtẽperare. pro Ros. Amer.

Auspicari,

Est de cœlo seruare, uel auspicium agere. de Nat. Deorum 2. Passiuè. pro C. Rab. inde Auspicium. Ferebat autem antiquorum religio atq; ceremoniæ, ut nihil sine factis augurijs & auspicijs tentarent, aut aggrederentur. unde manarunt huiusmodi locutiones: Aliquid bonis augurijs, uel auspicijs geri, id est, feliciter: uel sinistris, id est, infeliciter. ad Att. 8. Auspicium agere. in Vatin. Auspicium facere. de Diuinat. 2. Auspicatè, id est, bono auspicio. pro Mur. Auspicio bono, pro auspicatò. ad Att.

1. *Cui opponitur* Inauſpicatò.de Diuinat.1.

Autor

Multas ſignificationes habet. aliquando enim totum in conſilio dando uerſatur: & tunc pro ſuaſore, impulſore, hortatore, monitore, conſiliarioq́; ponitur. In qua ſignificatione *uel abſolutè*. Fam. 1. *uel cum genitiuo*. Famil.10. *uel cũ datiuo*. Famil.1. *in orationem uenit.* Interdum *ponitur pro machinatore, architecto, inuentore, duce, adiutore, principe, effectore*. Fam.10. Interdum *pro præceptore, uel ſcriptore. ad* Att.12. Off.3. *item* Autor *pro eo, cuius maximè in re præſenti autoritatem uel fidem ſequimur. ad* Att.8.

Autoritas,

Nomen *eſt unum ex ijs, quæ dominium rerum perficiunt.* de Aruſp.Reſp. *uide* Budæum. Cic. *Nulla enim minantis autoritas apud liberos eſt.* Inde *dicimus,* Autoritatem facere. *pro* Leg.Manil. Adferre. *de* Senect. Tribuere. *de* Diuinat.1. Conſtituere. *in* Verr. Act.3. Autoritate conſtituere. Fam.15. Eſſe in autoritate. Liuius: *Nec antè mouerunt de ſententia conſulem, quàm tribuni ſe in autoritate patrũ futuros eſſe polliciti ſunt.* Autoritatem habere. Fam.1. Eſſe, *pro* autoritatem habere. *ad* Att.2. Autoritatẽ obtinere. Aſc. *Ea porrò apud Catonem maternam obtinebat autoritatem.* Excellere. Cic. *Pompei autem autoritas, cum apud omnes tanta eſt, quanta eſſe debet, tum excellit in iſta prouincia, &c.*

Auto-

Autoritate florere. Fam. 4. *Autoritatē amplificare*. pro Leg. Manil. *Violare*. de Arusp. Resp. *Frangere*. Acad. Q. 1. *Imminuere*. in Ver. Act. 6. *Vincere*. Cic. *Victa est autoritas mea, &c*. *Exterminare*. de Pro. Cons. *Abijcere, id est, exterminare*. ad Att. 1. *Hebescere*. Cic. *At nos uicesimum iam diem patimur hebescere aciem horū autoritatis*. *Hærere, pro manere*. Cic. *De quo si uos seuerè, religioseq; iudicaueritis, autoritas ea, quæ in uobis remanere debet, hærebit*. *Recuperare*. Fam. 10. *Autoritas pro opinione, uel iudicio, uel pro sententia scripta, ut quæ à iudicibus, uel Senatoribus fertur*. Fam. 8. Epist. 8. *Autoritatem adiungere*. de Diuinat. 2. *Suscipere, id est, opinionē sequi*. Acad. Qu. 1. *Sequi*. Cic. *Hominis eloquentissimi L. Crassi autoritatem sequor*. *Autoritas pro possessionis iure*. pro Cecin.

Auxiliari,

Opem & auxilium ferre, adiutare. Cic. *Sin mihi neq; magistratū, neq; senatum, neq; populum auxiliari propter eam uim, quæ me cū Rep. uicit, licuerit, &c*. inde *Auxilium, adiutamentum*. Cic. *Vt in te nō minus auxilij, quàm in tuo collega mihi constitutū fuerit*. Inde dicimus *Auxilium petere*. Fam. 5. *Implorare*. ad Attic. 8. *Efflagitare*. Cic. *Auxiliū ab alienis efflagitabo, cum ciues uestros deseratis*. *Auxilio, uel adiumento esse*. Fam. 13. *Auxilium ferre*. de Orat. 2. *Auxilio orbare*. pro Mur. *Auxilio spoliare*. Cic. *Omni auxilio non solum*

ſuo, ſed etiam ueſtro, cæterorumq́; ordinum ſpoliatum eſſe uoluerunt.

BEATVS



ICITVR, *qui rebus omnibus ad uitæ uſum ornatumq́; ſpectantibus abundat. uide* Vall. *lib.* 4. *cap.* 114. *Cic.* Nihil *eſt tam miſerabile, quàm ex beato miſer. inde* Beatitudo, *uel* Beatitas. *de* Nat. Deor. 2. *&* Beatè. Off. 1.

Beneficentia,

Idem quod benignitas & liberalitas. unde etiam Beneficium *&* Beneficus. *Cic.* Off. 1. *Et huic coniuncta eſt beneficentia, quam eandem uel benignitatem, uel liberalitatem appellari licet. & alibi* Cic. *Hiq́; arbitrantur ſe beneficos in ſuos amicos uiſum iri, ſi locupletent eos quacunq́; ratione.*

Beneficium,

Pro *officio aut merito. Cic. Si dignum deniq́; tuis beneficijs iudicas.* Et *dicimus* Beneficio, *uel* Beneficio tuo, *pro eo quod uulgo eſt,* Tua opera. Fam. 10. *et* In *beneficij loco petere. Cic. Atq́; hoc in beneficij loco petitum eſt ab Apronio. &* In *beneficij loco deferre. Cic.* Etenim *reuera multo magis eſt petendum ab hominibus, ſi ſalui eſſe uolumus, ut eant nobiſcum in prouinciam, quàm hoc illis in beneficij loco deferendum.* Beneficium *dare.* Fam. 13.

Pro

Pro beneficio dare. Fam.8. Beneficium conferre. pro Mil. Tribuere. ad Att.6. Ponere. Fam.13. Collocare. pro Mur. Figere. Cic. Vt hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clauo figeret, ut perpetuam huius beneficij memoriam faceret. Beneficia serere. Cic. Est enim liberale officium, serere beneficium, ut metere posis fructum. Inde etiam dicimus Beneficium inire. Terent. Imò enim quàm maxime abs te oro atq; postulo Chreme, ut beneficium uerbis initum dudum, nunc re cõprobes: id est, quo beneficio gratiam inire uisus es, illud præstes, & firmus facias. Beneficijs ornare. Cic. Maxime tuis beneficijs ornatus. Beneficijs afficere. Fam. 7. uel Augere. Cic. Auctus Antonij beneficio est, eius ipsius beneficij magna pars à te est. Beneficium augere. Fam.13. Beneficijs deuincire. Fam.13. Obstringere. Cic. Qui etiam tibi erat magis obstrictus beneficio recenti. Alligare, uel obligare. Fam.13. Beneficia accipere. Fam.13. uel Habere. Cic. Quorũ beneficia maxima haberem. Pro beneficio habere. Cic. An hoc pro beneficio est habẽdum? In beneficij loco ponere. Fam. 15. Beneficia debere. Fam.8. Sustinere. Fam.2. Beneficijs respondere. Cic. Quæ memoria, quæ uis ingenij, quæ magnitudo obseruantiæ, tot tantisq; beneficijs respondere poterit? Beneficium reddere. Cic. Duo genera liberalitatis sunt, unum dandi beneficij, alterum reddendi. Soluere & remunerare. Post red. in Senat.

Fœnerari.de Amic. Comedere beneficia.Philip.11. Beneficium interire. Plaut. Malo si benefacias,id beneficium interit. inde Beneficiarius Latinis est, qui alicuius beneficijs erigitur & augetur:maximeq; de militibus dicitur,quos imperator uirtutis opinione eximit ex ordine & autoritate,grauioriq; loco dignatur.Cæsar:Armat familiam cum hac & prætoria cohorte, barbarisq; equitibus paucis,beneficiarijs suis.

Beneuolentia,

Pro amore,ac pio in aliquem studio.Cic.Præstanti in me beneuolentia & studio extiterunt. inde Beneuolentiam contrahere. Cic. A nostra persona beneuolentiã contrahamus. Captare.Cic.Ab aduersariorum persona beneuolentia captabitur. Cõciliare.Fam.4. Colligere.Fam.9. Coniungere,uel adiungere. de Amic. Suscipere.Fam.3. Conferre erga aliquem. Fam.9. Beneuolentia complecti.Fam.6. Beneuolentiam declarare.Fam.13. Præstare.Fam.12. Nauare. Fam.3. Beneuolentia esse in aliquem. Fam.10. Beneuolentiam tueri. ad Att.7.

Benignitas

Idem est, quod beneficentia: à quo fit Benignè, id est, largè. Off.1. Benignitatem conferre. Off.1. Claudere. Terent. Nuncubi meam benignitatem sensisti in te claudier?

Benignus

Dicitur liberalis, beneficus, facilis aut clemens. Cic. *Sed nescio quo modo facilius in timore benigni, quàm in uictoria grati reperimur. Sic Benignam terram appellamus feracē, & fructus abundè reddentē. Plinius de Aegypto loquēs: Nulla est, inquit, benignior tellus, nullus ager feracior. Ponitur etiam pro leni. Off.2. inde Benignè facere alicui, est aliquem beneficio demereri, uel benignitatem in aliquem conferre.Fam.13.*

Biduum, triduum, quatriduum,

Est duorum, trium, quatuor dierum spacium.de Nat. Deor. 2. *Fam.15. Vel per accusatiuum, pro temporis spacio.Fam.7. Vel per ablatiuum. Fam.3. Vel per accusatiuum loci.* ad Att.8. *Vel per ablatiuum loci.Caesar de bel.Gal.7.Bidui esse, id est, itinere, uel uia bidui.ad Atticum 5.*

Biennium,

Triennium, quadriennium, est spacium duorum, triū, & quatuor annorum. Longius uero proferuntur huiusmodi nomina ab anno, quàm à die dicta. A die enim tantū dicimus, biduum, triduum, quatriduum: ab anno uero in longius tempus nomina propagātur, ut quinquennium, decennium, &c. Philip.2.

Bifariam,

Idem est, quod bipartitò, uel duobus modis: quemadmodum

modum multifariam, quod multis: de quo alibi. et Tusc. 3.

Bilis

Cum uerbis mouere uel commouere, & concire ferè iungitur. ad Att. 2. Et si ut scribis, bilem id commouet. Plaut. Fames & mora bilem in nasum conciunt.

Blandiri,

Pro adulari, ad tactum propriè pertinet, & ad alios sensus transfertur, nonnunquam ad animum. uide Vallā. Cic. Per Pomponium blanditur Appius. inde Blandus. ad Att. 12. & Blanditia. Off. 3. & Blandimentum. Tusc. 5. & Blandè. de Orat. 1.

Bonus

Significat probum, integrum, uel iustum. Interdū præstabilem, laudabilem, & excellentem. Interdum commodum uel salutarem. Pro iusto uel probo. Fam. 13. In eadem significatione cum ironia. Cic. Quid mihi ad defendendū dedisti, bone accusator? Pro præstabili, probabili, excellenti, eximioq́;, uel pro eo quod magis integrū sit, quàm minutum, aut parte aliqua deficiens. In quo conuenit tam animo, quàm corpori. aliquē enim poëtam Bonum, uel oratorem appellamus, excellentem scilicet & præstantem oratorem uel poëtam, quæ laus ad animum refertur. Appellamus item bonas naues, ædes, uel aliquē dicimus bonis lateribus, bona corporis ualetudine, quæ præstantia extra animum posita est. de Orat. 2. Pro commodo,

commodo, uel salutari. Cic. Bona ratio confligit cum perdita. Bono esse etiã dicimus pro commodo, uel utile esse. Philip. 2. inde Bonitas, quæ interdum pro æquitate, lenitate, uel liberalitate & beneficentia ponitur. Fam. 13. Off. 3. Interdum pro præstantia uel feracitate, aut felicitate, ut bonitas agrorum uel prædiorum. Off. 1. Et Bonum, uel Bona, pro eo quod est commodum, uel commoditas, uel res bona. Bona quoq; dicuntur commoda. Fam. 6. & Off. 1.

CADERE.



VLTAS habet significationes. Aliquãdo pro euenire & contingere. Aliquando est uenire, uel redigi, aut poni. Cic. Cadendum est in unius potestatẽ. Aliquando pro uersari in uel antè, aut pro agitari, uel cõprehẽdi. in Bruto. Aliquãdo pro desinere uel finiri. Ibidem. Cadere autem propriè est corruere, uel præcipitari, uel labi. Off. 1. Translatè, pro debilitari, frangi, opprimi, perire, aut non rectè rem gerere, aut munere atq; officio fungi. Fam. 7.

Calamitas.

Calamitatem propriè grandinem rustici uocãt, quod calamum, hoc est, culmum & segetem comminuat. Plin. lib. 18. Propterea factum est, ut calamitas pro dispendio & sterilitate accipiatur, pro Leg. Manil. Calamitas

tas etiam in ludis scenicis dicebatur, cum fabula exigebatur: in prologo Hecyræ. Etiam pro aduersa uel incommoda fortuna, aut pro incõmodis rebus, aut ærumna, uel pernicie. ad Att. 1. Inde dicimus Calamitatem referre. pro Cluent. Importare. pro Sest. Machinari. ad Heren. 4. Trahere in, uel Depellere ad calamitatem. pro Leg. Manil. Calamitate afficere. ad Att. 2. Affligere. ad Att. 2. Calamitatem accidere, uel incidere. Fam. 13. In calamitatẽ incidere. ad Q. Frat. Venire. pro Rosc. Amer. Calamitatẽ capere. de Diuin. 1. Accipere. ad Att. 2. Subire. ad Brut. Haurire. pro Dom. Tolerare, uel ferre. Fam. 3. In calamitate tabescere. ad Att. 3. Calamitatẽ serpere. Cic. Ne rei crudelitas experrecta in me, in uos cõualescat, & calamitas remorata lõgius serpat atq; progrediatur, præcauete. Calamitate prohibere. pro Leg. Manil. Calamitate uel Calamitatẽ leuare. Fam. 5. Calamitatẽ detrahere. Post red. ad Quir. Calamitate liberare. Cic. Vt aliquando miser ille, atq; innocens, calamitate illa liberaretur. Calamitatem abesse ab aliquo. ad Qu. Frat. inde Calamitosus est ærumnosus, & malis calamitatibusq; prægrauatus. quod non tam ad res, quàm personas pertinet. ac significat siue id quod calamitatem fert, siue quod calamitatem importat. inde Calamitosus aër, Catoni: & calamitosum periculosumq; cœlum. Fam. 6. & 9.

Calefacere

Calefacere.

Frigida propriè calefacimus. ad Att.1. Translatè Calefacere dicitur, qui ad rem suscipiendā minus calidus sit & feruens, id est, qui in re suscipienda restitat. & sic pro commouere & concitare ponitur, uel pro agitare. Famil.epist.16.

Calendæ,

De his lege Macrob.lib.1.Satur.16.& 18. & à καλῶ ueniunt, quod est, uoco. Fam.4. Idē est autem dicere, Tertio Calendas, & Ad tertiū Calendas: quemadmodū etiam nihil interest, siue ad Calēdas Quintil.dicas, siue Calēdis Quintilib. sed & In ante diē Calend. reperias. ad Att.4.

Calígo

Pro tenebris sumitur: & aliquando, ut nox & tenebræ, transfertur. Philip.12. inde Caliginosus. Tus.1.

Callere

Est tenere, scire, scientiam habere, uel arte præditum esse. Famil.4. inde Callidus. & Callere intelligentiæ cognitionisq; præstantiam habet, caretq; omni uitij suspicione: Callidus uero iam in uitium inclinat, neq; magis in bonam quàm in malam partem accipi potest, diciturq; astutus uel uafer., uersutus, malitiosus. de Nat. Deor.3. Callidos, inquit, appello, quorū tanquam manus opere, sic animus usu concalluit. inde quoq; Calliditas. Off.1. & Callidè. pro Flacco.

Cantilena

Cantilena

A latinis ponitur pro sermone dißipato, aut sæpius usurpato: sed eo tamen ridiculo, & inani, qui uel publicus esse potest, uel inter priuatos. Fam. 6.

Capitalis.

Pro exitioso, pernitioso et pestifero accipitur. Phil. 4. Interdum est, in quo capitis, hoc est, uitæ periculum agitur, uel pertinens ad periculum capitis, unde Capitalis rei accusari uel damnari. pro Cluent. et Capitalis noxa, uel fraus, quæ capite plectēda atq; mulctanda est. de Orat. 1. & Capitalis homo, supplicio capitis dignus, uel sceleritus. & Capitalis pœna, qua capite plectimur. & Capitalis hostis, uel Capitale odium, qui, uel quod, caput petit, id est uitæ exitiū. Off. 3. in ea significatione sunt, qui apud Ro. Triumuiri Capitales dicebantur, quorum quod esset Romæ munus, si scire cupis, hic certe de ratione animaduertendi in facinorosos obiter scribendum est: quæ ea quidem erat, ut primum ad Triumuiros capitales crimina deferrētur, hij ut ad Prætores delata referrent, Prætor iudicium consessumq; cogeret, iudicesq; in consilium mitteret, Triumuiri capitales rursus decretum consilij exequerentur. Val. lib. 5. Cicero etiam Thucydidem uocat capitalem, & quasi rerum summas tantum persequentē, breuē, pressum, nō orationis ubertate luxuriantem, aut lasciuo scribendi genere utentem. Sic

Sallustium

Sallustium, aliosq; scriptores rerum capita strictim potius persequentes, quàm longis laxisq; uerborum peristromatis orationem producentes, Capitales rectè uocare possumus. ad Qu. Frat. 2. *Capitale genere neutro, sine substantiui accessione superiores omnes Capitalis significationes complectitur. dicitur enim Capitale uel perniciosum & exitiosum, uel ad periculum capitis pertinēs, ob idq; metuendum. de* Inuent. 2.

Caput

Interdum pro existimatione ponitur. pro Quint. *Et in hac significatione esse potest, Capitis diminutio, id est, existimationis, status, honorisq; decessio. Capite autē minui dicuntur, qui aut libertatem, aut ciuitatem, aut familiam amittunt.* Non *in ea tamen semper significatione* La*tini scriptores ponunt: sed generatim pro omnis status & conditionis decessione atq; iactura. de* Prouinc. Cons. I*nterdum pro uitæ & salutis discrimine.* Off. 3. *Caput propriè positū.* Philip. 11. *Aliquando pro eo est, quod* Barbari *dicunt principale. in* Verr. Act. 3. *interdū Caput est initium, aut pars diuisa, aut locus separatus, siue libri, siue epistolæ, siue legis, siue rei similis, quod uulgò* Capitulū *uocant.* Fam. 3. *Interdū pro causa, materie, fonte, uel origine, uel autore. pro* Flacco. *aliquādo Caput est, quod rem continet, uel quod in re præcipuum est, & maximè necessarium, quod* Barbari *dicunt* Punctum, *uel punctum principale,* Philip. 2. *Item elegantiam ha*

bet, cum dicimus, Quod caput est. Fam. 3. Non minus ornatum est loquendi genus, quod à capite manat, sicq; à Latinis effertur per imprecationem, Capiti tuo, uestro, & similibus. Fam. 8. Plaut. Capiti uestro illud quidē.

Castigare,

Est uerbis reprehendere, scilicet post lapsum & delictum. de Orat. 1. Et quoniam de imprudentia diximus, castigemus etiam segnitatem.

Carcer,

Tam in singulari, quàm in plurali numero, repagula significat, unde in stadijs cursus initium erat. de Amic. Inde in carcerem cōijcere. in Catil. orat. ult. Ducere, uel deducere. in Verr. Act. 7. Condere. Ibidē. Carcere emittere. pro Planc.

Carere

Iis proprie dicimur, quæ amisimus uel perdidimus. Sic Cic. Tusc. lib. 1. Carere, inquit, significat egere eo, quod habere uelis, etc. Porrò Carere à Latinis ponitur pro uacuū esse, defici, uel deseri. Et caremus tā odiosis, quàm optatis & desideratis. Carere enim dicimur uoluptate, & dolore indifferenter. Exemplum ergo rei optatæ, aut necessariæ defectionem significans, habes Fam. 2. & 4. Vel rei malæ, uel exitiosæ etiam priuationem, defectionemq; designans, Fam. 6. & 16.

Cauere

Cauere

Non ualde à prospicere discrepat, cum datiuum habet. est etiam alicui consulere. Aliquando uero Cauere stipulantis est, ac promittentis, iurisprudentis hominis, qui consultori suo rationem præscribat, formulam'ue dictet paciscendi, aut contrahendi, & monitis cõsilioq; instruit, ne conditionem suam deteriorem faciat. in Top. præfat. Quare in 3. de Orat. Cautores formularum iurisperitos uocat. Et ab ista stipulatoria, promissoriaq; cauendi significatione, ducuntur hæc loquendi genera, scilicet Caue re ab aliquo, cauere obsidibus, cauere capite, cauere prædibus & prædijs. Est quoq; Cauere cum accusatiuo iunctum idem quod fugere, uel uitare. ad Att. 6. Inde elegans modus loquendi, Caue putes, uel existimes. Cic. Sed caue, si me amas, existimes me, quod iocosius scribã, abiecisse curam reipub

Caupona,

Cuius diminutiuum Cauponula, taberna est uinaria, quam etiam Grammatici pro muliere poni tradunt. in Pisonem. & Caupo, qui est esculentorum, poculentorumq; uenditor. pro Cluent. Et de Diuin. Cũ duo quidam Arcades iter unà facerent, alter ad Cauponem diuertit, alter ad hospitem.

Cautio

Et actiuè & passiuè ponitur. & est quædam pruden-

tia & diligentia. Tusc.4. *inde Cautionem habere, res dicitur, uel in qua cautioni relictus sit locus, uel in qua multa cauenda sunt: quae significatio, si quibusdam forte uideatur paßiua, equidem nihil repugno, actiuus est tamē effectus.* Off.1. *Cautionem adhibere.* ad Att.1. *Adiungere.* de Diuinat.3. *Inde etiam Cautus, quod actiuae & paßiuae significationis est.* Fam.7. Philip.13. & *Cautè.* pro Cluent.

Causa

Multas significationes habet. est controuersia forensis, ad quam multi uenusti, & elegantes loquendi modi quadrant. Fam.1. *inde Causa superior & inferior. Superiorem autem causam antiqui dicebant, pro eo quod nunc dicimus, causam iure communi fundatam, uel ius apparentius: cuius contrarium, Inferiorem causam uocabāt.* pro Quint. *Causam facere.* de Orat.2. *Causam nasci.* pro Cor. Balb. *In causam se demittere.* Fam.5. *In causam descendere.* ad Att.8. *In causam ingredi.* Famil.5. *Causam uocari in iudicium.* de Orat.1. *Deferre in aliquem.* Fam.13. *Accipere.* de Orat.2. *Recipere.* Fam.5. *Suscipere.* Fam.7. *Causam enim suscipimus etiam non delatam. Recipere autem non dicimur, nisi delatam. Causam sustinere, est aliquando in se crimen recipere, uel agnoscere rem perpetratam, uel deriuati in se criminis suspicione laborare.* ad Att.13. *Et est etiam causam cuiusquam tueri atq; defendere.* Fam.6.

Causam

Causam tutari. Cic. *Vt potui accuratißimè, te tuamq́; causam tutatus sum.* *Defendere*. Fam. 1. *Tractare*. Famil. 3. *Causas uersare*. in Bruto. *Causam agere*. Famil. 1. *Actitare*. in Brut. *Dicere, est aliquando renuere, recusare, repugnare: ut, hoc si me fecisse cōperies, nō causam dico, quin me malè mulctes*. *Est etiam causam agere*. pro Quint. *Causam dicere ex uinculis is dicitur, qui in carcere uinctus est, interim dum criminis quæstio peragitur*. Cæs. de bel. Gal. 1. *Causæ dictio*. Cæs. de bel. Gal. 1. *inde Indicta causa damnari dicuntur, qui ad iudicium uocati non adfuerunt, absentesq́; sententiā paßi sunt*. Qu. Curt. lib. 8. *Causam informare*. pro Quint. *Orare*. in Bruto. *Perorare*. ad Qu. Frat. *Causas declamare*. Tusc. 1. *Obtinere causam*. Fam. 1. *Causa cadere*. Fam. 7. *Causam amittere*. de Orat. 2. *Causam aduersarijs tradere, id est, cedere*. Terent. in Phorm. *Causam componere, id est, controuersiam sedare*. in Bruto. *Causam iudicare*. pro Rab. Posth. *Causam alicui adiudicare*. de Orat. 2.

Celare.

Dicimus, Celo hanc rem, Celo te hanc rem, Celo tibi hanc rem, & Celo te de hac re. Terent. in Heaut. *Et scilicet iam me hoc uoles patrem exorare, ut celet senem uestrum*. *Celare cum duobus accusatiuis*. Fam. 2. *Celare cum accusatiuo & ablatiuo, cū præpositione de*. Famil. 7. *Celare cum datiuo*. Terent. in Phor. *Si hoc cele*

tur patri, in metu sum. Celari. Fam. 5. & Teret. in Eunuch. *Vbi ubi est, diu celari non potest.*

Celebrare,

Pro diuulgare ponitur aliquando, & tam in malam quàm bonam partem. ad Qu. Frat. *Aliquando pro frequentare, & crebriorem & densiorem facere: uel pro uisitare, quoniam quæ frequentamus, etiam colimus.* In persona positum. ad Att. 4. Extra personam. pro Cælio. *Aliquando pro fieri, ut celebrare ludos, iudicium, dies: quæ ponuntur pro fieri uel agi, edi uel coli.* pro Syl. *Aliquando pro prædicare, uel efferre laudibus, uel ornare.* pro Planc. *inde Celebratio, quæ actiuæ uel paßiuæ significationis est:* ad Att. 15. & Celebris, *quod paßiuæ semper est significationis, & refertur tam ad rem, q̃ ad personam. Dicimus enim locum uel hominem celebrẽ, uel diem.* Celebre *quoq; dicitur, quod patet, & in oculis est positum: uel quod hominum conuentu & frequentia excipienda clarum est & nobile: uel quod fama & existimatione in dignationem aliquam uenit. Sic dicũtur celeberrimæ conciones, celebres portus, urbis partes, forum celeberrimum, oraculum Appollinis. Loco celebri opponitur desertus, ut celebritati solitudo.* ad Att. 12. & Celebritas, *quod uel ad locum & hominum frequentiam pertinet, uel ad honorem & dignitatẽ, existimationemq;.* Fam. 7. & 14. Off. 2.

Celera-

Celerare,

Vel Accelerare, idem. Cic. Si accelerare uolent, ad uesperam consequentur. Idē: Atq; uno modo celeraret, & c. inde Celer. in Bruto. Celeritas, quæ est corporis uelocitas. ad Att. 16. Celeritatem adhibere, uel suscipere. Fam. 10. Celeritatē morari, id est, retardare. Philip. 5. Translatè. de Orat. 1. Celeriter, est citò, uel breui tempore, aut maturè. Fam. 3.

Census,

Est prouentus bonorū, uel fortunæ & copiæ, uel æstimatio rerum ac bonorum. unde Census tributū dicebatur. Ab hac etiam significatione est, Censum habere, id est, æstimationem facere. in Verr. Act. 4.

Centuriare,

Est in centurias describere, uel conscribere. Cic. Cum homines, inquit, in tribunali Aurelio palàm conscribi, centuriariq; uidissem. inde Centuriata comitia, quæ dicūtur, cū ex sexu & ætate fertur suffragiū in magistratibus designandis, per centenos ordines diuiso pop. Rom. qui ordo uocabatur Centuria. pro Leg. Manil. & Centurio, qui est centuriæ princeps. pro Mur. & Centurionis officium, Centuriatus appellabatur. pro Leg. Manil. Centuriatim. Cic. Tributim & centuriatim descriptis ordinibus.

Cernere,

Propriè uidere, sed ad animum etiam conuertitur: & est animaduertere & attendere. quod etiam, ut Video, præter communem significationem certo quodam loquendi modo spectabile est. ut enim Videre oculis ὀφθαλμοῖς dicimus, ita oculis cernere. pro Cluent. Omnia sic aperiam, ut ea cernere oculis uideamini. Dicunt etiã Latini, *Cerneres, pro uidere & perspicere posses.* Salust. *in Catil. Sed confecto prælio, tum uero cerneres, &c.* Cernere hæreditatem, pro adire, de quo alibi. Cernere animo uel mente. Fam. 5. Et in Catilin. *Cerno animo sepultam patriam, etc.*

Certamen,

Pro priuata contentione, uel concertatione ponitur. de Finib. 2. *In certamen uenire.* de Orat. 1. *Descendere.* Tusc. 2. *Certamen instituere.* Acad. 1. *Esse certamen cum aliquo.* Off. 1. *Esse certamen inter.* Cic. *Gloriæ maximum certamen inter ipsos erat.* inde *Certatim.* Fam. 10. & *Certare, est re omni extra bellum contendere, & tam in bonam, quàm in malam partem capitur.* Dicimusq; *certare cum aliquo re aliqua, uel de re aliqua.* de Orat. 1. *inde Certatio.* pro Quint.

Certiorem facere,

Dicimus, *Certiorem te facio huius rei, uel de hac re.* Fam. 1. & 12. *Dicimus etiam, Certiorem facere alicuius rei.*

ius rei,uel de aliqua re. Fam.1.& 4. Certiorē uel certum reddere,apud Ciceronem non reperias.

Certum,

Pro explorato,siue cognito & perspecto.Cic. Neque *id tamen certum. inde Certum habere. Fam.14. & Pro certo habere.Fam.8. & Certus. ad Att.2.Certi sumus interijsse omnia. Cui aduersum est Incertus.& Certus homo,ut plurimum paßiuè ponitur:estq; quē Barbari uocant, expressum hominem. eum autem sic interpretamur:Certus homo,id est,consultò & necessario missus,uel cui rectè tutoq; aliquid committere, tradereq; possumus,ut in literis dandis, negotioq; imponendo: uel Certus homo,id est,ita notus, ut nominatim designari poßit. Fam. 4. Et Verg.Equidem per littora certos Dimittam. Dicimus etiam,Certum scire,certò scire,& certè scire,de quibus alibi.*

Cessare

Interdum est,nihil agere,uacare: interdum intermittere,desistere,desinere,uel finem facere.Interdum cōquiescere,uel respirare.Absolutè. Fam.16. Cum uerbo infinito significat intermittere.Terent.Cessas loqui? inde Cessator.Fam.9. & Cessatio. Fam.16.

Charitas,

Idem est quod amor,siue amicitia,& beneuolentia alicuius in aliquem. Cic. Me autem impulit tui charitas.

Inde Charũ habere, pro amare. Cic. Te tanti facio, ut paucos æque ac te charos habeam. & Charus, iucũdus ac ſuauis. Nam his tribus uocibus Latini nulla differentia utuntur, cum quempiam ualde à ſe amari deſignant, præterquàm quod Suauis interdum lenem & ſingulari morum facilitate præditum ſignificat. Et iucundum cũ charo ferè coniunguntur ſemper, Fam. 2. & 3.

Circumfluere,

Eſt abundare, uel affluere. ad Att. 2. Circumfluens gloria, deformatus corpore, fractus animo, &c.

Circumſpicere,

Circũſe uidere eſt. Translate aũt ſignificat diligẽter animaduertere, attendere, & prouidere. Off. 1. & contra Rull. Vt circũſpiciamus omnia, quæ populo grata ſunt, nihil tam populare, quàm pacem reperiemus.

Citare,

Eſt aliquando in ius uocare, iubere adeſſe, & diem alicui dicere. Interdum extra forum eſt, & pro fidem autoritatẽq; alicuius implorare ac obteſtari ponitur. pro Mil. Pro citare nonnulli Allegare dicunt, quod non probamus, cum Allegare Latinis ſit mittere. in Verr. Act. 3. Pro citare etiam ponunt Latini, laudare. de quo ſuo loco.

Clam me eſt,

Pro me præterit, me latet. Plaut. Hæc clã me omnia. inde Clam habere, Terent. Satis certò ſcio, non me clam

haberet

haberet, quæ celasse intelligo. Clam cum accusatiuo. Cic. in Sall. Itaq; timens, ne facinora eius clam nos essent. Clam aduerb. Fam. 1. & Clanculum, diminutiuum à clam: neq; ferè cum casu iungitur, iunxit tamen Terent. in Adel. Postremo alij clanculũ patres quæ faciũt, &c.

Claritas,

Pro splendore & nominis celebritate. Cic. Quæ quanquam ex multis pro tua claritate audiam, tamen libentissime ex tuis literis cognoscam. & Clarus, illustris. Cic. Amplissimus & clarissimus uir. de Orat. 1.

Classici

Non omnes dicebantur, qui in classibus erant, sed primæ tantum classis homines, qui centum & uiginti quinque milibus æris, amplius'ue censi erant. Gell. lib. 7. Hinc etiã Classici testes & assidui dicebantur, omni exceptione maiores, & irrefutabiles, qui signandis testamentis adhibebantur: hoc est, primæ classis homines, quasi primæ autoritatis, & idonei ueritatis spõsores. Cõtrà uero proletarios & capite censos, tenues, & ex pullata turba sumptos: hoc est, leues, & ut uulgus loquitur, diobolares (quemadmodũ et antiqui diobolares meretrices dixerunt, autore Festo) quos ipsos inopia ipsa refellit, quosq; fames magis, quàm fama commouere creditur. Ita metaphoricè Gell. autores classicos appellat, quasi testes idoneos latinæ puritatis, & primæ notæ scriptores, quales sunt Cicero, Cæsar, Sallustius, Virgilius, Ouidius, &c.

Clau-

Claudicare,

Propriè loripedis est. sed transfertur, & dicitur id claudicare, quod suis partibus non rectum est. Cic. Quid est cur claudicare, aut insistere orationem moliar, quàm cum sententia pariter excurrere?

Coaceruare

Est cumulare, in aceruum cogere. Cic. Videtis constitutam & coaceruatam pecuniam. inde Coaceruatio. Cic. in Partition.

Coactores

Dicebantur, qui nunc Receptores particulares nominantur. & Coactio argentaria, pro ipso munere cogendi pecunias. Verum de his plura alibi.

Codex

Siue Tabulæ antiquis erant, in quas cautiones, & syngraphæ, chirographáq; nominum factorum, & tota ratio expensi & accepti rite atq; ordine referebatur, quæ antea sine ordine in aduersarijs iacuerat. Cic. Si tabulas Caius Fannius accepti & expensi profert suas, in suam rem, suo arbitratu scriptas: quo minus secundũ illum iudicetis, non recuso.

Cœlum.

In cœlum ferre, absolutè: & In cœlum ferre laudibus, pro uehementer laudare aliquem dicimus. Philip. 4. & Sallust. in Catilin. Magna pars sententiam eius laudant,

laudant, uirtutem animi in cœlum ferunt. Hinc etiam In cœlo esse dicitur, qui autoritate, gratia, atq; potentia plus omnibus ualet, uel rebus omnibus felix est. Cic. Bibulus hominum admiratione & beneuolentia in cœlo est. Interdum etiam est locutio plena lætitiæ & triumphi, idq; significat, quod omnia assecutū esse, uel lætitia exultare. ad Att. 2. Huc accedit etiam illa locutio, qua Digito cœlum attingere dicimus, pro eo quod est, exultanti prorsus & gestienti animo efferuescere. & ad Att. 2. Nostri autem principes digito se cœlum putent attingere. & De cœlo detrahere, hoc est, de gradu deijcere, et statu mouere atq; deprimere. Philip. 2. qua significatione quoque Ex astris decidere, ad Att. 2. reperias.

Coërcere

Propriè dicimur quæ diffluunt, aut præter modū erumpunt. de Finib. 2. Orationem rapidam coërcere. Aliquando cum omnis uis abest, pro continere, complecti, comprǽhendereq; ponitur. de Finib. 1. & Coërcere aliquem aliqua re, & ab aliqua re dicimus. Coërcere à Cic. A progressu coërcuit, à reditu refrenauit.

Cogitare

Absolutè positum accipitur uel pro constituere & deliberare, uel prouidere, & attendere. interdum pro memoria reperere. Fam. 2. & Tus. 2. Cogitare cum accusatiuo iunctum, est cogitatione uel mente complecti, atq; animo

animo agitare, uel in aliqua re cogitationem ponere. uel memoriam ad rem aliquam excitare, aut cogitationem rei alicuius suscipere, prouidere, curare. Fam.2. *Cogitare pro sperare, uel cupere, uel pro cupiditate teneri.* Fam.1. *Cogitare de, idem quod animo & cogitatione comprehendere: uel curam cogitationemq; in re aliqua configere, aut rei alicuius speciem cogitatione informare.* Fam.1. *cum Ad. ad Att.11. cum In. ad Att.14.* Cogitare cum. Fam.4. *Cogitare, pro ire, constituere, ut Cogitare* Romam, Venetias, *in* Italiam. *& Absolute.* Cicero: In Pompeianum *statim cogito. & ad Att.9.* Etiam M. Lepidus *quo cum diem conterere solebam, cras cogitabat, id est, discedere uolebat.* Cogitare, *proficisci. ad Att.10.* Cogitatum *tam adiectiuè quàm substantiuè. Philip.2. & Cogitatio, quæ est mentis agitatio, meditatio, uel commentatio, uel recordatio.* Fam.4. Dicimus *etiam, In cogitationem cadere, quod passiuã significationem habet. cadit enim in cogitationem, quod cogitatione comprehendi potest. de* Nat. Deor.1. *&* Cogitationem *inijcere. ad* Att.7. *ad* Cogitationem *deducere. ad. Att.9.* Cogitationem *suscipere. Philip.2.* In cogitationẽ *uenire.* Fam.4. *Cogitationẽ habere. in* Parad. In *cogitatione uersari. pro* Cluen. *Cogitationẽ in re aliquã ponere. ad* Qu. Frat. *Figere uel* Locare. Fam.2. *& Cogitationẽ in rem aliquã abijcere: qui modus loquendi habet nescio quid contemptus, scilicet cum*

defi-

de?gnamus cogitationem poni in re aliqua sordida, turpi, uel abiecta & humili: de Amic. Cogitationem, uel cogitatione complecti, id est, cogitationem suscipere, uel in cogitatione uersari. Fam.3. Cogitatione percurrere: de Orat.1. Cogitatione depingere nobis ea dicimur, quorum speciem nobis cogitatione repræsentamus. Acad. 2. Percipere. de Nat. Deor.1. Comprehendere. pro Flac. Cogitationem debilitare. Fam.1. Cōuellere. Fam.5. Auertere. Fam.6. A cogitatione traducere. Fam.1. Cogitationem abijcere. Cic. Nam omnem nostram de republica curā, cogitationem de dicenda in senatu sententia, cōmentationem causarum abiecimus. Cogitationes explicare. ad Att.10. Cogitationum summā facere. Fam.1.

Cognoscere

De ijs rebus est, quarum antea nullam cogitationē habuerimus. Sed plurimum ad res controuersas refertur. Et dicimur rem aliquam cognoscere, uel de re aliqua. Famil.3. & 4. Cognoscere de uel ex. Fam.5. et 10. inde Cognitio. Terent. Ibo intrò, de cognitione ut certum sciam. & Cognitū. Cic. Ego tātū me scire putabo, quantum ex tuis literis habebo cognitum. Aliquando Cognoscere ponitur pro certiorē fieri, uel cognitionem capere. item pro cognitum habere, uel percipere. de Orat.1. Est & alia huius uerbi significatio, quæ tota ad rem iudiciariam pertinet: & tunc dicimur causam cognōscere, uel de

causa

causa cognoscere, id est, ius causæ discutere, ut tandem diju dicetur. in Verr. Act. 4. Aliquando extra iudiciũ hæc significatio est: & Cognoscunt rem aliquam, uel de re aliqua, quibus datum est & commissum, de illa re negociũ, onusq; cognoscendi impositum. ad Att. 16. Inde participium Cognitus. pro Mur. & Cognitor, qui licet uulgariter dicatur pro eo qui cognoscit, tamen singulari quadam elegantia & proprietate appellatur procurator iudicialis, qui aliũ in iure defendit. in Verr. Act. 1. Aliquando pro iudicatione Cognitio ponitur. in Bruto. Vulgare autem est significatũ, pro intelligentia & notione. de Orat. 1. Dicimus etiam Cognitionem habere, id est, in cognitione positum esse. de Finib. 5. & Cognitionem facere. in Top. Capere uel accipere. de Nat. Deor. 2.

Cohærere.

Cohæret, uel cohærescit propriè, materia cum materia, cum simul iungitur: sed per translationem etiam cohærent, quæ inter sese conueniunt. Acad. 1. Translatæ significationis. pro Cælio.

Cohonestare,

Siue Honestare. Fam. 13. Quos cohonestatis, imprimisq; me, si respub. municipij tuo studio, diligentia bene administrata erit.

Cohortari,

Idem cum Hortari & Adhortari. Cic. Quis cohortari

ad uirtutẽ ardẽtius, quis à uitijs acrius reuocare potest?

Coire.

Criminosum uerbũ erat apud priscos, quia lege Cornelia constituta erat accusatio contra eos, qui in accusatiões, condemnationesq; coierant. Cuius legis uerba habes pro Cluent. Accusatiuo interdum iungitur, ut Societatem coire. pro Rosc. Amer. Admittit præpositionẽ De. ad Pontif. & Cum. ad Att. 1. & Post red. Cum hoc coire ausus es? & Inter. Cæs. Reliqui coëunt inter se. inde Coitio, quæ est arcana pactio, & factiosa, quod uerbum quoq; criminosum est. ad Qu. Frat.

Colere,

Est inferioris personæ ad superiorem, nonnunquam superioris ad inferiorem, & pro diligere uel obseruare ponitur. Fam. 4. & 6.

Colligare,

Copulare, siue adiungere se. Fam. 1. Quid faciat tamẽ non habet, ita se cum multis colligauit.

Colligere se,

Interdum est, dissipatas animi partes rursum in suum locum cogere, dissipatas inquam eas qualibet perturbatione, quæ in animum cadere possit, ut est metus, pauor, dolor, ægritudo, ira, tristitia, dubitatio, &c. Et in hoc genere nos colligere dicimur, cum uel metum abijcimus, uel dubitatione præcisa summam cogitationum & consilio-

rum nostrorum facimus: uel cum nobis uelut animum addimus, & spiritum tollimus, non nos mœrori aut angori dedentes, aut animum ipsum despondentes: uel cum depulsa mentis perturbatione quietiores reddimur, & ad sanitatem nos recipimus. Pro *colligere se dicunt nõnunquã* Latini, Redire ad se. Terent. *Sed paululum sine ad me redeam.* Fam.1.& 3. *Interdum uero est reficere, & recreare post agitationem uel laborem nimium, uel etiam damnum rei cuiuslibet factum.* de Orat.1.

Colloqui.

Cic. *Per literas tecum quàm sæpißime colloquar.* Cum præpositione Inter. Fam.4. *inde Colloquiũ, & Collocutio, hoc est, cõgressus, ut dialogus, uel sermonis cõmunicatio.* & Euocare ad colloquiũ Cæs. de bel. Ciui.1. & *Colloquiũ facere uel habere.* Fam. 10. & *In collocutionem uenire.* ad Heren.1.

Collybus.

Id detrimentum pecuniæ est, quod in ratiocinijs emptionem auri appellant. & uulgo Cambium dicitur, cum pecunia ad exteras nationes comportanda est, & apud nummularios alijs speciebus commutanda: ut si argentea moneta aurea mutetur, aut genera quædam pecuniæ abrogata & antiquata, aut quouis modo repudiabilia in una prouincia alio aliquo genere permutanda sint, rato receptoq; & promulgato in ea prouincia. Id enim quod ex summa apud nummularium decedit, & ueluti deperit,

rit, Collybus uerbo Græco appellatur. sic Collybum appellat Cicero, permutationem pecuniæ, & nummorum quasi intertrimētū. Ab hoc Collybistæ dicti nummularij.

Comes.

Comites apud Romanos erant Proconsulum, Prætorum, Præsulum, aliorumq; magistratuum prouincias regentium. Et erant Legati, Præfecti, Quæstores, Scribæ, qui cum magistratibus in prouincias mittebantur, ut hodie à Venetis mitti uidemus cum Pr ætoribus designatis. in Verr. Act. 4. Duorum tamen generum Comites fuerunt Iudicum, id est, magistratuum. Prioris generis mentio fit ad Qu. Frat. Ex quo loco apparet, Comites fuisse quosdam adiutores, & ministros imperij. Alteros fuisse apparitores & domesticos Proconsulis aut Præsidis, qui tamen ipsi etiam publicè dabantur, ut Accensus, Præco, Medicus, Lictores, Aruspices, qui quasi ex cohorte dicebantur. Est alioqui Comes, non socius, sed qui alium comitatur, tanquam maiorem. Licet Lucanus pro socio usus sit: Scire senatus auet miles te Magne sequatur, An comes. Etsi Cicero sæpe comitem & sociū coniungat. Absolutè. ad Att. Ei statim rescripsi, hominemq; certum misi de comitibus meis. Cū genitiuo. in Tusc. Exanimatio metum subsequens, & quasi comes pauoris. Cum quibusdā uerbis, ut Comitem præbere se, siue adiungere. Fam. 1. & de Amic. Hinc uerbum Comitari, est sectari, uel assectari. & actiuè & passiuè ponitur, sed id in participio.

f 2 Vsu

Vsu autem eo est, ut uel sit absolutum, uel accusatiuum regat: nonnunquam etiam datiuum, sed id raro. Tusc. 5. Comitandi participiũ paßiuum. ad Att. 9. & Comitatus, us, ui, pro assectatorib. comitãtibusq; ponitur. Fam. 7

Comitia.

Comitium in singulari numero locum significat, quò conueniebat populus ad comitia. pro Sest. Comitia uero erant populi conuentus, ad creandos Magistratus, & publica officia, uel ad promulgandas leges. pro Sest. unde Comitiales dies, qui comitijs habendis dicati erant, in quibus cum populo agi licebat, & quibus pop. Romanus conuenire solebat ad suffragia ferenda. ad Qu. Frat. et Comitialis morbus à comitijs dictus, quod ea uitiare diceretur. Interrumpi enim comitia solebant, quo die aliquis ex illo morbo concidisset. Vnde illud Catonis: Quod comitia prohibere solet, ne id quidem mihi uitium fuit. Hunc uero morbũ antiqui uocabãt etiam Herculeũ, quod eo Hercules laborasse dicatur. nos morbum caducũ, siue morbum D. Ioannis aut Valentini appellamus. Comitiales etiam dicuntur, qui illo morbo laborant. Plin. Fel testudinum naribus illitũ, comitiales erigit, attollitq;. Porrò à Comitijs ducuntur hæ loquendi formulæ, Comitia edicere. ad Qu. Frat. Differre, uel detrudere. ad Att. 1. & 2. Habere. ad Att. 2. Gerere, id est, habere. de Leg. 3. Obire. ad Att. 1.

Commacu-

Commaculare,

Est proterere, uel obterere. in Pison. Translatè, pro uexare uel affligere ponitur. ad Att. 8.

Commeare,

Est ultro citroq; ire. pro Leg. Manil. Trāslatè. Cic. Crebrò enim illius literæ ab alijs ad nos commeant.

Commeminisse

Idē est, quod meminisse, et eosdē loquēdi modos habet. Tusc. 1. Ego nō commemini anteq̄ sum natus, me miserum.

Cōmemorare aūt est, rei alicuius memoriā usurpare, dicere, et oratione uel sermone prosequi. Vel cū accusatiuo, uel infinitiuo, uel absolutè. Fam. 4. Vel cū ablatiuo et præpositione, uel sine præpositione. ad Qu. Frat. inde Cōmemorabilis. pro Marcel. & Commemoratio. Fam. 5.

Commentari,

Est meditari, considerare, cogitare. & ponitur absolutè. Fam. 12. Vel cum accusatiuo. ad Att. 4. Vel cū præpositione De. Philip. 3. inde Commentatio. Fam. 9. & Commentarius uel Commentarium (nam & masculino & neutro genere, tam in singulari, quàm plurali numero reperitur, contra Vallam:) liber, quē sibi quisq; nostrum priuatim memoriæ tantum gratia, non plenæ narrationis facere consueuit, quasi quoddam memoriæ promptuarium, eorum quæ agimus: id est, diarium & ephemeris actionum nostrarum, in quo capita tantū & summas

rerum annotare solemus. inde Commentarij Cæsaris dicti, in quibus res eius in Gallia & bello ciuili gestæ non latè & plenè enarrantur, sed breuiter perstringuntur. et opponi possunt cōmentarij Actis, quod his memoria publica testata, illis priuata tantum designetur. Ponuntur etiam Commentarij pro libris, quibus scriptorem aliquem exponimus. Dicimus In commentarium et In commentarios referre. ad Att.6. Numeri singularis exemplum habes. ad Att.1. Pluraliter sæpius pro libellis ponitur, ut Cōmentariolum pro libello. Fam.5. Item Cōmentarioli & Commentariolum. Philip.1. & de Or.1.

Commereri,

In malum ferè semper capitur, quemadmodum Promereri sæpius in bonū. Terent. Multam de his rebus Culpam commeruit tua. Item: Nunquam sciens cōmerui, merito ut caperet odium illa mei.

Commigrare,

Idem quod migrare & demigrare, hoc est, mutare domicilium. Terent. Neq; enim diu huc commigrarunt. & in And. Ex Andro commigrauit huic uiciniæ, &c.

Comminuere

Propriè est frangere, disturbare, uel dißipare, quibus uerbis plerunq; coniungitur. pro Quint. Nullum est officium tam sanctum, quod non auaritia comminuere atque uiolare soleat.

Commit-

Committere,

Varium usum habet apud Latinos. Cōmittimus enim alicui, cum eius fide utimur. Ponitur etiam cum Vt, in hūc modum: Non *committam, ut me negligentiæ nomine iure postea accusare poßis. Aliquando uero in malam partem capitur, & idem est quod delinquere, uel scelus admittere. in Verr. Act. 3.*

Commodare,

Est utendum dare, uel prodesse. Et *datiuum habet, uel accusatiuum cū datiuo.* Fam. 2. & 3. & 13. *inde* Commodum, *quod uel adiectiuum, uel substantiuum est, idem nempe quod utilitas, uel bonum, substantiuè.* Fam. 3. et. 7. *Vnde dicimus,* Commodo *meo, commodò tuo.* Fam. 3. & 4. *Si tibi cōmodum est, uel Cum tuum cōmodum erit,* Cic. *Si tibi est cōmodum, ede illa quæ cœperas. & Quod commodè facere poßis.* Cic. *Cum id satis commodè facere potero.* Item, *Sine tua molestia.* Fam. 13. *quod etiam dicimus, Quoad eius facere poteris.* Fam. 3. *Quantum in te est.* Et *hic loquendi modus conatum potius habet, q̃ commoditatem, aut commoditatis oblatam optionem.* Philip. 2. Hinc *quoq; Commodum cōparare.* Terent, *Vt malis gaudeant, atq; ex incommodis alterius sua comparent ut commoda? Commodū adipisci.* Cic. *Vt si quid factum dicetur, alicuius retinēdi, augendi, adipiscendi ue commoditatem. Cōmodis seruire, uel consulere. ad Qu.*

Frat. Cõmoda prætermittere. Cic. Commodis meis omnibus, emolumentis, præmijs prætermißis, cura, cogitatione, &c. Commoda oppugnare, impedire, uel labefactare, uel commodis officere. de Inuent. 1. & alibi: Vbi tuis commodis officio? quid tibi obsto?

Commouere,

Siue mouere aliquem, Cicero ponit, pro causam alicui dare sese mouendi. Fam. 5. & Commouere se, pro abire, uel discedere, uel transferre se. Fam. 6. item Commoueri, pro perturbari. Fam. 5.

Commonefacere

Idem est, quod Commonere. Fam. 13. Cum accusatiuo duplici. in Verr. Act. 6. cũ De. Fam. 5. cũ genitiuo. ad Herẽ. 4. Sic Cõmonefieri paßiuè, pro admoneri. Cic. Crudelitatis ex illa oratione commonefiat. uide Monere. hinc Cõmonitio, quæ & Admonitio. de Amic. & Monitũ, uel Admonitũ. Fam. 5. & Admonitus, us, ui. Fam. 10. Monitor, uel Admonitor. de Orat. 2.

Commorari

Est consistere, uel manere. neq; uero semper loci est, sed aliquando extra locũ. Fam. 2. Extra locum. Fam. 6. inde Commoratio. Famil. Epist. 6.

Communicare

Est conferre, impartiri, participare, & dicimus Cõmunicare

municare aliquid. de Amic. Cōmunicare cū aliquo. Fam. 4. Communicare aliquid cum aliquo. Fam. 3. Paßiuè. Fam. 5. Communicare de re aliqua cum aliquo. Fam. 1. Communicare aliquid inter se. Fam. 11. Communicare inter se de, uel Communicare aliquid inter se de. Fam. 15. & pro Quint. inde Communicatio. Fam. 5. & Communitas. Fam. 9. & Communio. Tusc. 5. item Communis, & Commune, quod communi magis est significato, quàm usu. interdum enim Absolutè, & idem est quod latè patens, uel ad omnes generatim pertinens: uel coniunctus, ita scilicet, ut in eo plures ius habeant. cui contrarium est, Singulare, proprium, uel præcipuum. Fam. 9. Etiam pro societate ineunda ponitur, uel pro sumptu publico faciendo, aut opera publicè præstādā, aut re quauis in publicum eroganda. pro Quint. inde Sensus communis dicitur, id est, prima animi notio, uel adiectio, quæ uersatur in intelligentia communi & iudicio, non illo quidem arbitro & disceptatore omnium sensuum, & cui sensus omnes obediunt, qui animæ principatus dicitur à Cicerone, & Galeno τὸ ἡγεμονικὸν τῆς ψυχῆς. sed in illo altero, de quo Fab. lib. 1. cum ait, Sensum ipsum qui cōmunis dicitur, ubi discet puer, cū se à congressu, qui non hominibus solum, sed etiam mutis animalibus naturalis est, segregarit? Sic etiam ab eodem Cicerone Cōmunis prudentia dicitur. de Finib. 4. Iungitur autē uel datiuo solo. Off. 1. uel Ablatiuo, et præpositioni Cū. de Orat.

2.uel cū datiuo & ablatiuo, interiectā præposit. Cum. Fam.2.uel cum genitiuo.Off.1. Commune inter. Off. 1. Absolute positum, pro uulgari, & usitato accipitur. Fam.1. pro trito.Fam.1. Cōmunis animus, pro disso luto & negligenti, uel ignauo & stupido.Terent. Quen quam animo tam cōmuni esse, aut leui putas, qui se uidente, amicā patiatur abduci suam? Cōmuniter est promi scuè de communi sententia, uel de communi consilio. contrarium habet Separatim, uel Singulatim. Fam.13.

Comparare,

Nonnunquam pro parare, componere, uel facere ponitur: nonnunquam pro emere, nōnunquam pro comparationē facere. Aliquando pro quærere, uel acquirere accipitur.Off.2. & Cōparare est apparere.in Verr.Act. 3.& 7.uel cū datiuo. Cic. Equi fortis & uictoris senectuti cōparat suam. uel cum præpositione Cum.Off.3. Cōparare inter se.Cic.Sed hæc etiam inter se comparare, & de his dubitare turpißimū est. Cōparare ad.Terent. Hau non cōparandus hic quidem ad illum est. uel accusatiuo solo. Officiorum primo.

Compendium,

Lucrum est temporis, pecuniæ, operæ, uel uiæ: cui opponitur Dispendium.Off.3. inde Cōpendiū facere. pro Rosc. Cō. et Cōpendiarius uel Cōpendiosus. et utrūq; hoc nomen pro maximè utili, uel maximè breui. Off.2.

Compen-

Compenſare.

Cic.Summi laboris noſtri, magna compenſati gloria mitigatur. Compenſare cum. in Piſon.

Comperendinare

Procraſtinare,& diem de die ducere ſignificat. Ab ea ſignificatione Comperendinati rei dici poſſunt in cauſis criminalibus, quos curia dimiſſos fide ſua eſſe uoluit: id eſt, quos ſuæ ipſorum cuſtodiæ commiſit, ut aut urbem iuſti carceris loco habeant, aut primatem aliquam domum, ut fit interdum ex perſonarum dignitate, & genere cauſarum. Comperendinati ideo dici poſſunt, quia nō planè abſoluti ſunt, ſed ueluti uadimonio quodam obſtricti. uel quia nondum ſatis comperta crimina, uel quia nōdum ſe innocentes probauerunt.

Competitor.

Competitor, qui unà magiſtratum aliquem aut dignitatem ambit. Cæl.Ciceroni: Quomodo illum putas auguratus tuum competitorem dolere, & diſſimulare, me certiorem quàm ſe candidatum.

Compilare

Eſt furari, uel diripere, aut ſurripere. Cic. Alij omnia, quæ poſſunt, fama compilant.

Complecti

Eſt diligere. Fam. 2. & 3. Complecti inter ſe. Cic. Noſq; inter nos eſſe complexos.

Complere,

Complere

Est implere, uel conficere, uel absoluere. ad Att.1. *inde Complementum. in* Bruto.

Complures

Vel *Complura pro multis, & à pluribus differũt. nec enim comparatiua sunt, neq; casum regũt.* Fam.1. & 10.

Componere

Aliquando est conflare, uel conficere, ut signa, uel statuas, uel aliquid aliud componere. ad Att.4. *Interdum pro conferre. Sallust. Vbi* Metelli *dicta cum factis composuit, ac suis se artibus tẽtari animaduertit, statuit armis certare. Interdum pro conuenire. pro* Rosc. Amer. *Interdum pro disponere, aut constituere, aut temporare.* Ex *qua significatione hi sunt loquendi modi: Componere capillum, causas, actiones, itinera, rempub. res suas, alienas, &c.* Fam.3. *Interdum pro diligentius apparare, uel coagmentare & conglutinare. ad* Heren.1. & 4. *Est etiam scribere, ut componere libros, artes, poëma.* Fam. 15. *inde Compositor. Signi enim compositor dici potest, uel statuæ. Discordiæ quoq; dicitur compositor, qui discordiam sedat, facitq; ut inter discordantes conueniat. Est quoq; Compositor, qui rem componit, aut librum. in* Bruto. & *Compositio, aliquãdo est cõfectio, & quasi structura.* Off.1. *Est etiam coagmentatio, & compages, uel ordo & descriptio. de* Orat.2. *Interdum ponitur pro pacto, concordia & pacificatione, uel ab armis discessio-*

discessione.ad Att.9. *& Compositè,est dispositè,ac cũ modo & ordine.de* Orat.1.

Compos

Dicitur,qui habet,uel assecutus est aliquid,uel qui particeps est rei alicuius. & iungitur uel genitiuo . Tusc.5. *uel ablatiuo .* Sall. Non *animo aut lingua satis compos.*

Compræhendere

Propriè est manu capere . Fam. 6. *Translatè . pro* Flac. *Cũ ablatiuo pro prosequi.*Fam.3. *Aliquãdo pro pstringere,concludere,uel cõtinere ponitur.ad* Att.12. et Off.3. *Aliquãdo pro percipere,uel intelligere.*Fam.6.

Comprimere

Significat stringere , retardare , sedare, uel frangere. pro Cælio. *Interdum pro retinere,uel seruare apud se. ad* Att.3. *inde Comprimere frumentum* Cic.*ponit,pro seruare.ut frumentum,uinum,oleum,& quicquid ad uictum pertinet , comprimere dicuntur , qui ingrauescente rerum modo positarũ annona , res ipsas diligentius asseruant , & studiosius recondunt , spe lucri uberioris ob annonæ charitatem . Sic auari frumentũ cõprimere dicẽtur, aut qui in annonæ grauitate , & rei frumentariæ inopia, spem lucri positam habent.*

Comprobare,

Idẽ quod probare, uel approbare. Cic.*Hãc actionẽ meã* C. *Cæsar primo suo cõsulatu in lege Agraria cõprobauit.*

Conce-

Concedere,

Est permittere, dare, uel tribuere: in quo nonnunquã cedimus, tanquam inferiores, uel uicti aut opinione, aut sententia, aut controuersia. Concedimus tamen etiam sæpe, tanquam maiores, cum uidelicet quasi de iure nostro cedimus. Etiam interdum ponitur pro condonare. pro Sest. *Absolutè.* Fam. 1. *Cum datiuo & Vt.* Fam. 1. *Cum accusatiuo & datiuo.* Fam. 9. *Cum præpositione De.* pro Flac. *inde Cõcessum, quod in dialecticis disputationibus uocari potest, quod iam certum est, non dubiũ, aut controuersum.* Interdũ pro libertate & licentia. de Diuin. 2. & Concessus us, ui. Fam. 9. Inde etiã Concedere aliquò, pro abire capitur. Cic. Ab eorum oculis aliquò concederes.

Concerpere

Dicimur, quæ edi aut emitti nolumus, quemadmodũ & incidere, scindere, cõscindere, abscindere. ad Att. 10. ad Qu. Frat. Famil. 5. & 7. ad Att. 2.

Concertare,

Idem quod contendere. Cic. Nunc igitur si lingua est concertandum, innocentiæ uirtute fretus supero. Concertatio. Tusc. 2. Verborum concertatione sublata, &c.

Concidere,

Est cadere, uel ruere. Dicitur autem Cõcidere aliquid, uel dicimur re aliqua concidere, Et ponitur uel propriè.

Tusc.1. Vel *Translatè, pro perire uel intermori, aut de statu deijci, uel superari. ad* Att.1.& 7.

Conciliare,

Est in amicitiam adducere, uel amicitiam inter quosdam constituere. Fam. 12. *Dicimus autem, Conciliare amicos, amicitiam, beneuolentiam, dignitatem, gratiam, nuptias, pacē, uolūtatē, pecuniā, &c. de quibus suo loco.*

Concilium,

Prudentum & consiliariorum est conuentus. & dicimus mittere & dimittere in Concilium, pro eo quod est, iudices in concilium ad dicendam sententiam mittere. Ascon. & in Verr. *Act. 3. & Concilium dimittere, hoc est, dictis sentētijs, aut ampliato reo, aut* Nō *lique re pronūciato à iudicibus, conciliū missum facere. Ascon. Et ire in concilium. pro* Cluent. *Concilium autem non semper de senatus conuentu intelligitur, sed suum est etiā imperatoribus in re militari conciliū, cum ueteranos con uocant, ut pro re nata consilium capiant. Cæs. bel.* Gal.1. *Sed quod pluribus præsentibus eas res coarctari nolebat, concilium celeriter dimittit.*

Concionari,

Est concionem habere, & ponitur absolutè. Tusc.5. Vel *cum præpositione* De. *de Arusp.Resp.* Vel *cū præ positione* Cum. *Cæs.de bel.*Gal.6. *inde Concionator.* Cic.*in* Catil. *& Concio, quæ apud Latinos tria significat: nempe primò, locum unde habetur concio, hoc est, sce*

nam, uel suggestum. unde dicimus, In concionem *ascendere.* ad Att. 4. *deinde pro conuentu ponitur, & multitudine hominum, congregata uel ex magistratus iussu, uel ex publici sacerdotis, uel interdũ sua autoritate & sponte.* In qua *significatione dicitur à Græcis* ἐκκλησία. ad Att. 1. *Postremo capitur pro oratione.* Fam. 9. *Dicimus enim,* Concionem *haberc, pro habere orationem.* Fam. 5. *Hinc etiam* Concionalis. Cic. *Eodem die uehementer actũ de agro Campano, clamore Senatus propè concionali. &* Concionarius. *ad* Quin. Frat.

Concitare,

Acrius est etiam quàm excitare, & interdum tumultus specimen habere uidetur. pro Mur. *item* Concitare *opinionem, offensionem, odium dicimus. Est etiã commouere, & inflammare.* de Orat. 1. *inde* Concitator. *pro* Dom. *sua.*

Concordare

Idem est, quod consentire, & concordem esse, siue congruere inter se. Tusc. 4. & Terent. *Si concordabis cum illa, habebis quæ tuam senectutem oblectet. inde* Concordia, *pro amicitia, ac mutua gratia.* Cic. *Quod de* Planci *&* Bruti *cõcordia scribis, in eo uel maximam spem puto uictoriæ.* Et *dicimus,* Concordiam *constituere.* ad Att. 8. *uel* Cõglutinare. *ad* Att. 1. *&* Reducere *in cõcordiam.* ad Att. 8. *item* Concorditer. Plaut. *Sanè illi inter se congruunt concorditer.*

Concre-

Concrescere,

Est coniungi: unde Concretus pro conflato, composito, uel quasi cõglutinato. Tusc. 1. & *Cõcretio. Tusc. 1.*

Condere,

Pro scribere et cõponere. unde Poëma cõdere, et cõdere uersus dicimus, sicut facere uersus, facere poëma. ad Att. 1.

Condiscipulus

Est, qui simul cum aliquo discipulus est, aut alij adiunctus præceptorem audit. Et dicitur condiscipulus eo modo, quo commilito, uel conterraneus. Tusc. 1. & 2.

Condocefacere,

Idem quod edocere, atq; instruere. Tusc. 5. Nemo est, qui eorum bonorum animum putat esse iudicem, cumq; condocefaciat. Et paßiuè, Condocefieri. de Nat. Deor. 2.

Conducere,

Pro utile esse, uel prodesse, quod significatum in quibusdam exemplis; pro conuenire interpretari potes. Famil. 1. & 6. & ante Exil. Fidei conducit, in loco debitum retribuere: id est, conuenit.

Conduplicare,

Pro densare, subindeq; iterare. de Orat. 3. Interea iam propè occidente sole, inhorrescit mare, tenebræ conduplicantur. inde Conduplicatio. ad Heren. Conduplicatio est eiusdem, unius, aut plurium uerborum iteratio: uide Duplicare.

Conferre,

Idem est quod comparare. Cic. *Quem cũ eo conferre possumus, nõ modo ingenij magnitudine, sed etiã animi? Cõferre etiam ponitur pro cõmunicare. & dicimus* Con*ferre aliquid cum aliquo. & Absolutè.ad* Att.2. Et *cũ accusatiuo & præpositione* Cum, *uel cũ accusatiuo solo.* Fam.8. *Cum accusatiuo & præpositione* Inter. Fam. 6. *& Conferre pro prodesse. Columella lib.1. Ad æstiuos calores plurimum conferunt salientes riui.* item, *Conferre capita, consilij capiendi uel deliberandi causa conuenire, ut solent Senatores, cum de aliquo non satis liquet, inter sese capita conferre, ut certius de causa iudex, qui quæstioni præest, pronuntiet. in* Verr. *Act.5.* & *Cõferre pedem, id est, simul congredi, & manum conferre, ut aiũt, aut propius accedere. pro* Planc. *Dicimus etiã, Conferre se, quod idem est quod ire, uel proficisci, ut cõferre se aliquò, siue ad aliquid.* Fam.6. *& Conferre se, pro cõfugere.* Cic. *Tu si forte qd erit molestiæ, te ad Crassum & ad Callidium conferas censeo.*

Conficere,

Est perficere.ad Att.13. *inde Confectio. de Senect. Conficere etiam ad molestiæ & doloris magnitudinẽ conuertitur.* Cic. *Quæ me ita conficiunt, ut ij uoluerunt, qui me de mea sententia detruserunt.*

Confidere

Indifferẽter dicitur, de præsenti. Cic. *Quoniã probatã*

rationem officij mei uobis esse confido. Et præterito. Cic. Quod ita esse cõfido. Et futuro. Fam. 13. Confidere sibi. Fam. 7. Inde & Cõfisus. Fam. 12. & Cõfidens, quod & in bonum & in malum accipitur, diciturq; de audaci & forti homine. Tusc. 3. In bonũ. Philip. 7. In malum. Plaut. Quis me est alter audacior homo? quis confidentior? inde Confidentia, tam in bonum. Fam. 8. quàm in malum accipitur. Terent. Tum quæ eius confidentia est?

Confirmare,

Interdum est affirmare & asseuerare. ut: Hoc mihi non modo confirmauit, sed etiam persuasit. Interdum corroborare, uel fulcire significat: quod uel in animo, uel extra animũ est. Extra animum, ut confirmare se, confirmare corpus ualetudine longa & diuturna debilitatum, atq; exhaustum. Ad animũ uero cum pertinet, confirmantur qui dubia sunt de re aliqua sententia, & qui hãc uel illam partem secuturi uidentur, ut Cõfirmandus erat exercitus nobis, magnis sæpe pecunijs sollicitatus. Dicitur quoq; aliquis Cõfirmari, qui calamitatibus uel molestijs confectus, animum abiecturus & desponsurus uidetur. Fam. 4. & 5. inde Confirmatio, quæ consolationem significat. Fam. 6.

Confugere,

Est cõferre se uelut in præsidium, & loco commodo

 recipere.

recipere. Cic. Quid enim, ad amicos'ne cõfugiam? quàm multi sunt? inde Profugium, quod & Perfugium, & receptus, & portus, Ciceroni. Fam. 5. & 13.

Congerere,

Multarum rerum in unum coniectionem, cumulationemq; habet. Ex quo etiam sunt, Congerere crimina, uel maledicta in aliquem. de Amic. inde Congestus, us, ui, de Diuinat. 2.

Congredi,

Aliquando concertationem habet & conflictum. pro Sylla. Est etiam conuenire, uel colloqui. ad Att. 1. inde Congressus, quod ad rem gladiatoriã uel militarem aliquãdo pertinet. Cic. Ante cõgressum multa fiunt, quæ non ad uulnus, sed ad speciem ualere uideãtur. Etiam pro colloqui ponitur. Fam. 6. & Congreßio. Fam. 7.

Congregare,

Est uelut in eundem conferre, & colligere. Cic. Qui cũ te aut uoluntas congregasset, aut fortuna coniunxisset. Idem: Et cæteris ad mortem propter uitæ turpitudinem confugientibus congregare.

Congruere,

Dictum est à gruibus, quæ non se segregant, siue conuolant, siue compascuntur. A quo Cõgruum, conueniens: & Congruè, cõuenienter. Ab his fit etiam Ingruere, quod est simul & gruum modo inuadere. Congruere cum datiuo

tiuo.Fam.7. Congruere cum aliquo.ad Att.2. Cõgruere inter se.Tusc.4. Congruere de. Cic. De re una solum dissident,de cæteris mirificè congruunt.

Coniector,

Est interpres somniorum & portentorum.de Diuin. 2.uide Conijcere.

Coniectura,

A Conijciendo,pro suspicione,& argumento probabili.Fam.9. Quo me coniectura ducat, habeo: sed expecto tamen. Inde dicimus,In coniectura positum. Fam.1. Coniecturam afferre. pro Rosc. Comœd. Coniectura duci.in Bruto. Coniecturam ducere.de Diuinat.2. Coniectura prospicere.ad Att.8. Coniectura pendere. pro Rosc.Amer. Coniecturam capere.de Inuent.2. Facere. Fam.7. Percipere. pro Leg. Manil. Coniectura assequi,uel consequi.Fam.6.

Conijcere

Multis significationibus abundat,ut Conijcere maledicta in aliquẽ,Conijcere in carcerem, uel in uincula,Conijcere telum, Conijcere oculos in aliquem,Conijcere in fugam,Conijcere epistolam in fasciculum, Cõijcere crimen in aliquem,Conijcere se in latebras, uel sub scalas, Conijcere pecuniã in propylea,uel in aliquid simile,id est,profundere,& similia.Conijcere etiam est idem,quod coniectura assequi, augurari, diuinare, uel interpretari. unde

Coniectores. Et paßiuè usurpatur. de Diuinat. 1. Iungitur cũ præpositione De, uel Ex. de Orat. 3. ad Q. Frat.

Coniunctio,

Idem quod consuetudo & familiaritas. Fam. 1. Speróq; & opto nobis hanc coniunctionem uoluptati fore. Inde dicimus, Coniunctionem conciliare, uel dirimere. Famil. 3. De coniunctione imminuere. Fam. 5. Coniunctionẽ perfringere, uel labefactare. Cic. in Catil. A coniunctione auocare. Cic. Nihil prætermisi, quãtum facere, enitiq; potui, quin Pompeium à Cæsaris cõiunctione auocarem. & Cõiunctus dicitur, qui aliquo in nos officio, aut alio neceßitudinis nomine in amicitiam nostram & familiaritatem uenit. Dicimus autem Coniunctus est mihi, uel Coniunctus mecum est. Fam. 6.

Coniurare

In bonam & malã partem capitur, sed sæpius in malam: estq; idem quod uel uerbis conceptis, uel data fide, factáq; coitione conspirare. Fam. 3. inde Coniuratio. Terent. in Hecyr. & Coniuratus, pro eo qui coniurat ponitur. pro Mur.

Conquiescere,

Est considere: neq; solum in persona est, sed ad multa alia pertinet. & tunc significat desinere, uel cessare, uel intermitti. Sic dicuntur literæ cõquiescere, quibus mittendis supersedemus. Cõquiescit quoq; uectigal, quod nõ exi

gitur. Conquieſcit item nauigatio, cum non idonea tempe ſtate uſi nauigare deſinimus, uel quãdo per aduerſos uen tos, aut imminens à piratis periculum nõ nauigamus. Famil.1.& 2. *Conquieſcere præterea dicitur à* Cicerone *ſica* Clodij, *cum eam* Clodius *non ſtringit.* pro Mil. *Itaq; quando illius poſteà ſica conquieuit.*

Conſcientia,

Eſt certa quædam rei à ſe geſtæ recordatio, uel memo ria in animo perpetuò inſiſtens, uel cognitio & intelligentia: & tam in bonam, quàm in malam partem ponitur. Fam.3. *Inde dicimus,* Metiri ex cõſciẽtia. Cic. Ego *ex mea conſcientia metior.* *Conſcientia uinci.* Cic. in Catil. *Diſcedere à conſcientia.* ad Att.13.

Conſcius

Eſt, qui rem ſcit, ſcilicet qui ſocius rei gerendæ fuit, uel qui teſtis eſſe poteſt. *Et abſolutè ponitur.* pro Cluent. *Cum genitiuo.* Fam.5. *Cum datiuo.* pro Cælio: *Cõſcius mihi ſum.* Fam. 6. *Conſcius de.* Cic. *De his rebus conſcium eſſe Piſonem generum meum, &c.*

Conſcribere,

Pro ſimul ſcribere, uel adiungere. unde Patres cõſcri pti dicuntur, qui in ſenatu ſcriptis annotati & adiuncti erant, & in numerum ſenatorum recepti ex equeſtri or dine propter inopiam ſenatorum. Lege Plutarch. *in uita* Romuli. *etiam Conſcribere ponitur pro ſimplici, &*

nihil aliud, quàm scribere significat. Fam. 7. & Conscribere etiam est describere. Fam. 12.

Consectari,

Pro explicare, & exponendo persequi. Cic. Ac ne plura, quæ sunt penè innumerabilia, consecter, compræhendam breui.

Consenescere.

Dicuntur, quæ decrescunt & pereunt, uel sese remittunt, & fiunt leuiora. Sic in bonam uel malam partem accipitur. In malam, si ex bono aliquid deterius fieri dicamus: in bonã, si ex deteriore aliquid fiat melius. Fam. 4.

Consentire.

Varius huius uerbi est usus. Dicimus enim Consentire alicui, Consentire inter se, Consentire cum aliquo, re aliqua, & ad aliquid, & de re aliqua. Interdũ etiam absolutè, Consentire alicui. Fam. 11. Consentire inter se. Off. 1. Consentire cum. Fam. 6. Consentire ad. ad Att. 5. Consentire de. Cic. de Amic. inde Consensus. Fam. 3. Consensio. Famil. 1. Consensionem facere. in Verr. Act. ult. Nullæ enim consensiones factæ esse dicuntur, id est, conspirationes uel coniurationes. Et in malam etiã partem capitur. hinc Cõsentaneus, quẽadmodum consensio, aliquando cum datiuo ponitur, aliquando præpositionem admittit, ita uarius est huius nominis usus & multiplex constructio. Off. 1. Fam. 3.

Conse-

Conſecrare

*Cic.Virtutes tuas cõſecratas, & in deorũ numero collocatas uides.*Et *uariã ſignificationẽ habet. interdũ eſt dicare,uel dedicare: uel ſacrũ, id eſt, uenerabile reddere. ad* Qu.*Frat. Tuſc.2. Interdum religioſum facere.*Tuſ.1.

Conſeruare.

Cic.Hoc *mihi da,atque largito,ut* M. *Curium ſartum tectum,ut aiunt,ab omni incommodo, detrimento, moleſtia, ſyncerum integrumq́; conſerues.* Inde *Conſeruator.*Idem: *Themiſtoclem illũ conſeruatorem patriæ non deterruit à repub. defendenda.*

Conſiderare

*Tam iuxta animũ eſt,quàm in animo.*Eſt *aũt intueri, circumſpicere, attendere, expendere,& rationem habere. & iungitur cum præpoſitione* De.Fam.14.*aut* Cum. *Tuſc.1. Extra animum.Off.1. Ad animum,idq́; abſolutè,uel cũ accuſatiuo.Fã.1. & Cõſideratus dicitur homo,maxima in cõſiderando diligentia & prudentia. et ad perſonã refertur. pro* Cecin. *aut ad rem.pro* Syll. *inde* Conſideratio.Acad.2. & *Conſideratè. ad* Att.9.

Conſidere.

Cõſideo,uel Conſido,*eſt ſimul aßidere pro* Flacco.Ali*quando Conſidêre, uel Conſidere, eſt manere.de* Aruſp. *reſp. Aliquando rei humilitatẽ habet, & quaſi denegatam altius euolandi facultatẽ denotat. pro* Mur. Poni-

tur & pro conquiescere,uel sedari. ad Att.2. Item pro commorari,uel consistere. Fam.5.

Consistere

Interdum pro locatum,uel situm esse,pendêre,uel niti,uel cõtineri,uel integrũ manere,ut:In hoc omnis uis amicitiæ consistit,id est,posita est.uel,Salus in unius mortalis anima consistit, id est,pendet, uel nititur. Etiam est subsistere, uel commorari. Propriè. Cic.Is ubi consistat uspiam non habet. Translatè. ad Att.6.

Consociare

Significat coniungere. Philip.4. Consociatio, est coniunctio. Off.1. & 4.

Consolari

Est dolorem leuare,uel mœrorem minuere,uel abstergere. & consolationem recipit tam res, quàm persona. Personæ propriè. Fam.3. & 4. Rebus propriè. Fam.4. & 7. Ponitur etiam cum ablatiuo, et præposit. De. Fam. 6. inde Consolator. Fam.6. Consolabilis. Fam.4. Consolatorius. ad Att.13. & Consolatio. Fam.3. & 5. Consolationem afferre. Fam.4. Consolationem adhibere. Fam.5. Cõsolatione lenire. ad Qu. Frat. uel mulcere. de Senect. Consolationem suscipere. Fam.6. Consolationem habere. Ante exil.

Consors

Est particeps,uel socius: & tam in bonam, quàm in malam

malam partem capitur, poniturq́; sine casu, uel cum genitiuo. in Verr. Act. 5. & pro Mil.

Conspirare,

Tam in bonam quàm in malam partem sumitur. Fam. 10. In malam. Cæs. lib. 3. de Bell. Gall. inde Conspiratio. Off. 2. & Fam. 2.

Constituere,

Interdum est ponere, uel subijcere. pro Cluent. Interdum est quasi definire. de Orat. 1. inde Constituere diem, supplicium, pœnam, ius, iudiciū. pro ordinare, præficere, stabilire. uide alio loco. pro Deliberare, uel decernere, absolutè, Fam. 2. Cum accusatiuo. Fam. 2. cum præpositione De. ad Att. 11. cum Ex. Fam. 12. cum præposit. Cum. pro Cæl. Constitutum esse alicui. ad Att. 7. Constitutum habere. Fam. 7.

Consuetudo,

Pro intima quadam familiaritate ponitur. Fam. 13. Dare se in cõsuetudinem. Cic. Dedit se in consuetudinem. Insinuare se in consuetudinem. Fam. 4. Immergere se in consuetudinem. pro Cluent. Consuetudine implicare. Fam. 6. uel Deuincire. Cic. Totam Hortensiorū domum deuinctam cõsuetudine cum teneret, afficiebatur summo honore. Cõsuetudinem facere. Fam. 13. Intercedere alicui cū aliquo. Fam. 11. Esse alicui cum aliquo. Fam. 13. Intermittere. Cic. Perficiam profecto, ut longi tempo-

temporis usuram, qua caruimus, intermissa nostra consuetudine sarciam. A consuetudine fugere. ad Att.1. In uel Ad consuetudinem reuocare. Fam.9. Ad consuetudinem redire. Fam.5.

Consilium,

Vt Cic. inquit de Inuent.2. est aliquid faciendi, non faciendi ue excogitata ratio. Dicimus autem Res magni consilij. ad Att.2. Hæc sunt consilij, id est, consiliũ de his uniri & capi potest. Fam.9. Consiliũ tuũ est, totum est concedentis, scilicet, cum rei deliberationem alicui concedimus & tribuimus: uel cum designamus, alicui esse potestatẽ, ut quo uelit iudicio utatur. Fam.12. Consilij tui est. Fam.3. Esse consilio. de Inuent.2. Consilium alicui deesse. Fam.6. Consilio egere, uel consilij. Fam.10. Inopia consilij. ad Att.6. Cõsilium petere. Fam.6. Exquirere. Fam.4. Adducere ad consilium. Fam.15. Consiliorũ autor, adiutor, dux, moderator, minister. ad Att.2. Consilio iuuare. Fam.2. Consiliũ dare. Fam.2. Consilij copiam facere. de Orat.2. Adesse alicui consilio. pro Quint. Consilio instruere. ad Att.5. Consilium confirmare. Fam.2. Probare. Fam.4. Probari alicui. Fam.1. Sequi. Fam.4. De consilio. Fam.12. Cõsilio assentiri. Fam.11. Consilio parcere. Fam.2. Vti. Fam.1. Consilium repudiare. de Orat.3. A consilijs discrepare. Fam.10. Cõsilium capere, est consilij rationem inire. & dicimus Capere consilium

filiū rei alicuius, uel de re aliqua, uel à re aliqua. Fam. 4. *Consilium inire*. Fam. 9. *Suscipere*. Fam. 6. *Instituere*. Terēt. *Iam instituta mihi sunt corde cōsilia omnia.* *Nasci*. ad Att. 9. *Habere*. ad Att. 12. *Consilio abundare*. Cic. *Nunquā passus esses me, quo tu abundas consilio egere.* *Consilium exponere*. Fam. 3. *Narrare*. Cic. *Antonij consilia narras turbulenta.* *Consiliorum rationem repetere*. Cic. *Altius paulo rationem consiliorum meorum repetam.* *Consilium iudicare*. Fam. 10. *Consilij fontes aperire*. ad Brut. *Consilium promere*. Cic. *Nunc certe promenda sunt tibi consilia.* *Consilium enunciare*. pro Rosc. Amer. *Consilium notum, uel cognitum*. Fam. 7. *Consilium patēre*. Cic. *Patēre tua consilia non sentis?* *In cōsilium adhibere*. Fam. 2. *Consilium impertire*. Fam. 5. *Cōferre*. Terent. in Heaut. *Coniungere*. ad Att. 8. *Accōmodare ad*. Fam. 9. *Spectare in uel ad*. de Oratore. 2. & alib. *Totū eius consilium ad bellum spectare uidetur.* *Consilijs interesse*. Fam. 9. *Consilij particeps*. Cic. *Fit publici consilij particeps.* *Consilia clausa habere*. in Verr. Act. 5. *Consilij expers*. ad Att. 2. *A consilio remouere*. Cic. *A suis & reipub. consilijs remouisset.* *Cōsilium ponderare*. Cic. *Hoc plerunq; facimus, ut consilia euentis ponderemus.* *Repræhendere*. ad Att. 2. *Mulctare*. pro Rab. Posth. *Frangere*. Fam. 1. *Impedire*. Fam. 13. *Cōsilia præuenire, uel anteuenire*. Off. 3. *Consilijs occurrere*.

rere. Cic. *Omnibus eius consilijs occurri atq; obstiti.* Reuocare à consilio. ad Att. 3. Consilium extorquere. Fam. 10. Consilij pœnitere. Fam. 4. Consilium labare. ad Att. 8. Mutare. Fam. 2. Consilij mutatio. ad Att. 16. Consilio desistere. Cæs. de bel. Gal. 7. Consilium abijcere. ad Att. 5. Abesse à consilio, pro consilium abijcere. Cic. *A consilio fugiendi, ut tu censes, absum.* Manere in consilio. Off. 3. Consilio labi. Philip. 7. Consilijs præceps. Philip. 5. Consilium exequi. Terẽt. *Quod mihi de hac re dederit consilium, id exequar.* Consilium explicare. Fam. 14. Consiliũ explere. Cæs. de Bel. ciuili 1.

Consulere,

Est consilium ab aliquo petere. Cum datiuo iunctum significat rationem habere, prouidere, uel mederi. Cum accusatiuo autem est, consilium petere, uel deliberare. Famil. 7. *Aliquando cum* De *ponitur.* ad Att. 7. *inde* Consulens, *qui consulit, id est, qui consilium petit.* de Leg. 1. & Consultor *inde uenit, qui dicitur interdũ ille, qui cõsilium dat, uel qui prouidet.* de Nat. Deor. 2. & Consiliarius *est, qui consilium dat, uel est autor, aut præscriptor rei alicuius.* Fam. 1. *et* Cõsiliari, *pro cõsulere, uel deliberare.* ad Att. 15. Consultus, *cum ad rem pertinet, paßiuè significationis est.* ad Att. 2. *Cum uerò de persona est, actiuæ significationis est: estq; idem quod prudens, peritus, intelligens: poniturq; sine casu, uel cũ geni-*

tiuo,

tiuo. & *Cōsultū, uel senatuscōsultū. Cōsultū enim decretum est, & sæpe cū senatu iunctum uideas, ut sit senatusconsultū.* de *Consulto exemplū habes,* Philip. 14. *Senatusconsultū aūt, est decretū senatus, uel lex, aut autoritas senatus scripta de re aliqua.* Fam. 1. *Consultò, id est, dedita opera, uel de industria.* Fam. 3.

Consultare,

Est deliberare, & consilium capere: & ferè semper absolutè ponitur, interdum cū præpositione De. *ad* Att. 16. *hinc* Consultatio. *ad* Att. 7. & In *cōsultationem uenire. ad* Heren. 3.

Consummare,

Est perficere, uel cōficere. Off. 1. *Latißime patere uidentur ea, quæ de officijs tradita à philosophis, & præcepta sunt, & consummata.*

Contari,

Est diligenter inquirere, ab ijsq; dictum est, qui aliquid in fluminibus conto exquirūt, aut in mari loca nauibus oportuna pertentant. Cic. *Cumq; ex eo de me contaretur, eum sibi ita dixisse narrabat, &c.* *hinc* Percontari, *de quo alio loco.*

Contemplari,

Est considerare, perspicere, & animo intueri. Spectat ad oculos. de Orat. 1. Et *ad animum.* Off. 1. *inde* Contemplatio, *quæ est mentis agitatio. sed & ad oculos etiam*

etiam pertinere poteſt.Off.1.

Contendere,

Quemadmodum etiam Intendere, eſt interdum certare, niti, eniti, laborare, uel elaborare, operam dare, petendo inſtare. Capitur etiam pro diſſerere, uel diſputare, uel litigare. & uel abſolutè ponitur. Cic. *Deſinamus aliquando uulgari, & promulgata declamatione cõtendere. uel cũ præpoſitione* Cum. *ad* Att. 1. *Vel aduerſus. ad* Att. 14. *uel Contra. pro* Quint. *Inde dicimus Contendere re aliqua.* Fam. 7. *Vt ſacramento contendas mea non eſſe. & Contentio, pro cõtrouerſia & diſceptatione.* Fam. 1. *Contentionem impendere. ad* Att. 6. *In contentionẽ uocare. pro* Mur. *In cõtentione ponere. pro* Cælio. *Cõtentionem excitare. pro* Cluent. *Facere.* Fam. 1. *In contentionem uenire. pro* Quint. *Cõtentionem eſſe alicui cum aliquo. ad* Att. 1. *Contentionem eſſe inter. de* Orat. 1. *Contentionem habere cũ. de* Leg. 3. *Dijudicare.* Cic. *Noſtras contentiones reſp. dijudicauit. A contentione abeſſe.* Cic. *Neq; honeſtius reperies quicquam, quàm ab omni contentione abeſſe.*

Conteſtari,

Eſt teſtem facere, uel inuocare, uel teſtificando certificare. in Verr. Act. 6.

Conticeſcere

Amplius eſt quàm tacere, nempe eius, qui loqui ceſſat. Sed elegantior eius uſus eſt, cum ad alia transfertur. Cic.

Simulatq;

Simulatq; increpuit suspicio tumultus, illico artes nostræ conticescunt.

Continere

Librum uel scripta; idem est quod comprimere, non ēdere, non emittere, nō foras dare. & Continere se, est nō erumpere, & quiete agere. pro Sylla. inde Cōtentus, cui re aliqua satisfactum est, dicitur. Off.1. Vterq; suo studio cōtentus, cōtempsit alterū. et semper ablatiuū exigit.

Contradicere,

Dicendo contra aliquem niti, aut contrarium dicere. ad Att. 1. Vnus enim contradixerat Metellus. de Nat. Deor. 3. Dabis diem nobis aliquem, ut contra ista dicamus. Verum eleganter etiam transfertur; quemadmodum & Contrauenire, est aduersari, uel contra pugnare. Philip.2.

Contrarium.

De contrarijs, quæ ad rationem dialecticæ pertinent, quæ uoles, tibi suppeditabit Cicero in Topicis. Estq; contrarium propriè idem; quod aduersum uel aduersarium, uel diuersum, & inter se repugnās ac cōfligens. Philip.2. Contrarium cum genitiuo. de Finib. 4. Cum datiuo. Off.1. Inter se. pro Cluēt. Cū Ac, uel Atq;. in Verr. Act.3. Contraria pars. de Orat.1. Ex cōtrario, uel è contrario, idem quod ex contraria parte. ad Heren.1. Contrariè. de Orat.2.

Contriſtare,

Pro triſtem reddere.Cæl.ad Cic.*Contriſtauit, inquit, hæc ſententia* C. Balbum.

Controuerſia

*Non ſolum in litibus eſt, ſed ad omnẽ diſceptationem & contentionem pertinet.*Fam.7. *Inde dicimus,Controuerſiã oriri.pro* Cluent. Exiſtere.*ad* Quint.Frat. *Facere,is dicitur,qui cauſam controuerſiæ & diſceptationis præbet:ut is ſcilicet, qui patronũ agnoſcere non uult, controuerſiam ſui facere dici poteſt,& clientelæ ſe eximere, uel clientelam beneficiariamq; conditionem inficiari: quod ſi temerè faciat,in fraudem, id eſt, pœnam incidiſſe dicitur.in* Bruto. *In controuerſiam uocare.* Fam.13. *Controuerſiam intendere.ad* Heren.2. *Adducere in controuerſiam.de* Orat.1. *Deducere in controuerſiã.* Cæſ.*de bel.*Gall.7. *In cõtrouerſiam uenire. de* Orat. 2. *Eſſe in controuerſia. ad* Heren.2. *In controuerſia uerſari.in* Brut. *Controuerſiam habere.* Fam. 9. *Ducere.*Fam.1. *Alere.*Cæſ.*de bel.* Gall. 7. *Dijudicare.ad* Brut. *Tranſigere.ad* Att.1. *Sedare.pro* Corn.Balb. *Dirimere.*Off.3. *Tollere.*Philip.9. *Abeſſe à controuerſia.*Cic.*Quid uiro bono magis conuenit, quàm abeſſe à ciuilibus controuerſijs? Sine controuerſia.*Off.3. *inde Cõtrouerſus, eſt litigioſus: &* Res *controuerſa,de qua diſceptatur. de* Diuinat.2. *Controuerſari.*Cic.*Inter uos de huiuſmodi re nõ cõtrouerſemini.*

Contru-

Contrudere,

A Trudere compositum, est rapere, aut cum ui pellere. pro Cæl. & in Sallust. Ex *Africa tantũ exhausit, quantum potuit in naues contrudi.*

Contubernalis,

Est sodalis, uel socius. quod nomen duci uoluit à taberna, diciq; Cõtubernales in re militari, qui in ijsdem tabernaculis seu tentorijs militant. Sed nõ magis est in militia Cõtubernalis, quàm in re qualibet. Et ponitur interdum *pro conuiua aut hospite familiari.* Fam. 9. *Contubernium uerbum castrense esse tradũt, quod tamen uulgo ponitur pro conuictu & sodalitate. in* Verr. Act. 7.

Contumelia,

Paulo est durior & asperior, quàm iniuria, fitq; & re & uerbis. Fam. 1. *inde Aculei contumeliarum.* de Orat. 2. *Ad contumelias descendere.* Cæs. *de bel. ciuil.* 3. *Contumeliam iacere in aliquem. pro Sylla.* Dicere. Plaut. Contumeliam *si dices, audies.* Facere. Philip. 3. *Plaut. Tu contumeliam alteri facias? tibi non dicatur? Contumelijs onerare.* Philip. 6. *Contumelijs operire. in* Verr. Act. 6. *Lacerare.* Philip. 11. *Cõtumelia uexare. pro* Quint. *Contumeliam intorquere.* Philip. 3. *Imponere.* Sall. *in* Catil. *Vertere in cõtumeliam.* Cæs. *de bel. ciuil.* 1. *Contumeliam accipere. in* Verr. Act. 4. *Pati. Brutus* Ciceroni: Neq; *usquã exul esse possum, dum*

seruire, & pati contumelias, peius odere malis omnibus. inde Contumeliosus. Fam.1.

Conturbare.

Conturbandi significatio paulo est implicatior. præter enim uulgare significatum, quod commune habet cũ perturbare, est bona profundere, atq; dißipare. de quo alibi. Philip.2. Nescio quid conturbatus esse uideris.

Conuenæ

Sunt, diuersis è locis eódem coëuntes, simulq́; coalescentes, ad urbem coniunctis ædificijs condendam. Tus.5.

Conuenire,

Idem quod colloqui & cõgredi. Fam.4. Et interdum cum datiuo ponitur, interdum quoq; has præpositiones admittit Cum, Ad, In, Inter. Etiã absolutè ponitur. Conuenire absolutè. Terent. Nomen nõ conuenit. Conuenire cum datiuo. Terent. in And. Conuenire cũ. Famil.6. Conuenire ad. pro Syl. Conuenire in. Philip. 5. Conuenire inter. de Finib.4.

Conuertere se,

Propriè est commutare uel traducere. Cic. Omnia hæc tum intereũt, tum in naturam aliam conuertuntur. Ponitur pro conferre. ad Qu. Frat. Interdum est ex lingua una in aliam uertere, ut conuertere Græca in Latinum. Tusc.3. Et dicimus Cõuertere in, de, ex. Dicitur etiã quis in rem suam, uel in suum commodum aliquid conuertere.

Cic.

Cic. Nihil de patris fortunis in rem suam conuertit. Etiã est uicißim, retro commeare, ad Att. 2.

Conuitium,

Est maledictum petulantius, siue quod priuatim, siue quod publicè fit: idq; tum in scriptis, tum in contentione publica. pro Cæl. inde Conuitium facere dicimus. Famil. 10. Conuitio iactare. Fam. 1. Conuitium sustinere. Cic. Improborum conuitia sustinere non poteram.

Copiæ.

Copia est rei cuiuslibet abundantia, uel ubertas: & opponitur inopiæ. Aliquando pro facultate ponitur, uel manu militari. Propriè. Fam. 2. & 5. inde Copiosus, pro abũdanti, uel uberiore ponitur. Interdum tamen pro diuite planè est, significato quodã illustriore, & expressiore. Propriè tam ad res, quàm ad personas pertinet. in Verr. Act. 1. Off. 2. inde Copiosè, quod abundanter est, & cum ubertate. in Verr. Act. 3.

Copulare,

Pro eo quod est coniungere & conciliare, quod etiam Colligare, & in gratiam ponere dicimus. Fam. 11. Quos spero breui tempore societate uictoriæ tecum copulatos fore, id est, adiunctum iri.

Coràm,

Significat ante oculos, uel in oculis, uel in conspectu, uel ante. Philip. 4. Vsus aduerbij. Fam. 5. & 9.

Vsus præpositionis. Fam.13. *Coràm tecum*. Fam.3. *Desperaram coràm me tecum agere posse.*

Corollarium,

Est additamentum, quod iustæ mercedi, pactæq; adijcitur. Et dicitur *accessio, uel additio, uel quasi lucrum*. in Verr. Act.5.

Corrigere.

Corriguntur propriè, quæ deprauata sunt: sed indifferenter rei omni uitiosæ conuenit, quæ diligentia, industriaq; nostra emendatur. ad Att.2. *Castritianum mendum nos corrigemus.*

Corripere,

Est comprehendere, uel reprehendere. in Verr. Act. 7. Hominē *corripi ac suspendi iussit ex oleastro quadā*. et Fam.8. *Clamorib. scilicet maximis iudices corripuerunt.*

Corruere,

Est cadere, uel ruere: & pertinet tàm ad personas, q̄ ad res. *Translatè ponitur pro perire, & dilabi*. Off.1. Itē *alibi: Multa oppida corruerunt.*

Cras,

Id est, post hunc diem. Cic. *Cras mane putat.* inde *Crastinus*. ad Att.15. & *Procrastinare. de quo alibi.*

Credere

Interdum est committere. Etiam *est fidem habere, uel adhibere, autoritatem tribuere uel adiungere*. & ponitur

nitur

nitur uel absolutè, uel impersonaliter. Fam.12. *uel cũ accusatiuo.ad* Att.7. *uel cũ accusatiuo & datiuo. ad* Att. 13. *cum datiuo.*Fam.5. *cũ præpositione* De. Fam.3. *Credo pro puto.*Et *illã particulam ferè sequitur* Quòd, *uel* Quoniam. Fam.13. *& absolutè.* Fam.3. *inde Credulus, qui facilè, uel temerè credit.ad* Att.15. *& Credulitas.*Fam.10. *Dicimus etiã, Crede mihi.* Fam. 9. *Crede mihi nõ audebis.* *& Credas hoc mihi uelim.* Fã.2. *Quin etiam credas mihi uelim, &c.*

Crescere.

Est augescere, uel amplificari: ac ponitur absolutè, uel cum datiuo.in Verr. Act.6. *uel cum ablatiuo. pro* Mur. *uel cum præpositione.pro* Arch. *Crescimus de re aliqua, uel ex re aliqua, uel crescit odium nostrũ in aliquem. sic præpositionẽ habet* De, Ex, *uel* In. *pro* Rosc. Amer.

Crimen.

Crimen quandoq; pro quadam quasi calumnia, siue accusatione ponitur: quandoq; pro genere peccati, & ipso delicto. Crimen pro accusatione, seu calumnia. pro Sylla. *Crimen pro specie, uel forma delicti. pro* Mar. *Crimen pro ipso edicto. pro* Ligar. *Crimen conflare.in* Verr. Act.4. *in Crimen uocare.*Dicimus *aũt rẽ in crimen uocare, pro rem crimini dare, uel uitio uertere. Sed aliquem in crimen uocare, accusare est. in* Verr. Act. 5. *& pro* Sylla. *Crimen conijcere, uel conferre in aliquem. pro* Murena, *&* Roscio Comœdo. *Crimen*

adferre, uel inferre alicui. pro Cluent. In crimen pone re. de Orat. 2. Crimine accersire, uel accersere. pro Cæl. In crimen incurrere, est uenire, uel incidere. Esse in crimine. in Verr. Act. 6. Crimen habere in aliquo. pro Cæl. Crimen dissoluere. pro Cluent. Crimen ponderare, in Verr. Act. 3. Crimen extenuare. Cic. Si hoc crimen extenuare uellet. Crimen deriuare. pro Mil. Crimen effugere, siue Elabi ex crimine. Cic. Tantis criminibus elapsum, &c. A crimine abesse, & Crimine carere. Criminosum. pro Sylla. inde Criminare, id est, crimini dare. & Criminamur tā delicta, quàm eum qui delinquit. Iungitur etiam cum accusatiuo, & non nunquam præpositionem admittit. in Verr. Act. 6. inde Criminatio. de Amic. Crimini dare id est, quod criminari, tum scilicet, cum personam ipsam criminamur. in Verr. Act. 7. Esse crimini, uel loco criminis. Fam. 7.

Cruciare,

A cruce deductum uerbum, quod Latinis pro omni re ponitur, quæ molestiam parte ex aliqua adferre poßit. Terent. Et illis crucibus, quæ nos, nostramq; adolescentiam habent despicatam. Idem: Crucior bolum tantū mihi ereptum tam subitò è faucibus. inde Cruciatus non solum ad corpus, sed et ad animum refertur interdū. Off. 2. Cruciatū edere in aliquem. uide exempla Edere. Cruciatum admouere. in Verr. Act. ult. Cruciatum ciere. Tusc. 2. Cruciatu afficere, uel conficere. in Verr. Act. 3. Agere

3. *Agere in cruciatum, in Verr. Act. ult.* *Dare in cruciatum. pro Rosc. Amerino.*

Cumulare,

Est augere, uel adaugere. Fam. 13. inde Cumulatus, um, quod expletũ, perfectũ, plenum'ue significat. Fam. 9. Off. 2. & Cumulus, pro accessione ponitur. Cic. Magnum cumulum beneficio tuo auxeris. inde dicimus Cumulum adferre. Fam. 16. Cumulum accedere. Fam. 6. in Cumulum accedere. cont. Rull. Cumulum diruere. ad Att. 16. & Cumulatè. Off. 3.

Culpa,

Est, si nescientes aliquid commiserimus. Cic. Omnino liberti mei uideo esse culpam. inde dicimus Culpã committere. Terent. in Hecyr. Cõmittere. Cic. in Parad. Contrahere. ad Att. 10. Culpa se contaminare. ad Her. Culpæ affinis, uel reus. Cic. Hunc affinem culpæ iudicato te. Culpã esse in aliquo. Fam. 1. Esse in culpa. Fam. 10. Culpam suscipere, uel residere in aliquo. ad Att. 2. Culpã hærere in aliquo. Teren. in Hecyr. Consistere in aliquo. Cic. Non modo culpa nulla, sed ne suspicio quidem potuit cõsistere. Culpa tueri. pro Mar. Culpã cõferre, uel transferre in aliquẽ. ad Qu. Frat. Culpam deriuare in aliquẽ. in Verr. Act. 4. Conijcere culpam in aliquem. Cæsar de Bell. Gall. 4. In culpam conuertere. pro Rab. Posth. In culpa poni. pro Cluẽt. Culpam coarguere. ad Att. 9. & Sustinere culpam, is dicitur cui

ſ.culpa adſcribitur.Fam.15. Culpam præſtare, eo modo Latini dicunt,quo præſtare damnum,uitium, dolum, periculum, &c. Eſt autem Culpam præſtare,culpam ipſam redimere,uel ſarcire quicquid damni à culpa proficiſcitur.Fam.6. Culpam redimere. Fam.10. Dimouere.de Inuent.2. Ex culpa eximere. de Inuent.2. Culpa liberare.ad Att. 2. Abeſſe à culpa. Fam. 6. Culpam eſſe procul ab aliquo. Terent. in Adelph. Culpā abeſſe à.Fam.12.Quicquid acciderit à quo mea culpa abſit, animo forti feram. Eſſe extra culpam. in Ver. Act.ult. A culpa abhorrere,id eſt,remotum eſſe.de In. 2. Culpa uacare.pro Lig. Culpa carere.Fam.6.

Cunctari,

Eſt tardare,uel quaſi dubio animo inſiſtere. cui contrarium eſt Properare.& caſum non regit.Fam.1.& 4. inde Cunctatio. in Verr. Dicam ſine cunctatione, quod ſentio. & Cunctator.ut M.Fab.Cunctator. & Cunctanter aduerb.Liu.Haud cunctāter diſcidiſſe cotē ferunt.

Cupidus

Nihil à ſtudioſo differt.& ponitur pro amāte. Fā. 7.

Cura.

Cic.Naualis apparatus ei ſemper antiquiſsima cura fuit. inde dicimus,Eſſe curæ.Fam.1. Eſſe curæ de. Fā. 10. Eſſe curæ ut. Fam.3. Habere curæ. Fam.8. Eſſe in cura. Fam.6. Eſſe cura, uel in cura.Fā.8.Verſari

sari in cura. Cic. Sed quid ago? cũ mihi sit incertũ, trãquil lo'ne sis animo, an ut in bello, in aliqua maiuscula cura ne: gotio'ue uerscre? Afferre curam. Fam. 3. Inijcere. Terent. *Itaq; adeo magnã mihi iniecit sua cõmoditate cu rã.* Tãgit, uel attingit me cura. ad Att. 9. Cura afficere, uel conficere. Fam. 4. Curam deferre. Cic. *Neq; uero huius belli conficiendi curam tanto studio pop. Rom. ad Cn. Pompeium detulisset.* Suscipere. Fam. 12. Susti nere. Fam. 10. Cura complecti. Fam. 3. Conferre se ad curam. ad Att. 7. Conferre curã ad. Fam. 4. Cu ram adhibere. Fam. 2. Ponere. Off. 1. Figere uel de figere. Fam. 2. & alibi: *Qui omnes suas curas in reip. sa lute defigunt.* Infigere. Idẽ: *Atq; hæc cura Quirit. erit infixa animo meo sempiterna, etc.* Cõsumere. ad Brut. Incumbere in curam. Fam. 10. Excubare curam apud aliquem. Fam. 10. Versari curam in aliquo. Cic. *Omnis cura mea solet in hoc uersari semper, &c.* Curam con figere. Philip. 7. Deriuare. Philip. 11. Abducere à cura. ad Qu. Frat. Traducere à cura. Fam. 1. Cu ras adimere. Terent. *Quot commoditates attuli? quot au tem ademi curas?* Curam leuare. ad Att. 1. Cura le uare. ad Att. 5. Soluere cura, uel à cura. Tusc. 1. Cu ra liberare. Fam. 9. Curam dimittere. Cic. *Et ego non dimitto istam curã.* Deponere. Fam. 4. Abijcere. Fam. 9. Considere. Cic. *Tum mihi ita chari, itaq; iu cundi, ut eorum aspectu omnis, quæ me angebat de rep.*

cura consederit. Cura uacuus. ad Att. 2. Esse sine cura. ad Att. 2.

Curare,

Absolutè positum. Sall. Legatis imperat, ubi quisque curaret. Curare absolutè positum cum Vt. Fam. 2. Curare ne. Cic. Vt cures, ne quid ad hoc negocij, aut oneris accedat, aut temporis. Curare cum accusatiuo. Famil. 6. Curare se. Fam. 16. Curare aliena. Terent. Aliena ut cures, eaq; nihil quæ ad te attinent? Curare funus. Terent. Curabat unà funus. Ludos. Fam. 11. Vocem. ad Heren. 3. Curare aliquid alicui. Fam. 5. Curare, pro curæ habere, uel mederi. ad Att. 4. Curare de. Fam. 6. Curare pro timere, uel sollicitum esse. Famil. 9. Curare faciendum. Cic. Funus ei satis amplum faciendum curaui. Inde curatio est, in qua uersatur cura: uel est munus à nobis susceptum, ad quod exequendũ curæ nostræ conferuntur. Fam. 6. Curationem adhibere. Tusc. 3. Admouere. Tusc. 4. Adferre. Fam. 4. Cura pro curatione. Fam. 5. Curator. ad Att. 1. Curiosus, & in bonum & in malum ponitur. estq; qui rem aliquam uel ambitiosius inuestigat, uel impotentiori rerũ nouarum studio tenetur. Fam. 4.

Curia,

Est sedes ac templum publici consilij, & tam ad locũ, quàm ad personas, hominumq; conuentum refertur. Vnde dictæ Curiæ Romanæ, & Curiatæ leges, & comitia. de Finib,

de Finib.3. à Curia fit etiam Curialis. Off.2.

Currere,

Est celeriter ire, uel uehementer intẽta celeritate, uiã (quod dicitur) quasi uorare, uel gradum præcipitare. Et *dicimus Currere aliquò, uel Currere cursum, aut stadiũ. ad Att.10. inde Currentem incitare, id est, per se satis incitatum, & ad rem agendum alacrem, obnixeq; incumbentem, instantius hortari, uel impellere. Ducta est metaphora ab ijs, qui in curriculo certant cursu, quibus acclamatio solet addere uelocitatem, et animos alacriores facere. Fam.15. à Curro fit Curso frequentatiuum, uel Cursito. Cic. Ne cursem huc & illuc uia deterrima. inde Cursor. Tus.2. & Cursus, qui & ad terrã, et ad mare, et ad cœlũ pertinet. inde uenit ut dicamus etiã Cursum petere, cõficere, & in cursu esse. Cursum tenere, translatè ad rem nauticam pertinet.* Et *dicitur nauis cursum tenere, cũ intentis uelis longius fertur.* Est *quoq; in cursu nauis, cum plenis uelis fertur. de Senect. ad Att.8. ad Heren. 3. Translatè. Fam.1. Etiã inde uenit Curriculum, quod uel spaciũ, quod curritur significat: aut cursum, aut currum. Propriè. de Senect. Translatè. de Senect. Cursim aduerbium est etiam à Curro.* Et *in propria significatione idem est, quod cursu contendo, uel per cursus uicißitudinem. Ponitur tamen pro leuiter, uel parum attentè & considerate. Quæ enim cursu uel currentes prætergredimur, ea aut attentius, aut diligentius considerare*

non

non possumus.Philip.11. Translatè.de Orat.2.

Custodia.

Ponitur & pro eo,cui rem in custodiã damus:& pro fide eius,qui rẽ custodit.Plaut.in Capt. Sumitur & prò carcere.Colum.1. In custodiam dare.in Verr. Act.ult. In custodiam tradere.ad Qu.Frat. In custodia colloca re.Philip.7. In custodijs habere, idem quod in custodiam tradi.Sallust.in Catil.de libera custodia mentionem facit:quam Barbari dicũt, habere urbem pro carcere. In custodijs teneri.Sall.in Catil.

Custodire,

Idẽ quod seruare,& conseruare.Fam.9. Fac ut quàm diligentißime te ipsum mi Dolobella custodias. & Custos,conseruator,uindex.pro Sest. Video Milonem uindicem libertatis uestræ, custodem salutis meæ. Dicimus etiam Custodire memoria,pro eo quod est,memoria tenere: et custodire literis idem est,quod monumenta diligentius seruare.de Orat.1.& 2.

DAMNVM,



ST *incommodum, uel detrimentum, uel iactura,uel pœna.Cic. Quis unquã tanto damno senatorem coëgit? inde Damnum dare.Terent. Quid facias illi,qui dederit damnum, aut malum? Damnis afficere.Fam.13. Damnum contrahere. de Finib.5. Facere.Fam.7. Resarcire.Fam.1.*

Dare,

Dare,

Idem est, quod largiri & donare. Terent. Principio et habet quod det, & dat nemo largius. Dicimus etiam *Dare absolute, pro literas dare. ad Att. 1. & 2.* Et pro *concedere uel permittere. Fam. 6. & Dare aures alicui, quod est aliquem audire, uel in aliquo audiendo facilem & attentum se praebere. ad Att. 1. & 2. & Dare se alicui, idem est quod sequi, studere, uel inseruire: & datiuo iungitur. Interdum praepositionē admittit, ut dare se ad aliquid. ad Att. 7. Dicimus quoq; Dare uitio, uel uitio uertere. & idem est quod dare crimini. Off. 1. Translate autem elegantius dicitur, quàm in propria significatione. Quid enim uenustius, quàm Dare facultatē, operam, potestatem, dare se facultatibus, dare ad languorem, ad sepulturam, dare ansam, dare bibere, dare consilium, damnum, fidem, dare se in pedes, in sumptum, dare manus, merita, negocium, nomen, dare nuptum, dare obuiam, dare plausum, poenas, uerba, dare se in uiā, &c. de quibus omnibus suo loco.*

Deamare,

Est uehementer amare. Terent. Nae ego sum fortunatus, deamo te Syre.

Deambulare,

Et Inambulare, saepius ad primam ambulandi significationem accedunt, ab altera ferè remota sunt. de Leg. 1.

Debere

Debere

Triplicem usum apud Latinos *habet*. *Dicimus enim*, *Omnia tibi debeo*: *uel sic sine accusatiuo*, Tibi *non debeo*, *id est*, *tibi non obligatus sum*: & Illius *causa omnia debeo*, *id est*, *uel suscipere*, *uel obire*. Fam. 2. 5. et 6. *Debere alicui*, *sine accusatiuo*. Fam. 15. *Debere alicuius causa*. Famil. 4. *Debere pecuniam*, *uel aliud quippiam*. ad Att. 6. *inde* Debitio. ad Att. 14.

Decedere,

Verbum *aut absolutè ponitur*. Fam. 3. *Aut cum ablatiuo*. ad Att. 2. *Aut cũ* De, *uel* Ex. Fam. 2. & Decedere *cum datiuo*, *pro cedere ponitur*. Cic. *Ante exil.* Translatè *dicimus*, Decedere *de iure suo*, *de sententia*, *de uia*. *pro Cæl.* Pro *curriculo uitæ decedere*, *dicit* Cicero Act. 4. *in* Verr. *inde* Decedere *de sua ratione*, *de dignitate*, *uel officio*. Act. 2. *in* Verr. *Decedere à*, *pro mutare*. *pro* Flac. *Item pro expelli*, *uel deijci*. *in* Verr. Act. 4. *item* Decedere *de summa*, *id est*, *deijci*. Terent. De *summa nihil decedet*, *id est*, *nihil detrahetur de summa*. Et Decessio *pro discessu ponitur*, *uel uox contraria est* Accessioni. Fam. 4. *Pro diminutione*. *pro* Rab. *Posth.* *Aliquando pro fugere uel uitare*. *Cæs.* Quibus *ita interdictũ est*, *ijs omnes decedunt*, *aditum sermonemq́; fugiunt*.

Decernere,

Pro *recensere*, *aut sancire*, *decretum facere*, *decretum* interpo-

interponere. A qua significatione fit Decretum. Interdum etiam est deferre, uel tribuere, uel aßignare: ut decernere honores, decreta uirtuti præmia, decretum Cæsari stipendium, pecunias ad ludos decernere. Decernere sumptus, pecunias, stipendia, præmia. Etiam animum inducere, uel cõstituere est. ad Att. 3. Sic Certũ esse alicui dicitur, id quod facere instituit. Sic igitur Certũ est mihi dicunt Latini, pro deliberaui & constitui. ad Att. 2. Ponitur quoq; pro contendere & concertare. ad Att. 8.

Decertare,

Idem quod contendere, & concertare. Cic. An decertare mecum uoluit contentione dicendi. & Decertatio. Philippica. 11.

Decedere ex astris,

Est è cœlo detrahi. Cic. Nam quia deciderat ex astris, lapsus potius, quàm progressus uidebatur. uide Cœlum.

Declamare

Propriè est ualde clamare, sed à Latinis receptũ est, ut ponatur pro se exercere ficto orationis themate, ut solebant Romani adolescentes, eloquentiæ studiosi, ingenij exercendi gratia inuehi oratione in eos, quos scirent aliquo crimine posse notari. uel alicuius defensionem suscipere, & in utriusq; argumenti exercitatione ueram quandam causæ speciem adumbrare. Fam. 4. inde Declamator. pro Planc. et Declamatio à Declamare dicitur, quæ

ut Declamo, umbratilem & domesticã exercitationem, & inclusam commentationem habet. pro Mur. & Declamatorius. ad Qu. Frat. inde quoq; uenit uerbũ Declamitare. Cic. Præterea declamitare græcè apud Caßium institui, Latinè autem apud Brutum exerceri uolo.

Declarare

Vehementius est quàm significare. quæ enim declaramus, penè ob oculos ponimus, quæ leuiter significari possunt. Fam. 5. & 6. inde Declaratio. Fam. 15.

Declinare

Propriè, est corporis motu aliquid effugere, uel corpus flectere, ut quod immineat, urgeat'ue, effugiamus: quod uidere est in lanistis & gladiatoribus, qui dum alius alium petit, & ictus comminus inferunt, uel toto corpore, uel parte aliqua petitiones declinãt, sese scilicet huc illuc inflectentes. unde usus inualuit, ut Declinare Latinis sit uitare, uel effugere. Et ponitur absolutè. pro Sest. Cum accusatiuo. Off. 1. Cum ablatiuo & præpositione. Off. 1. Item dicimus Declinare telum, periculum, declinare ad dextram, declinare de uia, declinare à loco aliquo. inde Declinatio. ad Att. 2. Aliquãdo est deflectere, uel diuertere. Cum accusatiuo, uel A, uel De iungitur. Et translatè ponitur. ad Att. 14.

Decrescere,

Id proprie dicitur, cui acceßio decedit. de Diuin. 2.

Idem

Idem ferè etiam Deflorescere dicunt, & Defluere.

Decuriare,

Pro distinguere & conscribere in decurias ponitur. nam nobilitas Romana *in* Decurias, *cæteri in* Centurias *erant diuisi.* Sic Decuriæ *erant nobiliorum,* Centuriæ *uero inferiorum.* Decuriæ *etiam erant iudicū, scilicet senatores in decurias distinctas distributi, ut uiri equites, qui iudicandi munere necessariò fungebantur, ad idq; prætoris imperio cogebantur.* Itaq; *à* Decuria *fit* Decuriare, *cuius significatio ea est, quam modo ostēdimus.* pro Cluent. & Decurio. Vide Vallam *lib.6.cap.32.*

Decurrere,

Et propriè & translatè ponitur, ut Decurrere CCM. *passuum, uel* Decurrere *ætatem, aut breuiter aliquid decurrere.* Fam.8. *inde* Decursio, *pro excursione.* Fam. 11. & Decursus *trāslatè.* Fam.3. *item* Decursum *animo, uel* Percursum *Latini uocant, quod cognitum habemus.* Cic. *Vt omnes eas causas diligētes oratores, et memores, percursas animo, & propè decātatas habere debeāt.*

Decus,

Est nominis celebritas, quam ex rebus gestis consequimur. Latè *tamen patet: & rei omni, quæ nobis aut honori, aut splendori est, conuenit.* Fam.10.

Dedecus,

Decori contrarium est, & in Dedecori aliquid inest

facti.ad Att.7. Inde dicimus, Esse dedecori.Off.1. Dedecus concipere.Off.1. Admittere.Fam.3. In dedecus incurrere.de Finib.1. In dedecore uolutari.ad Heren.4. Dedecus imprimere. Philip.5. Qui locus sic restituitur: Sed illud os, illa impuritas fecisset, uti hos iudices legere auderet, etc. Dedecus suscipere.pro Murena.

Dediscere,

Et Discere, inter se cõtraria sunt.Fam.9. Est enim Dediscere, eius quod semel didiceris contrariũ discere.

Deditus,

Qui libẽter sequitur, oblectatur, fauet, studet. & tam ad personas, quàm ad res refertur. Et in bonam & malam partem refertur.Fam.5. Extra personã. pro Cæl. In malam partem.pro Rosc.Amer.

Dedocere,

Diuersum ab eo, quod docueris olim, docere.de Finib. Auget potius atq; inflammat, ut coërcendi magis, quàm dedocendi esse uideantur.

Deducere.

Deducimus riuos & aquam, & deducimus aliquem domũ, uel de domo. Deducũtur etiã præsidia ex oppidis. Sed est etiã Deducere, reuocare, uel remouere, & cũ præpositione A, uel ablatiuo.Fam.1. uel De.in Verr.Act.2.

Deesse,

Deesse,

Est deficere. & pertinet tã ad res, quàm ad personas. Nimirum desunt nobis res, uel nos alicui desumus. Quod si nobis res deesse dicũtur, significatur res ipsas nobis nõ suppetere. Si uerò aut rebus, aut alicui desumus, designatur studium, officium, fidem, operam, uel præsentiam nostram rei, uel personæ deesse. Et *ponitur uel absolutè.* Terent. Non *ratio, uerùm argentum deerat.* Vel *cum datiuo.* Fam. 2. & 7. *Vel cum datiuo & ablatiuo.* Fam. 1. & 4. *Vel cum præpositione* Ad. Fam. 3. *Vel cũ præpositione* A, *uel* Ab. Fam. 4. *Et* Deesse *cum ponitur cum præpositione* In, *accusatiuũ uel ablatiuũ habet. In accusatiuo ponitur* In *pro* erga. *In ablatiuo, facultatis uel præstantiæ defectũ indicat.* Fam. 11. *Itẽ deesse sibi dicitur, qui quod in se positum est, non agit: uel qui animo remisso & fracto, operam, diligentiam, studiumq́; quod debet, in re suscepta non præstat: uel cuius ignauia, negligentiaq́; in causa est, ut minus quod in uotis fortè habet, ex sententia assequatur.* Fam. 5. & 7.

Defendere,

Idem est, quod tueri & protegere. Cic. *Reus enim est à me iudicio capitis, rebus saluis defensus. inde* Defendere *aliquid à se factum, pro probare, adniti, quod à nobis factum est, id & rectè & iustè factum esse.* Fam. 2. Defendere A *uel* Ab. Fam. 5. *Defendere lapides, uel*

 ignem,

ignem, uel aliquid huiuſmodi. Quia non ſolum id defendi dicunt Latini, cui damnum infertur: ſed id etiam, quod da mnum infert, defendimus, id eſt, propulſamus. de Seneƈt. Defendere locum, id eſt, exiſtimationem ſuam tueri. pro Quint. Hinc etiam Defenſitare. Cic. Si igitur non poterit ſiue cauſas defenſitare, ſiue populum concionibus te nere, ſiue bella gerere, &c. & Defenſio. Cic. Quæ à me ſuſcepta defenſio eſt, te abſente dignitatis tuæ, &c. item Defenſor. Cic. Cæteris in rebus ſe acerrimum tui defenſorem fore oſtendit. Inde quoq; dicimus, Defenſorem adoptare. Cic. Quem ſibi illa defenſorem ſui iuris, ul torem iniuriarum, actorem totius cauſæ adoptauit.

Deferre,

Eſt tribuere, & ponitur cū datiuo uel accuſatiuo, interiecta præpoſitione Ad. Fam. 4. Interdū idem quod perferre & afferre, hoc eſt, nuntiare, & certiorem facere ſignificat. Fam. 4.

Defeſſus,

Dicitur languens, et ſine caſu eſt. de Orat. 3. Vel ablatiuū habet, idq; ſine præpoſitione. cōtra Rul. Aut cū ablatiuo & præpoſitione De. Cic. Niſi de uia defeſſus eſſet.

Deficere,

Eſt deſerere, deeſſe, uel deſciſcere. Abſolutè. Tuſc. 1. Vel cum accuſatiuo. Fam. 4. Vel cū datiuo. pro Flac. Vel cum ablatiuo, interiecta præpoſitione. Et per hunc lo quendi modum dicuntur, qui ab his, quorum ſub imperio

ſunt

sunt, desciscunt, & in hostium numerum se conferunt, uel dicuntur Deficere, *qui ab alterius ductu & partibus recedunt.* Fam. 7. & 12. *Vel passiuè, atq; absolutè, uel cum ablatiuo. pro* Cluet. *inde* Defectio, *quae est eius, qui ab aliquo recedit: ut est recessio aut militum, aut ciuitatis à domino, uel à superiore. Vel dicitur* Defectio, *quam alij eclipsim appellant. nos planè Latinè diminutionem, uel imminutionem, aut interitum uocare possumus.* Tusc. 4. *ad* Att. 3. & Defectus, us, ui. Vall. *lib.* 4. *cap.* 6. *interdum* Defectus *adiectiuum est, & ponitur à Latinis uariè. Aliquando enim significat perfectum, uel confectum,* ad Att. 13. *Alio modo* Defecta *corpora uel* Defecti *quidam dicuntur, quasi resoluti.* Martialis:

Dulcia defecta modulatur carmina lingua,

Cantator cygnus funeris ipse sui.

Et Deficere *à se, Latini dicũt pro disiũgere se, uel immutare se.* Fam. 2.

Deflectere

Dicimus de uia, aut spacio. Translatè. Off. 2. *Et aliquando pro flectere, uel inflectere ponitur. pro* Cecin. *Si ad uerba rem deflectere uelimus.* Deflectimus *etiam à re aliqua, mutata scilicet uoluntate & consilio. estq;* Deflectere, *declinare, uel diuertere.* Fam. 8.

Deflere

Rem aliquam, *est de ea re interposito fletu conqueri.*

Cic. Verum, ut scribis, hæc in Arpinati ad sextum circiter Id. Maij nõ defleamus, ne opera & oleum philologiæ nostræ perierit, sed conferamus tranquillo animo. inde Defletus. in Tusc.

Deflorescere,

Per translationem ea dicuntur, quæ concidunt & pereunt, aut pristina præstantia & excellentia nudantur. Ductum est ab arboribus. ad Heren.4.

Defluere

Propriè ad fluminum, amniumq; fluxum pertinet. Verg. Vdisq; aries in gurgite uillis Mersatur, missusq; secundo defluit amni. A fluminum cursu, ab ijs rebus defluere dicimur, in quibus nõ immoramur. Tusc.1. Ponitur etiam pro duci, ~~uel manare. in Bruto.~~ Aut pro eo, quod citò, paruoq; momento præterit. Fam.9. Pro detrahi uel perire, uel intercidere. de Amic.

Defore

Ea significatione est, qua defuturum. cõtra Rull. Vide Deesse.

Deformare,

Est labefactare, turpem reddere, contaminare uel deprimere. ad Att.2. Extra personam. in Verr. Act.6. inde Deformis: quæ uox non semper corpori conuenit, sed ad alia transfertur. Fam.4. & Deformitas corporis uitium est, sed translatè pro quauis turpitudine poni solet.

solet. Sua est animi deformitas, cũ sceleratis moribus inquinatur. de Leg. 1.

Dehortari,

Est dissuadere: & ponitur uel cum accusatiuo, uel cũ præpositione A. Sall. *Multa me dehortãtur à uobis* Quirites, *nisi studium reipub. omnia superet.*

Deijcere,

Est deturbare, uel depellere. Dicimus *deijcere oculos, metum, &c.* Id *loquendi genus celeritatem aliquando habet, aliquando præ pudore oculorum submißionem, uel quasi conniuentem aspectum.* Philip. 1. Propriè. pro Quint. inde *Deiectio.* pro Cecin.

Delere,

Præter propriam significationem eleganter etiam capitur translatè, pro mitigare, siue placare. ad Att. 1.

Deliberare,

Est consultare, uel consilium rei alicuius faciendæ capere: & ponitur uel absolutè. Fam. 6. *Vel cum accusatiuo.* ad Att. 9. *Vel cum præpositione* De. Fam. 13. *aut* Cum. ad Att. 8. *Hoc etiã uerbo utimur in hunc modum,* Deliberatum *esse alicui, uel deliberatum habere, id est, constituere, uel in animo habere.* Fam. 5. *& in* Verr. Act. 5. *inde* Deliberatio. Fam. 4. *&* Deliberationẽ *introducere.* Off. 3. *In deliberationem cadere.* Off. 1. *Deliberationem habere, & actiuè & paßiuè ponitur.* Ha

bent enim res deliberationem: scilicet, quæ in deliberationem cadunt: & id paßiuũ est. ad Att. 7. Habemus etiã rei deliberationem, cum de ea deliberamus, idq; totum actiuum est. Philip. 1.

Deliciæ,

Pro re qua maxime delectamur. ad Att. 1, Tulliola deliciæ nostræ.

Delinquere,

Idem quod errare, siue peccare, aut cõmittere aliquid. Cic. Quid tantopere deliqui illo die? Dicimus etiam Delinquere in re aliqua. de Inuent. 2. inde Delictũ. Famil. 5. & Delictũ cõmittere, uel admittere. Cæs. de bel. Gal. 7. Delictum comprimere. Cic. Neq; unum eius, nec paruum, sed multa magna delicta compreßi.

Demere,

Est detrahere. de Nat. Deor. 3. Aesculapij Epidauri barbam auream demi iußit.

Demigrare,

Idem quod migrare, hoc est, de loco alio ad alium sese cõferre. Cic. Vetat enim dominans ille in nobis Deus, iniussu hinc nos suo demigrare. Et in Vatin. Homines ab ore improbo demigrant, id est, abeunt, ne hominis importunitatem uideant.

Demonstrare

Plus est, quàm declarare. Fam. 3. & ad Att. 1. Demonstraui hæc Cæcilo, simul & illud ostendi, &c.

Demorari,

Est mora aliquem detinere, quod & Remorari dicimus.de Orat.2. Ac ne diutius uos demorer.

Denarius,

Decem librarum nummus erat, cuius quarta pars Sestertius, eo tempore scilicet, quo denarius decußi ualebat. Erat autem denarius argenteus nummus, quatuor & uiginti siliquas pēdens. Vnde apud Priscian. Siliquæ tres, inquit, obolum faciunt, duo autem oboli scrupulum, tria scrupula drachmā. Ita duodeuiginti siliquæ in drachma, sic quatuor drachmæ in tribus denarijs: hoc est, duæ & septuaginta siliquæ. Denarius autem quaternos sestertios nūmos ualebat, hoc est, quaternos caroleos, & binos denariolos turonicos. Ex eo denarius dictus, quod pro decem aßibus æreis locaretur, & caderet in solutū. in Verr. Act.4. Cæterum Denarium nunc appellamus, Caroleum nummum argenteum, qui antiquum sestertium ualet. Plura uide apud Bud. de Asse.

Denudare,

Idem cum suo simplici Nudare, hoc est, spoliare, & priuare. de Orat. 1. Vide Crasse, ne dum nouo & alieno ornatu uelis ornare iuris ciuilis scientiam, suo quoq; eam conceßo atq; tradito spolies, atq; denudes.

Denuntiare,

Significare est: & paßiuè etiam ad personā refertur,

ut

ut, Nunciantur Galli Hispanos uicisse. Nonnunquam etiã sic de re loquimur, quod planius & certius fit, positis suo loco exemplis. Fam. 10. & 5. Interdũ pro minari ponitur. Fam. 5.

Depeculari,

A Peculari uenit, quod antiquis erat, furari ea quæ ad remp. seu principem pertinebant. Vnde Peculator est ille, qui peculatum facit. Off. 3. & Peculatus, quod nomen furtum est rerum ad ipsam remp. pertinentium, uel ad prouentus principis spectantium, sicut sacrilegium rerum sacrarum. Vel est crimen eius, qui pecuniam publicã auertit. pro Flac. & Depeculator. in Verr. Act. 2.

Depellere,

Est expellere, uel repellere, & tam in bonam quàm malam partem capitur. In bonam. pro Sest. In malam partem ponitur. Philip. 13. inde Depulsor. Philip. 2. & Depulsio. Philip. 8.

Deperdere,

Amittere, damnum rei alicuius facere. In Tusc. Qui timebit, ne quid ex ijs deperdat, beatus esse non poterit.

Deperire,

Posuerunt antiqui pro impotenter amare. Plaut. Meretricem ingenuam deperibat mutuo. Etiã ponitur pro perire, ad Att. 1.

Depopu-

Depopulari,

Est uastare, uel diripere. Philip. 7. inde Depopulator. pro Dom. sua. *&* Depopulatio, *quæ est direptio uel uastatio. Philip. 5.* Depopulationem *inferre. de Arusp. Resp.*

Deprimere,

Est proterere, uel conculcare. Propriè. de Senect. *Translatè. pro Cluent.*

Derelinquere,

Est deserere, quod extra locum est. in Bruto. Est etiã cum id opus non præstatur, quod ferri, præstari'ue uel ẽ re ipsa esset, uel ex nostro officio. pro Cecin. Ponitur *quoq; pro derelicto habere. ad Att. 8. inde* Derelictio. *Off. 3.*

Describere,

Interdũ pro exprimere ponitur, uel designare. Fam. 8. Interdum pro transscribere. Fam. 12. Interdum uero pro partiri & diuidere, aut in ordines, familias, ciui tates, tribus, centurias'ue digerere. unde Descriptio, *id est, talis digestio. Ponitur etiam* Describere, *pro eo quod uulgus dicit* Taxare. *ad* Qu. Frat. *inde* Describere ius, *est ius statuere. Off. 1. &* Descriptio, *significat explicationem & definitionem, uel partitionem, uel distributionem. ad* Heren. 2. & 4.

Deserere,

Deserere.

Est destituere, uel derelinquere. Cic. *Fama nunquam deseret Curium.* *Ponitur etiam pro frustrare.* ad Att. 3. *inde* Desertor *dicitur, qui per prolixum tempus euagatus reducitur.* ad Att. 8.

Desidere,

Est deorsum sidere. & dicitur propriè terra deside re, cum labes fit. de quo in uerbo Labes. Off. 3. *Cum terra desedisset magnis quibusdam imbribus, in illum hiatum descendit.* Varro: *Quod inane natat, plenum desidet. pro eo autem* Liuius *Considere dicit.*

Desidiosus,

Qui & Deses, *idem quod segnis, piger, ignauus.* Liu. *Sedemus desides domi, mulierũ ritu inter nos altercãtes.* et Ouid. *Quæritur, Aegisthus quare sit factus adulter? In prõptu causa est, desidiosus erat.* hinc Desidia. Tusc. 5. *Nos ũbris, delicijs, ocio, lãgore, desidia animũ infecimus.*

Desinere,

Est omittere, desistere, uel finem facere: & absolutum est. de Orat. 3. *uel infinitiuum alius uerbi habet.* Fam. 1. *uel accusatiuum, uel ablatiuũ.* Fam. 7. *&* Desitum est, *ponitur loco uerbi præsentis temporis, uel præteriti. s. pro desinimus, uel desiuimus.* Vel *impersonalis est locutio, & infinitiuum alius uerbi aliquando post se habet. aliàs sine infinitiuo est.* de Finib. 2. Off. 1. Desitus. Fam. 9.

Desistere

Desistere,

Est cessare, uel intermittere. & ponitur uel absolutè. Fam.5. *Vel cum infinitiuo alius uerbi.* Fam.1. *Vel cum ablatiuo.* Fam.1. *Vel cum præpositione* De, *uel* A. Off.1.

Desperare,

Spem abijcere. Cic. *Libros tuos conserua, & noli desperare eos meos facere posse. Desperare cum datiuo,* pro Cluent. *Desperare de.* ad Att.8. *Desperari.* ad Att.7. *inde Desperatio.* Fam.5. *Aliquando ponitur pro putare, sed negatiuè.* Cic. *Non equidem planè despero ista esse uera, sed nescio, & discere à te uolo.*

Despoliare,

Spolia detrahere, deprædari, siue diripere. Cic. *Qui dux isti ad despoliandum Dianæ templum fuit.*

Destituere,

Est deserere, uel derelinquere. ad Att.1. *inde Destitutio.* pro Cluent.

Desultores

Erãt, qui duos equos absq; ephippijs agitantes, ex altero in alterum subinde mira pernicitate desiliebant. Liu. *Quibus desultorum in modum binos trahentibus equos in recentem equum ex fesso transultare mos erat, inter acerrimã pugnam. Ab ijs Desultoria leuitas, prouerbiliter dicitur.*

Detinere,

Est tenere, uel demorari. ad Att. 3.

Detrahere,

Est propriè demere, uel auferre. Sed quoniam qui nobis obtrectant, existimationem, gloriamq́; nobis auferre uidētur: fit ut detrahere, pro obtrectare à Latinis dicatur. Dicimus autem detraho de te, & detraho tibi. Fam. 3. dicimus quoq; detrahere, pro detractionem facere, & pro minuere, auferre uel decerpere ponitur: & ad personam pertinet. & ponitur pro reuocare, uel uocare. ut Detrahere in iudicium, detrahere ad accusationem. pro Cluent. & dicimus detrahere alicui aliquid, uel ex aliquo. Fam. 1. & 3. inde Detractio. Off. 3.

Detrimentum.

Varro uult à detritu dici, quod ea quæ detrita sunt, minoris sunt precij. ponitur aūt pro damno. Off. 1. inde Detrimentū afferre. ad Att. 16. Importare. de Orat. 1. Iniūgere, uel Inferre. Fam. 11. Facere. in Verr. Act. 6. Cupere. Fam. 16. Accipere. Fam. 10. Sarcire, uel Resarcire. Cæs. Cupiens eius rei detrimentum resarcire. Inde Detrimentosus. Cæs. de Bell. Gall. 7.

Detrudere,

Est depellere, uel deturbare, uel differre. sic erit triplicis significati. primum eijcientis. Fam. 5. deinde uehementius impellentis, uel deprimentis. ad Qu. Frat. postremo extra-

extrahentis, uel procrastinantis. ad Att. 4.

Deturbare,

Interdum est demoliri. unde Deturbare *statuã, uel parietes, uel cœmentum, uel ædificium. ad Qu. Frat.* Ad *personam relatum est uel deijcere, uel detrudere.* Fam. 12.

Deuenire,

Pro *incidere ponitur, & nescio quid inest liberius in Deuenire, quàm in* Incidere. Fam. 7.

Deuincire.

Propriè. Plaut. *His indito cathenas singularias: istas maiores, quibus sunt deuincti, demito.* Translatè. Cic. *Coniunctio sanguinis deuinxit homines charitate.*

Deuitare,

Est uitando declinare. Cic. *Vt, quoniam criminum uim subterfugere nullo modo poterat, procellam temporis deuitaret. inde* Deuitatio. *ad* Att. 16.

Deuius,

Qui de recta uia deflexit. et tam de loco, quàm de persona dicitur. Ponitur aliquando propriè, aliquando translatè. ad Att. 2. *Philip.* 5.

Deus

Ponitur *pro principe in re aliqua, & pro eo qui floret præ cæteris.* Cic. *In qua tu mihi semper* Deus *uideri soles, id est, princeps. Inde dicimus,* Deus *ac parens fortunæ ac nominis mei, id est, autor & tutor.* Cic. *Cuius ego patrem*

k domi-

dominum, ac parentem statuo fortunæ, ac nominis mei & fratris, rerumq; nostrarum. Hinc etiam dicimus Deum *facere*, Deum *esse*, &c. *de quibus alibi.*

Dica.

Δίκη *uox est græca, à Latinis sæpe usurpata: & pro causa, uel iudicio ponitur. uarias autem habet locutionum formas, ut* Dicā *sortiri, pro eo quod est, sortes à iudicibus duci, ut quæ prima dica, id est, causa ex urna exeat, prima agatur. in* Verr. Act. 4. *Dicam scribere, &* Dicam *impingere, quod* Paulus Iurisc. *Dictare actionem dicit.* Terēt. *An unquam iniuriarum audisti mihi scriptam dicam?*

Dicere,

Est loqui, narrare, uerba facere, memorare, aut perhibere, uel proferre: in quo præcipuam elegantiam habet, cum est passiuum, & celebritatem & famam continet, uulgiq; peruagatum quoddā testimonium. Fam. 8. *Ponitur etiam pro eloqui, aut in arte oratoria uersari.* de Orat. 2. *Aut pro orationem habere, uel respondere.* Et *absolutum est, uel ablatiuum cum præpositione* Pro *habet, uel accusatiuum cum præpositione* In *uel* Ad: & *tum significat respōdere. nisi fortè* Ad *pro apud ponatur, ut* Dicere *ad iudicem, dicere ad populum.* de Orat. 1. *inde* Dicere *de scripto, est orationem scripto pronuntiare, non eā suppeditante memoria habere.* Philip. 10. *Dicimus etiam de scripto recitare, uel ex scripto. &* Dicere diem *dicimus, quod non semper ad rem forensem pertinet, sed etiā sæpe extra forū est.* Et *est idem, quod cōstituere.* in Verr.

Act.3. Diem dicere, apud Ciceronem pro diem dare legitur. ad Att.1. Dicere sacramento. Liuius 5. secund. bell. Pun. Dicere pro destinare, & dicare, aliquādo ponitur. Liuius 4. ab Vrb. cond. Dicere doti etiam antiqui dicebant, pro in dotem promittere. Terent. in Heaut. inde Dicta puella. Verg. Et cōiunx quondam tua dicta relinquor. Dicere etiam magistratum, Romani dicebāt pro creare, & quasi destinare, ut Dicere dictatorem, Dicere magistrum equitum. T. Liuius: Nocte silente diceret dictatorem. Diem itaq; dicere est propriè, diem constituere. inde fit, ut Diem dicere sit, uadimonio capitali obstringere, & in iudicium uocare, die ad sistendum constituta, & ad uadimoniū obeundū præfinita. in Verr. Act.1.

Dictare,

Est dicere, quod alter scribens excipiat, & manu stiloq; notet. ad Att.2. inde Dictata, id est, interpretationes, quæ à ludimagistris dictantur. Horat.

Sic iterat uoces, & uerba cadentia tollit,
Vt puerum sæuo credas Dictata magistro.

Sed in literis non tantum dictata dicuntur, uerùm etiam in alijs artibus. Iuuenalis:

Peragit dictata magistri, Omnia. Suet.

Vt disciplinā singulorū atq; dictata susciperent. ubi loquitur de gladiatoribus. inde Dictitare, est frequenter dicere & narrare, uel frequenti & crebro sermone dißipare & diuulgare. Philip.2. & Dictum, quamuis

de omni sermone intelligatur, specialem certè significatio nem habet, pro dicaci sermone. de Orat.2. Dictio pro elocutione & facũda oratione, aut forensi exercitatione, aut pro causæ pronunciatione. de Orat.2.

Dies.

Vallam lege lib.4. cap.80. quanquam lapsum. Dies aliquando ponitur pro luce. Terent. Apparare de die con uiuium. inde Dierum ratio. ad Att.8. Dies pro tem poris cursu. Fam.7. Dies hodiernus. Philip.6. Inde etiam elegantes modi loquendi, ut Multos dies uel cõplures esse cum aliquo, uel uersari in re aliqua. Fam.2. Dies noctesq;, est idẽ quod perpetuò, uel assiduè. Fam.9. Paucis antè diebus. Fam.13. Paucis diebus, id est, paucis post diebus. ad Att.5. Paucis pòst diebus. Fam.1. Lapsis paucis post diebus. Philip.10. Proximis superioribus diebus. Fam.1. In paucos dies, uel in diẽ. Off. 3. Ad eam diem, id est, usq; ad eam diem. Liuius: Quæ bella gesta ad eam diem essent. Ad diem, id est, ad diem cõstitutum, uel certũ. Fam.2. In diem, uel In dies, pro quotidie, sed propriè cum quodam incremento: idq; plerunq; cum comparatiuo ponitur. Cum comparatiuo, uel uerbo incrementi. Fam.2. Sine incremento. Fam.8. Cum uoce diminutionis. Fam.10. Dies legittimi, stati, iusti, præliares. Dies legittimos dicebant, quos nunc dilationes ordinarias uocamus. Statos uocabant, quos nũc ordinarios dicimus: & dicũtur à sistendo, ut Status dies di

catur

catur dies cōstitutus, quem uulgo diem præfixum uocāt. Iusti dies dicebantur, continui triginta dies, quibus exerci tui imperato uexillum ruffi coloris in arce positum erat. Erant & Iusti dies, triginta dies, qui concessi æris & debiti damnatis, causa conquirendæ pecuniæ dabantur lege XII. tabularum, autore Gellio lib.19. Eos autem dies decemuiri Iustos appellauerant, uelut quoddam iustitiū, id est, iuris inter eos quasi interstitionem quandā & cessationem, quibus diebus nihil cum ijs iure agi posset. Iustos igitur dies dicere possumus, q de rigore (ut dicimus) dantur, & quibus pauciores dari non possunt. Præliares uero dies dicebantur, quibus fas erat res repetere, uel ho stem lacessere. Dicimus quoq; Diem illucescere. Philip.3. Inclinare. Tusc.2. & Solē præcipitare, in ea significatione. Cic. His autem de rebus sol me ille admonuit, ut bre uior essem, qui se iam præcipitans, me quoq; hæc præcipi tem penè euoluere coēgit. Diem abire. Fam.11. Po nere. Fam.5. Degere. Terent. Hunc diem misere nimis cupio, ut cœpi, perpetuum in lætitia degere. Consume re. Fam.1. Conterere. ad Att. 4. Sumere diem, pro eligere uel constituere. Fam.7. Etiam pro dare uel tra ducere, uel exigere. Terēt. I ergo intrò, et cui opus est rei, ei rei hilarem hunc sumamus diem. Ascribere. Fam.4. Commutare dicimur, cum iam adscriptam in literis mutamus. ad Qu. Frat. Statuere, constituere, præstituere. Fam.2. Præfinire, uel destinare. Off.3. Dare interdum

terdum enim est permittentis, interdum consumentis. de Nat. Deor. 3. Aduentare, uel appetere. Sall. Postquàm dilapso tempore comitiorum dies aduentabat. Obrepere. ad Att. 6. Instare. de Inuent. 2. Venire. ad Att. 1. Intercedere. pro Cluent. Diem cedere, uerbũ est iuris, & significat incipere deberi pecuniã. Venire diẽ, significat cum diem uenisse, quo pecunia peti poßit. In diem incidere, ad Att. 6. Videre diem, tam in bonam quàm in malam partem ponitur. Videmus dies lætos uel tristes, calamitosos. Aliquãdo est cupientis, aut gestientis animi locutio. Fam. 14. Diem agere uel celebrare. in Verr. Act. 6. Sustinere. Fam. 2. Differre, uel proferre. in Verr. Act. 4. In aliũ diem differre. Cic. Quare si quid constitutum cum podagra habes, fac in alium diem differas. Diẽ producere, uel ducere. ad Qu. Frat. Prorogare, uel prolatare. in Verr. Act. 3. Diffundere, id est, quod nos rem in crastinum continuare dicimus, uel remittere. Extrahere. Liuius; Cunctando extraxerãt diem. Eximere, uel tollere. de Leg. 4. Diffundere dicebant, cum propter religionem negotia explicari non poterant. Auferre. Cic. Si quem tibi item unum, alterum'ue diẽ abstulerit, &c. Intermittere. Terent. Nunquã unũ intermittit diem, quin semper ueniat. & Dies exemptiles eo dicti sunt, quod ex mense eximi solebant, ut annus cum solis ac lunæ ratione congrueret. Ii etiam exhæresimi uocantur. in Verr. Act. 3.

Differre,

Differre

Aliquando est, moram interponere, procrastinare, tardare, extrahere. Aliquando est dißimilitudinem habere. Ponitur etiam impersonaliter. Off. 1. Et absolutè in Bruto. Cum ablatiuo. de Orat. 2. Differre inter se. in Bruto. Differre à. de Finib. 4. Differre cum. de Inuent. 1. inde Differentia. Off. 1.

Difficultas,

Vulgo pro labore ponitur, uel difficili & implicata quadam rei ratione. Etiam speciem molestiæ & incommodationis habet. neq; aliud designant Latini, cum ita loquũtur, In summa atrocitate temporis, uel duris & asperis temporibus: quàm cum dicũt, magnis, summis, tãtisq; difficultatibus. Accipitur igitur pro incommodatione uel angustia. ad Att. 7.

Diffidere,

Idem quod desperare, aut non fidere. Cic. ad Brut. Est omnino id difficilius, sed tamen non diffidimus. Cum datiuo. Fam. 2.

Diffluere,

Proprie in diuersa fluere, translatè pro redundare accipitur. Off. 1.

Digito cœlum attingere,

Locutio est tota exultanti & gestienti animo efferuescens. ad Att. 2. Epist. 1. uide Cœlum.

Digladiari,

Id est, gladijs dimicare. translatè uero capitur pro cõtendere, uel decertare. Off. 1.

Dignari,

Est dignum ducere, uel existimare, ponitur q; actiuè & passiuè. Acad. Qu. 1. *inde* Dignatio, *quæ est dignitas, uel amplitudo, collecta ex magistratus alicuius functione, uel ex facta uirtutis significatione.* ad Att. 10. *In dignationem uenire.* Liuius: *Appius interpres lectus, haud ita multo post in principum dignationem peruenit.*

Dignitas.

Cic. *Nam quid ageret uir ad dignitatem & gloriã natus? inde* Dignitas *pro decoro, uel pro oris probitate: id est, morum præstantia in ore eminenti, uirili q; grauitate.* Off. 1. *Dignitatem colligere.* ad Qu. Frat. *Cõciliare.* Cæs. de bell. Afric. 5. *Adferre.* Off. 1. *Dignitati esse.* Cic. *Vel fortuna eorum augeant opes, eis q; honori sint & dignitati.* *Dignitatem adiungere.* Fam. 2. *Reperire.* Cic. *Multi q; præterea, qui cum ingenio sibi autore dignitatem reperissent, perfecerunt, &c.* *Acquirere.* Fam. 6. *Consequi.* Fam. 1. *Habere.* de Orat. 2. *Locare in dignitate.* pro Mur. *Ad dignitatem perueni re.* ad Att. 1. *Dignitate esse.* Fam. 10. *Dignitatẽ tueri.* Fam. 12. *Defendere.* Fam. 3. *Sustinere.* pro Dom. sua. *Tenere.* Fam. 12. *Obtinere, pro tenere.* Fam. 4.

Retinere.

Retinere.Fam.15. *Dignitati cõſulere uel ſeruire*.Fam. 9. *Dignitatem ornare*.Fam.13. *Dignitati fauere*. Fam.10. *Dignitatis fautor*.Fam.1. *Dignitati ſuffragari*.Fam.10. *Dignitatem augere*.Fam.11. *Amplificare*.Fam.11. *Dignitatis amplificator*.Fam.1. *Ad dignitatem accedere*.Cic. *Quibus nihil, aut non multum ad dignitatem poſſet accedere*. *Dignitati deeſſe*. Fam.10. *Dignitatem oppugnare, uel impugnare*. Famil.1. *Violare*.Fam.1. *Frangere*.Fam.9. *Diminuere*.Cic. *Interitu talis auguris, dignitatem noſtri collegij diminutam dolebam*. *Deformare*.pro Sylla. *Labefactare*.pro Rab.Poſth. *Attingere contumelia*.Cic. *Quam ut ego eam ulla contumelia coner attingere*. *De dignitatis gradu dimouere*.Tuſc.2. *Dignitatẽ detrahere*.Cic. *Vt ea quæ accuſatores deformãdi huius, cauſæ detrahendæ ſpoliandæq́; dignitatis gratia dixerunt*. *Dignitate ſpoliare*.Cic. *Hos in tribunatu inſtituit ſpoliare omni dignitate*. *Dignitatẽ amittere*.Fam.1. *Deponere*.Philip.1. *Reddere*.poſt Red. in Sen. *Reſtituere*.Cic. *Equeſtri ordini reſtituit nõ ſolùm dignitatem, ſed etiàm uoluptatem*. *Dignitatis reliquiæ*.Fam.6. *Dignitatis imago, id eſt, reliquiæ*. Cic. *Quicquid imago ueteris meæ dignitatis, quicquid reliquæ gratiæ ualebũt*.

Digredi,

Eſt diſcedere. & *tam propriè, quàm translatè uſurpatur*.Fam.4.in Verr.Act.5. *inde Digreſſus, uel Digreſ-*

k 5 ſio,

sio, quod est decessus. ad Qu. Frat. *Digreßio etiã sæpe extra proprietatem in translatione uersatur.* Cic. *Id minus miserum fuit, quàm fuisset tum congreßio, tum uero digreßio nostra.*

Dijudicare,

Est discernere, uel distinguere, & accusatiuum regit, nonnunquam præpositionem admittit. Fam. 9. *Dijudicare de.* pro Quint.

Dilabi.

Dilabuntur quæ liquida sunt, uel liquefacta. de Nat. Deor. 1. *Dilabimur quoq; in ea, in quæ incidimus, uel incurrimus.* de Inuent. 2. *Est etiam loco dilabi, & ponitur pro perire, uel interire.* Philip. 2.

Diligentia.

Cic. *Pergrata est aßiduitas tua, & diligentia in controuersia Mutiana.* *inde Diligentiam adhibere.* Fam. 5. *Remittere de diligentia.* Fam. 11.

Diligere,

Minus est quàm amare. uide Amare. pro amare tamen interdum ponitur. Fam. 3. *Sed si me diligis, si à me diligi uis, ad me literas, ut quàmprimum lætitia afficiar, mittito.* *Diligere cum aduerbijs quibusdam eleganter iunctum, ut cum Valde.* Fam. 3. *Maxime.* Fam. 6. *Vehementer.* Fam. 7. *Admodum.* Fam. 4. *Mirifice.* Fam. 2. *Singulariter.* Fam. 12. *Vnice.* Fam. 7. *Nimio*

plus. Cic. Sed quia nimio plus te diligo, etc. Plurimũ. Famil. 1. Dicimus etiam, Diligere ut parentem. Cic. Quẽ ut parentem diligebat. uel Loco fratris. Terẽt. Si te in germani fratris dilexi loco. Diligere se, est plus satis admirari, uel sibi adblandiri. pro Rosc. Comœd. Si me diligis, pro, si me amas. Fam. 15.

Dilucere,

Idem quod lucere & lucescere. Philip. 12. Diluxit, patet, uidemus omnia. inde Diluculum, quod est summũ mane, ad Att. 16.

Diminuere,

Est ad pauciora redigere. & diminuimus aliquid, uel de re aliqua. pro Sylla. inde Diminutio. Fam. 4.

Dimittere,

Pro missum facere ponitur. Fam. 3. & 13. inde Dimißio. Fam. 5. & Dimittere concilium, est sententijs dictis, aut ampliato reo, aut Nõ liquere pronuntiato à iudicibus, concilium missum facere. In Verr. Act. 4.

Dimôuere,

Est depellere, uel deijcere. quod cum quibusdam nominibus iungitur, ut Dimouere odium, suspicionem, molestiam. ad Att. 4.

Diripere,

Est diuersa diuersè rapere, ut fit in urbium expugnatione, compilare scilicet. ad Att. 5. inde Direptor. Philip. 3.

lip.3. & Direptio. Fam.4.

Discedere,

Est abire, migrare, uel demigrare, idq; in propria significatione. Fam. 10. Frequens cum senatus reliquit, & in alia omnia discessit. inde Discessus, id est, abitus, uel profectio. Fam.1. & Discessio. unde etiam Discessionem facere. Fam. 1. Absolutè autē ponitur Discedere, uel cum ablatiuo, uel cū præpositione A, Ex, uel De. Fam. 3. & 6. Cum A. Fam.2. Cum E, uel Ex. Philip.8. cum De. Fam.2. Translatè cū præpositione A & De, ut Discedere à sentētia, uel de sententia. itē Discedere à uita, Discedere cœlū, quartanā. Off.3. Itē Latini transferunt hoc uerbum, maximè ad litigatores, iam latis sententijs, ut dicant alterū litigatorū superiorē discedere, qui scilicet causa non cecidisset, sed secundum quem lis esset diiudicata. pro Cecin. Dicimus item uxorē à uiro discedere, id est, cum eo diuortium facere. Fam. 8. Dicimus quoq;, Cum à te discessi, id est, te excepto.

Disceptare,

Interdū est iudicare & arbitrari. unde Disceptator, id est, arbiter, uel iudex: & Disceptare intra parietes. et liberæ disceptationes, uel legittimæ, inter quas magna est differentia. Libera enim disceptatio est, quam facultatem iudicandi secundum cōscientiam uulgus appellat. Eratq; senatus Romani cognitio nulla certa lege, aut formula illigata. Legitima autem disceptatio, legitimum iudicium dicitur.

citur, id est, iuri scripto, aut moribus recepto astrictum. Cic. *in* Partit. In Topicis *autem legitimas disceptationes appellat, quas hic legitima iudicia dixit: in qua significatione* Disceptare *accusatiuum regit.* Tusc.4. *Disceptare pro decertare.* Fam.4. *Cum præpositione* De. de Orat.2. *Disceptare in alia significatione.* Fam.lib.10. *Inde* Disceptatio. Off.1. *Et uocare in disceptationem.* de Orat.2. *Et in disceptationem cadere, id est, uenire.* de Orat.2.

Discere,

Est disciplinam accipere, comprehendere, uel animo complecti. Extra *doctrinam pro cognoscere accipitur, uel intelligere, uel certiorem reddere.* Fam.3. *Ad doctrinã pertinens, idq; absolute.* Off.1. & 2. *Cum accusatiuo.* Fam.4. *Cum ablatiuo.* de Senect. *Cum alius uerbi infinitiuo.* Fam.15. *Hinc ab eo composita uerba* Addiscere, Perdiscere, Ediscere, Dediscere, *de quibus suo loco.*

Disciplina,

Pro arte, uel institutione, more, consuetudineue à Latinis accipitur. Et *ponitur actiuè, uel paßiuè, ut sit tradentis, uel accipientis.* pro Cælio. Fam.6. *Inde tradere in disciplinam.* Philip.2. *Disciplinam tradere.* pro Rosc. Comœd. *Vel dare.* de Nat.Deor.3. *Disciplinam accipere.* de Nat.Deor.1. *Vel percipere.* de Diuinat.1. *Disciplinam colere.* in Bruto.

Discipulus,

Diſcipulus,

Eſt doctoris & præceptoris auditor, qui ſe ſcilicet ali cui in diſciplinam tradit. Fam. 10.

Diſcordare,

Idem quod diſcrepare. Diſcordant enim propriè fides & chordæ, cum inſcienter pulſantur, uel cum diſcors con centus redditur. Diſcordare etiã hîc eſt dißidere, diſſenti re, non conuenire, non congruere. Et uarijs præpoſitioni bus iungitur. Interdũ enim Cum admittit, interdum In ter. de Finib. 5. inde Diſcors. contra Rull. & Di ſcordia Tuſc. 4. Dicimus etiam, Diſcordiam inducere. Off. 1. Concitare. pro Mur. Impendere. Cic. Video magnas impẽdere diſcordias. Oriri. Off. 1. Pla care. Cic. Noſtræ nobis ſunt inter nos iræ, diſcordiæq; placandæ. Sedare. Philip. 1. Dißipare. de Amic. Tollere. de Aruſp. Reſp.

Diſcrepare,

Propriè fidium eſt, cum malè concordant. quanquam Crepare ad omnia pertinet, quæ ſonum edunt. Per tranſ lationem diſſentire, uel non concordare, aut congruere ſi gnificat. Off. 1. Dicimus etiam, Diſcrepare ſibi. de Orat. 3. Diſcrepare inter ſe. Off. 3. Diſcrepare ab aliquo. Fam. 2. Diſcrepare cum. de Finib. 2. Diſcre pare de. Tuſc. 3. Diſcrepare imperſonaliter poſitum. T. Liuius: Nec inter ſcriptores rerum diſcrepat ſolum,

ſed

sed oratores quoq;. inde Discrepantia.Off.3.

Discruciare,

Pro molestia afficere, à cruce deductum. Fam.8. *Nūc quotidie nō esse te, ad quem cursitem, discrucior. Idem etiam* Cruciare *&* Excruciare *dicimus.*

Disertus.

Cic.lib.1.de Oratore *differentiam ponit inter disertū & eloquentem, quem lege. Disertus tam ad personam quàm ad res pertinet. Ad personā. pro Cælio. Ad res. Fam.3. inde* Disertè. *de* Orat.1.

Disiungere.

Disiunguntur propriè copulata, ut apud Cic. *Disiungere iumenta. Translatè pro alienare, uel disiunctiònem facere.* Fam.1. *et alibi. Quibus si aduersamur, ordinē de nobis optimè meritum, & per nos cum repub. coniunctum, & à nobis, & à repub. disiungemus. inde* Disiunctio. *pro Sest.*

Dispar,

Idem quod impar, siue dissimilis. pro Mur. *Cū genitiuo. de Senect. Cum datiuo. Off.1. inde* Disparilis, *&* Disparilitas. *de* Diuinat. 1.

Dispendium,

Est damnum uel incommodum. Terent. Virginem, *quam amabat, eam confeci sine molestia, sine sumptu, sine dispendio.* In Eunucho.

Disperdere,

Dissentire,

Est diuersum sentire. Fam.13. *Et dicimus,* Dissentire cũ aliquo. ad Heren. 1: *Dissentire inter se.* Philip. 12. *Dissentire de.* de Orat.1. *inde* Dissensio. Fam.1. *&* Dissensionem cõmouere. *contra* Rull. *Facere.* Off. 3. *Extinguere.* Fam.1.

Disserere.

Est exponere, eloqui, disputare. cum accusatiuo ponitur. Fam. 12. *cum præpositione* De. *pro* Flac. *uel cũ præpositione* Cum. de Orat.1 *uel cum* In. ad Att.9. *& absolutè.* de Finib.1.

Diffidere,

Dicimus re aliqua, ab aliquo, cum aliquo, de aliquo, & inter se. & Plinius *lib.37.cap.4. ad inanimata transtulit.* Re aliqua. *pro* Marcel. *Ab aliquo.* Fam.12. *Dißidere cũ.* Philip. 11. *Dißidere de.* de Leg.1. *Dißidere inter.* ad Att.1. *inde* Dißidium, *& pro dissensione, ac pro diuortio à Latinis ponitur.* ad Att. 1. *Dißidium facere.* pro Sylla.

Dissimilis

Ponitur absolutè. Fam.1. *cum genitiuo.* Fam.10. *cum datiuo. pro* Sylla. *cum* Inter. de Orat. 2. *inde* Dißimilitudo. Off. 1. *&* Dißimilitudinem habere à, *uel cum.* Fam. 2.

Dissipare,

Aliquando est consumere, conficere, uel distrahere. Aliquando est dispergere, uel diffundere rumorem, uel famam. Fam.8.

Dissociare,

Societatē dissoluere est, et disiungere. ad Att.4. Quū alterutram partem offenderet, dissociatis animis ciuium.

Dissuadere,

Verbo Persuadere contrarium est. Off.3. Qui non modo non censuerit captiuos remittendos, uerum etiam dissuaserit. inde Dissuasor. ad Brutum. & Dissuasio. pro Cluent.

Dissuauiari,

Idem quod amplecti, siue complecti. Cic. Ego uos ad 4. Calend. uidebo, tuosq; oculos, etiā si te ueniens in medio foro uidero, dissuauiabor.

Distare.

Distat propriè locus alius ab alio. de Nat. Deorum.2. transfertur tamen ad alia. & dicuntur distare, quæ nō inter se conueniunt: dicimusq; Distare absolutè. in Top. Distere inter. de Orat.1. Distare à. Off.2. inde Distantia. de Amicitia.

Distineri,

Translatè, ualde occupatū & impeditum esse significat. Philip.11. Nos alio bello distineri putat. hinc Distentus,

tus, idem quod occupatus. ad Qu. Frat. Doleo me hercule te tam esse distentum.

Distringi,

Propriè de gladio dicitur. translatè uero eandem habet cũ præcedenti uerbo significationẽ. Plinius: Quæ partim publica, partim amicorũ officia distringũt. hinc etiã Districtus. et pro angi etiam ponitur. Cic. Districtus enim mihi uideris esse, quod et bonus ciuis, et bonus amicus es.

Disturbare.

Eiusdem significationis est cũ Deturbare. pro Dom. Disturbare tecta, diripi fortunas uidebat. Etiam ponitur translatè pro peruertere. Fam. 11.

Ditare,

Est diuitem facere, uel diuitijs augere. Off. 1.

Diu.

Diu aduerbium est temporis, et significat multos uel dies, uel annos, uel multorũ annorum memoriam. Cic. Hic satis diu in miserijs fuit, satis multos annos ex inuidia laborauit. Cic. Perdiu nihil de te audiui. Diutius & diutissimè, comparatiuum & superlatiuum est à Diu. ad Att. 7.

Diuersari,

Est apud hospitem esse, uel manere apud aliquem hospicij iure, uel alio modo. ad Att. 6. & Diuersor, pro eo qui diuersatur. de Inuent. 2. inde Diuersoriũ, quod locum significat, in quo diuersamur. estq; publicum, ut ta

berna meritoria: uel priuatum. Fam. 6. & 7.

Diuertere,

Vel Diuerti, propriè est de uia decedere, et declinare. & dicimus Diuertere ad, uel in. Fam. 7. Translatè. Fam. 12. Dicitur hinc Diuerticulũ, id est, uiæ flexio. in Pis.

Diues,

Est diuitijs affluens, uel omni copiarum genere abundans, uel cui amplißimæ sunt fortunæ. & est sine casu. Fam. 7. uel ablatiuum habet. Off. 2. uel genitiuũ. Verg. Diues opum uariarum, & latis ocia fundis. inde Diuitior, & Ditior. de Orat. 3.

Diuinare,

Est augurari, futura significare, in posterum præsentire, atq; præsagire. Fam. 3. Diuinare de. ad Brutum. inde Diuinatio. Fam. 3.

Diuinus,

Pro excellenti & præstanti ponitur, & quod re aliqua admirationẽ sui facit. ad Qu. Frat. inde Diuinitas pro præstantia. & Diuinitus ponitur etiam pro admirabiliter. ad Att. 1. de Orat. 2.

Diuitiæ,

Sunt amplæ fortunæ, uel magnæ copiæ, opulentia, uel rerum affluentia, eaq; ad omnia patens. ut enim rerum sunt diuitiæ, ita etiã animi, ingenij, orationis. ubi diuitiæ, pro ornamẽtis, uel felici quadã uberiate capi solet. Off. 1.

Diuturnus

Diuturnus.

Quod de die fit. Off.3. Diuturnus & diutinus nihil differunt, & in bonã & in malam partem accipitur. Fam.6.& 9. Diuturnitas.Fam.5.

Diuulgare,

Est in medium proferre, quod aliquando ad rem librariam pertinet.ad Att.12. aliquando extra rem librariam est: Fam.6.

Docere,

Interdum in institutionibus & præceptionibus tradendis uersatur, significatq; erudire, ætatem puerilem ad artes informare, uel disciplinarum discendarum uias tradere. Absolutè.ad Qu.Frat. Cum accusatiuo simplici. Off.1. Cũ accusatiuo duplici. de Orat. 2. Cum accusatiuo & ablatiuo precij. Philip.2. Cũ accusatiuo & ablatiuo artis.Fam.9. Cum ablatiuo & præpositione De. de Orat.3. Pro certiorem facere, uel monere. Famil.3. pro probare, uel ostendere. Fam.6.& 7.

Doctor,

Latinis est præceptor, interpres, uel magister. Fam. 7. inde Docilis, & is est, qui uel attentè uult audire, uel qui facile docetur: non hebeti ille quidem ingenio, aut tardo, sed acri, & ad doctrinam percipiendã apto. Fam. 7. & Docilitas. de Finib.5. & Doctus, qui est literatus, uel doctrina excultus, literis ppolitus. Accipiturq;

aliquãdo Doctus pro cõmonefacto. Fam. 7. & 15. Doctus ad aliquid. pro Mil. inde etiam Doctrina, quæ est eruditio. Fam. 4. & Documẽtum quoq;, quod est admonitio, præceptũ, exemplũ uel monimentũ. pro Dom. sua. inde Documentum dare. pro Mil. Statuere. ad Brut. Capere. Philip. 11. Documẽto habere. cont. Rul. Quod dicitur etiam Documentum habere apud Sallust. & Doctè pro peritè uel literatè. Cic. in Sall.

Dolare,

Verbum est fabrile: diciturq; propriè asperitas materiei dolari, cum ascia uel dolabra cõplanatur. de Diuin. 2.

Dolere,

Ad animum, absolutè. Fam. 6. Vel cum accusatiuo. Fam. 1. inde Dolere uicem, pro casum & incõmodum alterius dolere. Fam. 12. Casum. Fam. 11. Interitũ. Philip. 12. Iniurias. Fam. 8. Dolere cum ablatiuo. Fam. 12. Dolore De. Cic. de Hortensio te scio dolere. Dolere ab. Plaut. Doleo ab animo, doleo ab oculis, doleo ab ægritudine. Dolere cũ infinitiuo. Fam. 9. Dolet mihi. Plaut. Ego illud scio, q̃ doluerit cordi meo. Hinc etiã Indolere, hoc est, ualde dolere. Cic. Quis, qui nõ indoluerit, tam serò se, quem hominẽ secutus esset, cognoscere?

Dolor,

Tam de animo, quàm de corpore dicitur. De animo. Cicero: Dolori tuo non solum ignosco, sed summam etiam

laudem

laudem tribuo. *inde dicimus,*Dolorem *inferre.ad Att.* 11. *Adferre.Fam.*8. Dare.*ad* Att.7. *Efficere.*Cicero: *Dum recordationes fugio,quæ quasi morsu quodã dolorẽ efficiũt.* Incurrere.*ad* Att.1. Inurere.*Tusc.*3. Incedere, *id est, inuadere.* Cæ*sar lib.*3. *de bel. Ciuil.* Incursare.Cic.*Incursabit in te dolor meus,nõ iure ille quidem,sed tamen feres hoc ipsum,ut omnia mea fers.* Dolori esse.Fam.6. *Esse dolore.*Cic. *Quanto fuerim dolore meministi.* *Esse in dolore.*Cic. *Magno in dolore sum,uel mœrore potius.* Dolorem habere, *pro esse in dolore.pro* Mur. Dolorem impertire. *in* Ver. Act.4. Dolore tangi. Ibidem. Dolorem capere. Fam.5. Percipere.Fam.14. *uel* Accipere.*ad* Att.2. *Haurire. pro* Cælio. *Suscipere. de* Finib.1. *Sustinere. in* Brut. Dolore *angi.*Fam.4. *Impediri.*Fam.4. *Intercludi. ad* Att.8. *Ardere. pro* Mil. *Disrumpi. ad* Att.7. *Tabescere.ad* Att. 2. *Dolori seruire & parêre. pro Sest.* *Succũbere. de* Finib.1. Dolorem *ulcisci.Cæs.de bel.Aph.*5. *Insidere.*Cic.*In quibus,si ex ipsorum domestico incommodo nullus dolor insideret, tamen esset illa cogitatio, in alterius iniuria sese despectos.* Fouere. *ad* Att.12. *Augere.* Fam. 6. *Amplificare.* Tusc.2. *Refricare.*Fam.5. *Tegere.*Cic.*Cupiebã animi dolorem uultu tegere, & taciturnitate celare.* *Tenere,id est,cõprimere.ad* Att.12. *Emergere.ad* Att.9. *Castigare.*Tusc.2. *Cõsolari.*Fam.4. Mollire.Ibid.

Lenire.Fam.6. Mitigare.ad Att.2. Minuere.Fam. 4. Frangere.Philip.12. Leuare.Fam.5. Detrahere.de Finib.1. Abstergere.ad Q.Frat. Exhaurire. Fam.5. Eripere.ad Att.9. Dolori resistere.Fam.4. Dolore liberare.Fam.6. Priuare.de Finib.1. Dolorem deponere.Fam.4. Depellere.Fam.12. Abijcere.Fam.5. A dolore aberrare, id est, dolorē intermittere, uel dolorem frangere. ad Att.12. Doloris obliuio. Fam.5. hinc etiā Dolentia & Indolentia apud Sallust. & Ciceronem.

Domicilium,

Est habitatio, uel sedes, uel tectū. Volunt tamen nonnulli, habitationem esse longi temporis: unde Mutare domiciliū dicuntur, qui migrant, ut aliam urbē habitent, tanquam illius ciues futuri. Nam qui ad tempus habitat, mox inde discessurus, domū quidem potest habere, quam conduxit; domicilum autem nō habet. Neq; hoc perpetuum est. nam domicilium est Latinis, uel habitatio, siue longæ, siue breuis commorationis. Fam.7. inde Domicilium collocare. in Verr. Act.4. Habere. Cic. At domicilium nō habuit is, qui tot annis ante ciuitatē datā, sedē omniū rerum ac fortunarū suarum Romæ collocauit. Translatè. cont. Rul.

Donare.

Dono tibi munus, et dono te munere, dicimus plerūq; præmij gratia: sed interdum admirationis, interdum beneuolentiæ.

neuolentiæ, interdũ misericordiæ. Et cũ ablatiuo iungitur. Cic. *Cum ipsi ante ludorum missionem corona donentur.* inde Donatiuum *munus est, quod à principe, uel imperatore donatur.* Plin. *Nam mihi cogitanti eundẽ te collationes remisisse, donatiuum reddidisse, congiariũ obtulisse, delatores abegisse, uectigalia temperasse, interrogandus uideris.* Donatiuum *autẽ est largitio imperatoris in milites, quæ eadem in populum facta* Congiariũ *dicitur.* & Donũ. Terent. *Quoduis donum & præmiũ à me optato, id optatum feres.* & Dare donũ. Terent. *Num solus ille dona dat?* Dono dare. Terent. *Ibi tum matri paruulã puellam dono quidã mercator dedit.*

Dormire,

Propriè est somnum capere, sopitum esse, uel cubare. ad Att. 10. Terent. *Ademptum tibi iam faxo omnem metum, in aurem utramuis ociosè ut dormias.* Prouerbialis *est sententia, significatq;, ut curis omnibus solutus dormias, uel quiescas sollicitudine uacuus.* A Dormio *fit* Dormito *frequentatiuum, quod significat oscitare, uel somno detineri.* ad Att. 2. *hinc etiã* Obdormio. *Tusc.* 1. *uel* Obdormisco. Ibid. *et* Edormio, *quod casum regit aliquãdo.* Philip. 2. *Translatè ponitur pro cura nulla tãgi, non sollicitum esse, negligere, uel omittere, uel cessare.* Fam. 7. *Olim non omnibus dormio, sic ego mi Galle non omnibus seruio.* Prouerbialis *est loquendi forma, tracta à Capio quodam, qui Pararencho dictus est, quod simula-*

ret dormientem, quo impunitius eius uxor mœcharetur. Dicũtur eam ob rem Non omnibus dormire, qui nõ omnibus inseruiunt, neq; per omnia gerunt morem.

Dubitare,

Cic. Hoc tamen non dubitans, confirmare possum. inde Dubium. Fam. 4. Sine dubio. ad Att. 1. In dubium uocare. Fam. 10. Dubium facere. de Nat. Deor. 3. In dubiũ uenire. pro Quint. Dubitatio. Fam. 1. Dubitationem dare. Cæs. de bell. Gall. 1. Relinquere, id est, adferre. Fam. 15. Adferre. Fam. 4. Inijcere. pro Cluent. Habere dubitationem paßiuè semper ponitur. dicitur enim res dubitationem habere, de qua dubitari poßit. Fam. 10. Dubitatione æstuare, est dubium uehementer habere, uel maximè hærere, & in deliberando distorqueri. in Verr. Act. 4. Dubitationem tollere. Fam. 11.

Ducere,

Huius dictionis usus latè patet, ut illius usum comprehendere magni sit negocij. Fam. 1. 4. & 16. Duci cum datiuo. in Sallust. Ducere cum uarijs præpositionibus. ad Herẽ. 4. de Finib. 3. Ducere pro æstimare. de Finib. 2.

Durare,

Pro stare, permanere, stabile aut diuturnum esse. Off. 2. Etiam est perseuerare, ac in re maximè laboriosa & operosa, & tunc absolutum est. Aliquãdo uerò casum

post

post se habet, & est ad laborem ferendũ sese assuefacere. Cæs. de bel. Gall. 5. Pro *durum facere & confirmare. Quint. lib. 1. Instit. Orat.*

Duplex,

Idem quod geminus: pro ambo posuit Vergilius:
Duplices tendens ad sidera palmas.
Et Cic. *Duplices similitudines esse debent.* inde Dupli*citer: quod idẽ est, quod duobus modis. Fam. 9.* Et uer*bum* Duplicare, *quod est geminare, uel iterare. ad* Att. 5. *&* Duplus, *quod aliter dicitur, bis tantus, uel alter tãtus.* Pro quo etiã dicit Cicero. *Duabus partibus amplius. pro Flacco. & in* Verr. *Act. 5.*

EBLANDIRI,



ST *blanditijs impetrare, uel aliquid exprimere.* T. Liuius: Neque enim o*mnia emebat, aut eblãdiebatur, sed uim flagitijs adhibebat.*

Ecclesia.

Ἐκκλησία *Græca uox, quam Latine etiam usurpamus, non sacras ædes, sed hominũ cœtũ significat. unde* Cõcio.

Edere,

Est foras dare, uel proferre, aut expromere. Neq; solũ ad rem librariam pertinet, sed ad multa etiam alia, ut Ede*re scelus. pro* Sest. *Facinus. Philip. 13. Animam. pro* Sest. *Spiritum. Philip. 12. Ruinam. de Legib. 1.*

Clamores.de Finib.2. Risum.ad Qu.Frat. Nomē. pro Dom.sua. Iudicium. in Catil. Oraculum. Off. 3. Exemplum.ad Qu.Frat. Partum.de Nat.Deo. 2. Fœtum. de Orat.1. Rationes. ad Att. 6. Scriptum. in Verr. Act. 6. In lucem. Tusc. 3. Ab Edere fiunt Editus & Edititius. & uocatur Editus locus, locus excelsus. in Verr. Act. 6. Edititius uero iudex dicitur, quem ima pars elegerit. pro Planc.

Ediscere,

Memoriæ mandare est. Fam. 6. uide Discere.

Edocere,

Idem in hoc uerbo obseruandum est, quod in eius simplici, de quo suo loco. Sallust. in Cicer. Sed quid ego plura de tua insolentia commemorem? quem Minerua omnes artes edocuit, &c. pro certiorem facere. Cic. in Catil. usurpauit: Iussus à Consule quæ sciret edicere, eadem ferè, etc. de itinere hostium Senatum edocet.

Edolare,

Idem quod Dolare, sed translatè positum polire etiā significat, ad Att. 13. Omisi ea quæ in manibus habebam. abieci: quod iusseras, edolaui.

Efferre,

Varium habet in orationibus locum. nam & extollere, ad sepulchrum ferre, foras ferre, leuare, etc. significat. pro Syll. Reipub. præcipitanti subueni, patriā demersam extuli.

extuli. & Efferre pedem, pro eo quod est exire. Verg. ---Méne efferre pedem genitor te posse relicto, Sperasti.

Efflorescere,

Contrarium ei quod Deflorescere est, proprie dicitur, quicquid uis interioris ampliorem & grandiorem speciē præbet atq; ostentat. Translatè uero, quicquid integrum est & cumulatum. pro Cælio.

Effluere.

Nota est huius uerbi significatio propria. translatè uero Effluere nobis ex animo dicuntur, quorum obliuiscimur: à liquorum fluxu ducta metaphora. Effluūt item ea, quæ depereunt, concidunt, aut præcipitant, aut decedunt. Sic æstas, ætasq; effluere dicitur, aut uoluptates, aut uita, aliaq; similia, quæ scilicet præcipiti quodam temporis lapsu intermoriuntur, abeunt, & euanescunt. Tusc. 2. Interdum uero nullum rei interitum uel decessionem habet, sed pro exoriri, uel erumpere capitur. ut pro Dom. sua. Est autem Effluere animo, idem quod obliuisci. Fam. 7.

Effugere,

Est euitare, uel elabi: & accusatiuum habet, uel ablatiuum cum præpositione E. in Verr. Act. 3. inde Effugium. de Nat. Deor. 2. Ponitur etiā Effugere, pro simplici eius Fugere. de Orat. 2.

Egere

Egere

Ablatiuum uel genitiuum regit, ut Egere consilij & consilio. Fam. 9. & 11. hinc Egens, qui in egestate est dicitur, uel cui quæsito opus est. Fam. 6. & Egestas, inopia, uel indigentia. in Pison.

Egredi.

Dicimus Egredi à proposito, ad rem alienam. et absolutè cū accusatiuo ponitur. in Pison. Vel cum ablatiuo solo. Tusc. 1. Vel cum ablatiuo & præpositione E, Ex, Extra. Fam. 15. & pro Quint. Translatè. Terēt. Nos nostro officio nihil egressos esse. inde Egressus & Egreßio. in Pison.

Eijcere.

Est expellere, uel exturbare, uel exterminare. & dicimus Eijcere E uel De. Fam. 14.

Elabi,

Propriè est excidere. Tusc. 1. Est etiam effugere uel euitare, idq; per trāslationem, à rebus lubricis, quas cum premere & retinere ui uolumus, quasi colliquescētes excidunt. in Verr. Act. 4.

Elaboratus,

Dicitur summo studio & industria confectus. item exornatus, excultus, politus. pro Leg. Manil.

Elegans,

Gell. lib. 11. C. 2. uerbi huius uim explicat, quē lege. Interim

rim tamē ſcias, Elegantē uel ad eloquentiæ ratione pertinere, uel extra eloquentiā in qualibet concinnitate & ornatu uerſari. & tunc ponitur pro polito & luculēto, uel eximio, uel egregio. Cum uero in eloquētia eſt, ſignificat diſertum, uel ſplēdidum, uel uenuſtū. & tam ad res, quàm perſonas pertinet. ad Att. 16. Extra eloquētiā. Fam. 6. Inde Elegantia, quæ eſt uerborum & orationis, uel rei cuiuslibet mundicia & lautitia. ſic ad eloquentiam pertinebit. Fam. 4. uel extra eloquentiā erit: & ſignificabit eximiam quādam formam et ſpeciem rei cuiuſuis, uel lautitiam & mundiciē. Fam. 9. & Eleganter, quod ſignificat enucleatè, politè, ornatè, uenuſtè, pulchrè. Fam. 5.

Eleuare,

Eſt uilem, leuemq; uerbis demonſtrare. Valer. lib. 8. Cæterū gloria ne ab ijs quidem, qui contemptum eius introducere conātur, negliglitur: quoniam quidem ipſis uoluminibus nomina ſua diligenter adijciunt, ut quod profeſſione eleuant, uſurpatione memoriæ conſequuntur. Eleuant, inquit, id eſt, aſpernandū ducunt. Vtitur hoc ſæpiſſime Liuius. inde Teſtimonia eleuare. Quintil. lib. 5. Sic etiam Cic. de Or. 2. Quod eſt ab aduerſario obiectum, lepôre magis eleuandum, quàm cōtentione frangendum uidetur. & pro leuare. in Tuſc. Nihil eſt quod tam obtundat, eleuetq; ægritudinem.

Elicere,

Eſt educere, uel extrahere. ſed in pleriſq; locis habet

nescio

nescio quid blandimenti.ut Fam. 10. *inde dicimus etiã* Elicere *ad pugnam.Cæs.de bell.Ciuil.3.* Elicere ad col*loquiũ.Liu.Ad colloquium elicuit.*

Elimare,

*Idem quod limare,hoc est,expolire.*Fam.6.*Velim* σκόλιον *aliquod elimes ad me,oportuisse te id facere,&c.*

Eloquentia,

Est loquendi uis,uel copiosè loquens sapientia,& dicẽdi ratio,cui opponitur Infantia.de Or.1. *&* Eloqui, *est eloquentia uti,uel dicere,siue affari aut exprimere.de* Orat.1. *&* Elocutio,*quæ non tam facũdiæ speciem habet,quàm explicationis.* de Orat.1. *&* Eloquens *dicitur,copiosus ad dicendum.eod.*

Elucere

*Translatè positũ,est uigere,excellere,eminere,ostendi,explicari.*Fam.4.

Elugere,

Idem quod Lugere.Fam.9.*Patriã eluxi iam,& grauius & diutius,quàm mater ulla unicum filium.*

Emanare,

Idem quod exire,aut duci:à Manare *compositũ, quod est fluere,uel redũdare,uel fundi,idq́; propriè.* in Parad. *Peccata ex uitijs manant. Translatè pro disseminari etiã aut dispergi,latius dißipari,serpere, percrebrescereq́; ponitur.ad* Att.4.*&* 10.*Item de* Or.1.*&* 2.

Emansor.

Emanſor.

Sic dicitur, qui diu uagatus ad caſtra tandē reuertitur.

Emblema,

Eſt uermiculatum opus ex teſſellis inſititijs aptum atq; conſertum. in Brut. & Plin. lib. 35. Emblemata *etiam in uaſis argenteis, aureisq́; & corinthijs, ornamenta erant apud antiquos, exemptilia cum libitum erat.* in Verr. Act. 6.

Emergere,

Proprie à Latinis *dicuntur, quæ demerſa uel ſubmerſa erant.* de Finib. 3. *Translatè uero pro exire, exoriri, uel euadere ponitur. quā translationē in duo membra ſecabis; ut in altero nulla ſit difficultas, calamitatis uē aut turpitudinis uitatio.* ad Att. 2. & 9. *In altero planè ſit difficultas, & calamitatis oppreſsionisq́; liberatio, uel turpitudinis uitatio, uel repentina & ſubita egreßio ſine uitatione.* in Verr. Act. 5. & 6. Off. 2. *Et quāq̄ neutrum eſt uerbum* Emergere, *tamen aliquando tranſitiuū etiam eſt, & accuſatiuum poſt ſe habet, ut* Emergere ſe. *Nonnunquam planè in paßiua uoce uſurpatur.* Emerſus. Off. 1. & de Diuinat. 2.

Emigrare,

Idem eſt quod Migrare, Demigrare, & Commigrare. in Verr. Act. 4. *Domo eius emigrat; atq; adeò exit. nam iam antè migrarat.*

Diſſipare,

Aliquando eſt conſumere, conficere, uel diſtrahere. Aliquando eſt diſpergere, uel diffundere rumorem, uel famam. Fam.8.

Diſſociare,

Societatẽ diſſoluere eſt, et diſiungere. ad Att.4. *Quũ alterutram partem offenderet, diſſociatis animis ciuium.*

Diſſuadere,

Verbo Perſuadere contrarium eſt. Off.3. *Qui non modo non cenſuerit captiuos remittendos, uerum etiam diſſuaſerit. inde* Diſſuaſor. *ad* Brutum. *&* Diſſuaſio. *pro* Cluent.

Diſſuauiari,

Idem quod amplecti, ſiue complecti. Cic. *Ego uos ad* 4. *Calend. uidebo, tuosq; oculos, etiã ſi te ueniens in medio foro uidero, diſſuauiabor.*

Diſtare.

Diſtat propriè locus alius ab alio. de Nat. Deorum.2. *transfertur tamen ad alia. & dicuntur diſtare, quæ nõ inter ſe conueniunt: dicimusq;* Diſtare *abſolutè. in* Top. Diſtere inter. *de* Orat.1. Diſtare à. Off.2. *inde* Diſtantia. *de* Amicitia.

Diſtineri,

Tranſlatè, ualde occupatũ & impeditum eſſe ſignificat. Philip.11. *Nos alio bello diſtineri putãt. hinc* Diſten-

tus,idem quod occupatus.ad Qu. Frat. Doleo mehercule te tam esse distentum.

Distringi,

Propriè de gladio dicitur. translatè uero eandem habet cũ præcedenti uerbo significationẽ. Plinius: Quẽ partim publica, partim amicorũ officia distringũt. hinc etiã Districtus. et pro angi etiam ponitur. Cic. Districtus enim mihi uideris esse, quod et bonus ciuis, et bonus amicus es.

Disturbare.

Eiusdem significationis est cũ Deturbare. pro Dom. Disturbare tecta, diripi fortunas uidebat. Etiam ponitur translatè pro peruertere. Fam. 11.

Ditare,

Est diuitem facere, uel diuitijs augere. Off. 1.

Diu.

Diu aduerbium est temporis, et significat multos uel dies, uel annos, uel multorũ annorum memoriam. Cic. *Hic satis diu in miserijs fuit, satis multos annos ex inuidia laborauit.* Cic. *Perdiu nihil de te audiui. Diutius & diutissimè, comparatiuum & superlatiuum est à Diu. ad Att. 7.*

Diuersari,

Est apud hospitem esse, uel manere apud aliquem hospicij iure, uel alio modo. ad Att. 6. & Diuersor, pro eo qui diuersatur. de Inuent. 2. inde Diuersoriũ, quod locum significat, in quo diuersamur. estq; publicum, ut ta-

berna meritoria: uel priuatum. Fam. 6. & 7.

Diuertere,

Vel Diuerti, propriè est de uia decedere, et declinare. & dicimus Diuertere ad, uel in. Fam. 7. *Translatè.* Fam. 12. *Dicitur hinc Diuerticulũ, id est, uiæ flexio.* in Pis.

Diues,

Est diuitijs affluens, uel omni copiarum genere abundans, uel cui amplißimæ sunt fortunæ. & est sine casu. Fam. 7. *uel ablatiuum habet.* Off. 2. *uel genitiuũ.* Verg. *Diues opum uariarum, & latis ocia fundis. inde Diuitior, & Ditior.* de Orat. 3.

Diuinare,

Est augurari, futura significare, in posterum præsentire, atq; præsagire. Fam. 3. *Diuinare de.* ad Brutum. *inde Diuinatio.* Fam. 3.

Diuinus,

Pro excellenti & præstanti ponitur, & quod re aliqua admirationẽ sui facit. ad Qu. Frat. *inde Diuinitas pro præstantia. & Diuinitus ponitur etiam pro admirabiliter.* ad Att. 1. de Orat. 2.

Diuitiæ,

Sunt amplæ fortunæ, uel magnæ copiæ, opulentia, uel rerum affluentia, eaq; ad omnia patens. ut enim rerum sunt diuitiæ, ita etiã animi, ingenij, orationis. ubi diuitiæ, pro ornamẽtis, uel felici quadã ubertate capi solẽt. Off. 1.

Diuturnus

Diuturnus.

Quod de die fit. Off. 3. Diuturnus & diutinus nihil differunt, & in bonã & in malam partem accipitur. Fam. 6. & 9. Diuturnitas. Fam. 5.

Diuulgare,

Est in medium proferre, quod aliquando ad rem librariam pertinet. ad Att. 12. *aliquando extra rem librariam est. Fam. 6.*

Docere,

Interdum in institutionibus & præceptionibus tradendis uersatur, significatq; erudire, ætatem puerilem ad artes informare, uel disciplinarum discendarum uias tradere. Absolutè. ad Qu. *Frat. Cum accusatiuo simplici. Off. 1. Cũ accusatiuo duplici. de* Orat. 2. *Cum accusatiuo & ablatiuo precij. Philip. 2. Cũ accusatiuo & ablatiuo artis. Fam. 9. Cum ablatiuo & præpositione* De. *de* Orat. 3. *Pro certiorem facere, uel monere. Famil. 3. pro probare, uel ostendere. Fam. 6. & 7.*

Doctor,

Latinis est præceptor, interpres, uel magister. Fam. 7. inde Docilis, *& is est, qui uel attentè uult audire, uel qui facile docetur: non hebeti ille quidem ingenio, aut tardo, sed acri, & ad doctrinam percipiendã apto. Fam. 7. &* Docilitas. *de* Finib. 5. *&* Doctus, *qui est literatus, uel doctrina excultus, literis ppolitus. Accipiturq;*

aliquãdo Doctus pro cõmonefacto. Fam. 7. & 15. Doctus ad aliquid. pro Mil. inde etiam Doctrina, quæ est eruditio. Fam. 4. & Documẽtum quoq;, quod est admonitio, præceptũ, exemplũ uel monimentũ. pro Dom. sua. inde Documentum dare. pro Mil. Statuere. ad Brut. Capere. Philip. 11. Documẽto habere. cont. Rul. Quod dicitur etiam Documentum habere apud Sallust. & Doctè prò peritè uel literatè. Cic. in Sall.

Dolare,

Verbum est fabrile: diciturq; propriè asperitas materiei dolari, cum ascia uel dolabra cõplanatur. de Diuin. 2.

Dolere,

Ad animum, absolutè. Fam. 6. Vel cum accusatiuo. Fam. 1. inde Dolere uicem, pro casum & incõmodum alterius dolere. Fam. 12. Casum. Fam. 11. Interitũ. Philip. 12. Iniurias. Fam. 8. Dolere cum ablatiuo. Fam. 12. Dolore De. Cic. de Hortensio te scio dolere. Dolere ab. Plaut. Doleo ab animo, doleo ab oculis, doleo ab ægritudine. Dolere cũ infinitiuo. Fam. 9. Dolet mihi. Plaut. Ego illud scio, q̃ doluerit cordi meo. Hinc etiã Indolere, hoc est, ualde dolere. Cic. Quis, qui nõ indoluerit, tam serò se, quem hominẽ secutus esset, cognoscere?

Dolor,

Tam de animo, quàm de corpore dicitur. De animo. Cicero: Dolori tuo non solum ignosco, sed summam etiam

laudem

laudem tribuo. inde dicimus, Dolorem inferre. ad Att. 11. Adferre. Fam. 8. Dare. ad Att. 7. Efficere. Cicero: Dum recordationes fugio, quæ quasi morsu quodã dolorẽ efficiũt. Incurrere. ad Att. 1. Inurere. Tusc. 3. Incedere, id est, inuadere. Cæsar lib. 3. de bel. Ciuil. Incursare. Cic. Incursabit in te dolor meus, nõ iure ille quidem, sed tamen fi res hoc ipsum, ut omnia mea fers. Dolori esse. Fam. 6. Esse dolore. Cic. Quanto fuerim dolore meministi. Esse in dolore. Cic. Magno in dolore sum, uel mœrore potius. Dolorem habere, pro esse in dolore. pro Mur. Dolorem impertire. in Ver. Act. 4. Dolore tangi. Ibidem. Dolorem capere. Fam. 5. Percipere. Fam. 14. uel Accipere. ad Att. 2. Haurire. pro Cælio. Suscipere. de Finib. 1. Sustinere. in Brut. Dolore angi. Fam. 4. Impediri. Fam. 4. Intercludi. ad Att. 8. Ardere. pro Mil. Disrumpi. ad Att. 7. Tabescere. ad Att. 2. Dolori seruire & parêre. pro Sest. Succũbere. de Finib. 1. Dolorem ulcisci. Cæs. de bel. Aph. 5. Insidere. Cic. In quibus, si ex ipsorum domestico incommodo nullus dolor insideret, tamen esset illa cogitatio, in alterius iniuria sese despectos. Fouere. ad Att. 12. Augere. Fam. 6. Amplificare. Tusc. 2. Refricare. Fam. 5. Tegere. Cic. Cupiebã animi dolorem uultu tegere, & taciturnitate celare. Tenere, id est, cõprimere. ad Att. 12. Emergere. ad Att. 9. Castigare. Tusc. 2. Cõsolari. Fam. 4. Mollire. Ibid.

Lenire.Fam.6. Mitigare.ad Att.2. Minuere.Fam.4. Frangere.Philip.12. Leuare.Fam.5. Detrahere.de Finib.1. Abstergere.ad Q.Frat. Exhaurire.Fam.5. Eripere.ad Att.9. Dolori resistere.Fam.4. Dolore liberare.Fam.6. Priuare.de Finib.1. Dolorem deponere.Fam.4. Depellere.Fam.12. Abijcere.Fam.5. A dolore aberrare, id est, dolorē intermittere, uel dolorem frangere. ad Att.12. Doloris obliuio. Fam.5. hinc etiā Dolentia & Indolentia apud Sallust. & Ciceronem.

Domicilium,

Est habitatio, uel sedes, uel tectū. Volunt tamen nonnulli, habitationem esse longi temporis: unde Mutare domiciliū dicuntur, qui migrant, ut aliam urbē habitent, tanquam illius ciues futuri. Nam qui ad tempus habitat, mox inde discessurus, domū quidem potest habere, quam conduxit: domicilum autem nō habet. Neq; hoc perpetuum est. nam domicilium est Latinis, uel habitatio, siue longæ, siue breuis commorationis. Fam.7. inde Domicilium collocare.in Verr.Act.4. Habere. Cic. At domicilium nō habuit is, qui tot annis ante ciuitatē datā, sedē omniū rerum ac fortunarū suarum Romæ collocauit. Translatè.cont.Rul.

Donare.

Dono tibi munus, et dono te munere, dicimus pleruñq; præmij gratia: sed interdum admirationis, interdum beneuolentiæ,

neuolentiæ, interdũ misericordiæ. Et cũ ablatiuo iungitur. Cic. Cum ipsi ante ludorum mißionem corona donentur. inde Donatiuum munus est, quod à principe, uel imperatore donatur. Plin. Nam mihi cogitanti eundẽ te collationes remisisse, donatiuum reddidisse, congiariũ obtulisse, delatores abegisse, uectigalia temperasse, interrogandus uideris. Donatiuum autẽ est largitio imperatoris in milites, quæ eadem in populum facta Congiariũ dicitur. & Donũ. Terent. Quoduis donum & præmiũ à me optato, id optatum feres. & Dare donũ. Terent. Num solus ille dona dat? Dono dare. Terent. Ibi tum matri paruulã puellam dono quidã mercator dedit.

Dormire,

Propriè est somnum capere, sopitum eße, uel cubare. ad Att. 10. Terent. Ademptum tibi iam faxo omnem metum, in aurem utramuis ociosè ut dormias. Prouerbialis est sententia, significatq́, ut curis omnibus solutus dormias, uel quiescas sollicitudine uacuus. A Dormio fit Dormito frequentatiuum, quod significat oscitare, uel somno detineri. ad Att. 2. hinc etiã Obdormio. Tusc. 1. uel Obdormisco. Ibid. et Edormio, quod casum regit aliquãdo. Philip. 2. Translatè ponitur pro cura nulla tãgi, non sollicitum esse, negligere, uel omittere, uel cessare. Fam. 7. Olim non omnibus dormio, sic ego mi Gallè non omnibus seruio. Prouerbialis est loquendi forma, tracta à Capio quodam, qui Pararencho dictus est, quod simula-

post se habet, & est ad laborem ferendũ sese assuefacere. Cæs. de bel. Gall. 5. Pro durum facere & confirmare. Quint. lib. 1. Instit. Orat.

Duplex,

Idem quod geminus: pro ambo posuit Vergilius: Duplices tendens ad sidera palmas.
Et Cic. Duplices similitudines esse debent. inde Dupliciter: quod idẽ est, quod duobus modis. Fam. 9. Et uerbum Duplicare, quod est geminare, uel iterare. ad Att. 5. & Duplus, quod aliter dicitur, bis tantus, uel alter tãtus. Pro quo etiã dicit Cicero. Duabus partibus amplius. pro Flacco. & in Verr. Act. 5.

EBLANDIRI,



ST blanditijs impetrare, uel aliquid exprimere. T. Liuius: Neque enim omnia emebat, aut eblãdiebatur, sed uim flagitijs adhibebat.

Ecclesia.

ἐκκλησία Græca uox, quam Latine etiam usurpamus, non sacras ædes, sed hominũ cœtũ significat. unde Cõcio.

Edere,

Est foras dare, uel proferre, aut expromere. Neq; solũ ad rem librariam pertinet, sed ad multa etiam alia, ut Edere scelus. pro Sest. Facinus. Philip. 13. Animam. pro Sest. Spiritum. Philip. 12. Ruinam. de Legib. 1.

Clamo-

Clamores.de Finib.2. Risum.ad Qu.Frat. Nomē. pro Dom.sua. Iudicium. in Catil. Oraculum. Off. 3. Exemplum.ad Qu.Frat.. Partum.de Nat.Deo. 2. Fœtum. de Orat.1. Rationes. ad Att. 6. Scriptum. in Verr. Act. 6. In lucem. Tusc. 3. Ab Edere fiunt Editus *&* Edititius. *& uocatur* Editus locus, *locus excelsus.in* Verr. Act.6. *Edititius uero iudex dicitur, quem ima pars elegerit.pro Planc.*

Ediscere,

Memoriæ mandare est. Fam. 6. uide Discere.

Edocere,

Idem in hoc uerbo obseruandum est, quod in eius simplici, de quo suo loco. Sallust. in Cicer. Sed quid ego plura de tua insolentia commemorem? quem Minerua omnes artes edocuit, &c. pro certiorem facere. Cic. in Catil. usurpauit: Iussus à Consule quæ sciret edicere, eadem ferè, etc. de itinere hostium Senatum edocet.

Edolare,

Idem quod Dolare, sed translatè positum polire etiā significat, ad Att. 13. Omisi ea quæ in manibus habebam, abieci: quod iusseras, edolaui.

Efferre,

Varium habet in orationibus locum. nam & extollere, ad sepulchrum ferre, foras ferre, leuare, etc. significat. pro Syll. Reipub. præcipitanti subuēni, patriā demersam extuli.

extuli. & Efferre pedem, pro eo quod est exire. Verg.
---Méne efferre pedem genitor te posse relicto,
Sperasti.

Efflorescere,

Contrarium ei quod Deflorescere est, proprie dicitur, quicquid uis interioris ampliorem & grandiorem speciẽ præbet atq; ostentat. Translatè uero, quicquid integrum est & cumulatum. pro Cælio.

Effluere.

Nota est huius uerbi significatio propria. translatè uero Effluere nobis ex animo dicuntur, quorum obliuiscimur: à liquorum fluxu ducta metaphora. Effluũt item ea, quæ depereunt, concidunt, aut præcipitant, aut decedunt. Sic æstas, ætasq; effluere dicitur, aut uoluptates, aut uita, aliaq; similia, quæ scilicet præcipiti quodam temporis lapsu intermoriuntur, abeunt, & euanescunt. Tusc. 2. Interdum uero nullum rei interitum uel decessionem habet, sed pro exoriri, uel erumpere capitur. ut pro Dom. sua. Est autem Effluere animo, idem quod obliuisci. Fam. 7.

Effugere,

Est euitare, uel elabi: & accusatiuum habet, uel ablatiuum cum præpositione E. in Verr. Act. 3. inde Effugium. de Nat. Deor. 2. Ponitur etiã Effugere, pro simplici eius Fugere. de Orat. 2.

Egere

Egere

Ablatiuum uel genitiuum regit, ut Egere *consilij & consilio.Fam.9.& 11. hinc* Egens, *qui in egestate est dicitur, uel cui quæsito opus est. Fam.6. &* Egestas, *inopia, uel indigentia. in Pison.*

Egredi.

Dicimus Egredi *à proposito, ad rem alienam. et absolutè cũ accusatiuo ponitur. in Pison. Vel cum ablatiuo solo.Tusc.1. Vel cum ablatiuo & præpositione* E, Ex, Extra.*Fam.15.& pro Quint. Translatè.Terẽt.Nos nostro officio nihil egressos esse. inde* Egressus *&* Egreßio. *in Pison.*

Eijcere.

Est expellere, uel exturbare, uel exterminare. & dicimus Eijcere E *uel* De.*Fam.14.*

Elabi,

Propriè est excidere.Tusc.1. Est etiam effugere uel euitare, idq; per trãslationem, à rebus lubricis, quas cum premere & retinere ui uolumus, quasi colliquescẽtes excidunt. in Verr. Act.4.

Elaboratus,

Dicitur summo studio & industria confectus. item exornatus, excultus, politus. pro Leg. Manil.

Elegans,

Gell.lib.11.C.2.uerbi huius uim explicat, quẽ lege. Inte-

rim

rim tamē scias, Elegantē uel ad eloquentiæ rationē pertinere, uel extra eloquentiā in qualibet concinnitate & ornatu uersari. & tunc ponitur pro polito & luculēto, uel eximio, uel egregio. Cum uero in eloquētia est, significat disertum, uel splēdidum, uel uenustū. & tam ad res, quàm personas pertinet. ad Att. 16. Extra eloquētiā. Fam. 6. Inde Elegantia, quæ est uerborum & orationis, uel rei cuiuslibet mundicia & lautitia. sic ad eloquentiam pertinebit. Fam. 4. uel extra eloquentiā erit: & significabit eximiam quādam formam et speciem rei cuiusuis, uel lautitiam & mundiciē. Fam. 9. & Eleganter, quod significat enucleatè, politè, ornatè, uenustè, pulchrè. Fam. 5.

Eleuare,

Est uilem, leuemq; uerbis demonstrare. Valer. lib. 8. Cæterū gloria ne ab ijs quidem, qui contemptum eius introducere conātur, negliglitur: quoniam quidem ipsis uoluminibus nomina sua diligenter adijciunt, ut quod professione eleuant, usurpatione memoriæ consequuntur. Eleuant, inquit, id est, aspernandū ducunt. Vtitur hoc sæpißime Liuius. inde Testimonia eleuare. Quintil. lib. 5. Sic etiam Cic. de Or. 2. Quod est ab aduersario obiectum, lepôre magis eleuandum, quàm cōtentione frangendum uidetur. & pro leuare. in Tusc. Nihil est quod tam obtundat, eleuetq; ægritudinem.

Elicere,

Est educere, uel extrahere. sed in plerisq; locis habet

nescio

nescio quid blandimenti.ut Fam. 10. inde dicimus etiã Elicere ad pugnam.Cæs.de bell.Ciuil.3. Elicere ad colloquiũ.Liu.Ad colloquium elicuit.

Elimare,

Idem quod limare,hoc est,expolire.Fam.6.Velim τι καὶ νῦν aliquod elimes ad me,oportuisse te id facere,&c.

Eloquentia,

Est loquendi uis,uel copiosè loquens sapientia,& dicẽdi ratio,cui opponitur Infantia.de Or.1. & Eloqui, est eloquentia uti,uel dicere,siue affari aut exprimere.de Orat.1. & Elocutio,quæ non tam facũdiæ speciem habet,quàm explicationis.de Orat.1. & Eloquens dicitur,copiosus ad dicendum.eod.

Elucere

Translatè positũ,est uigere,excellere,eminere, ostendi,explicari.Fam.4.

Elugere,

Idem quod Lugere.Fam.9.Patriã eluxi iam,& grauius & diutius,quàm mater ulla unicum filium.

Emanare,

Idem quod exire,aut duci:à Manare compositũ, quod est fluere,uel redũdare,uel fundi,idq; propriè. in Parad. Peccata ex uitijs manant. Translatè pro disseminari etiã aut dispergi,latius dißipari,serpere, percrebrescereq; ponitur.ad Att.4.& 10.Item de Or.1.& 2.

Emanſor.

Sic dicitur, qui diu uagatus ad caſtra tandẽ reuertitur.

Emblema,

Eſt uermiculatum opus ex teſſellis inſititijs aptum atq; conſertum. in Brut. *&* Plin. *lib. 35.* Emblemata *etiam in uaſis argenteis, aureisq; & corinthijs, ornamenta erant apud antiquos, exemptilia cum libitum erat. in* Verr. *Act. 6.*

Emergere,

Proprie à Latinis dicuntur, quæ demerſa uel ſubmerſa erant. de Finib. *3.* *Translate uero pro exire, exoriri, uel euadere ponitur. quã translationẽ in duo membra ſecabis; ut in altero nulla ſit difficultas, calamitatis'ue aut turpitudinis uitatio. ad* Att. *2. & 9.* *In altero planè ſit difficultas, & calamitatis oppreſſionisq; liberatio, uel turpitudinis uitatio, uel repentina & ſubita egreſſio ſine uitatione. in* Verr. *Act. 5. & 6.* Off. *2.* *Et quãq̃ neutrum eſt uerbum* Emergere, *tamen aliquando tranſitiuũ etiam eſt, & accuſatiuum poſt ſe habet, ut* Emergere ſe. *Nonnunquam planè in paſſiua uoce uſurpatur.* Emerſus. *Off. 1. & de* Diuinat. *2.*

Emigrare,

Idem eſt quod Migrare, Demigrare, *&* Commigrare. *in* Verr. *Act. 4.* Domo eius emigrat, atq; adeò exit. *nam iam antè migrarat.*

in Emittere,

Emittere,

Pro edere accipitur. Fam. 7. Vt etiam si quando aliquid dignum nostro nomine emisimus, ingemiscamus. & Emittere dicimus de carcere. in Verr. Act. 6. E carcere. pro Planc. Ex uinculis. Tusc. 1. Ex urbe. in Catil. Maledictũ. pro Planc. Vocẽ. ad Heren. 2. Aculeos. pro Cælio. Telũ. de Arusp. Resp. Hinc etiã Emissarius dicitur, qui paratus est inuehi in aliquem. Est item autore Pædiano, excursor, siue conciliator furtorum, atq; internuntius eorum, quæ à magistratibus uel dominis cõmittũtur. Fam. 7. in Verr. Act. 5. Vel est calumniator, uel uexator summissus, & subornatus ab inimicis. & Emißitius, qui emittitur ad circumspiciendum, uelut exploratores. unde Plautus oculos emißitios uocat, in Aul. Et Emißio est iaculi, uel tormenti cuiusuis. Cic. Tormenta eo grauiores emißiones habent, quo sunt contenta atq; adducta uehementius.

Emolumentum,

Est utilitas, & opponitur detrimento. Off. 3. Inde dicimus Emolumentum facere, pro utilitatem adferre. de Finib. 2. & Emolumento esse. Fam. 7.

Enudare,

Translatè ponunt Latini, pro enucleare, & quasi in apertum proferre. de Leg. 1.

Epistola.

Epiſtola.

Cic. Nunc quidē iucunditatis plena epiſtola, hoc aſperſit moleſtiæ. Epiſtola longa, uel uerboſa. Fam. 7. Breuis epiſtola, uel puſilla. ad Att. 1. Epiſtola inanis. Cic. Tabellarios cum inanibus epiſtolis ad te mitterem. Epiſtolarum diligentia, uel negligentia. ad Att. 8. Epiſtolarum frequentia. ad Att. 4. Epiſtolæ quotidianæ. ad Att. 8. Epiſtola recens. Ibid. Epiſtolarum faſciculus dicitur, ponderoſus literarum uel epiſtolarum ſimul complicatarum numerus. ad Att. 2. & 5. Epiſtolā ſcribere. Fam. 9. Inſcribere. Cic. Puer legit certe epiſtolam inſcriptā patri ſuo. Exarare. ad Att. 15. Dictitare. ad Att. 5. Texere. Fam. 9. Efficere. ad Att. 13. Elucubrare. ad Att. 7. Epiſtola laceſſere. Fam. 12. Obtundere. ad Att. 8. Epiſtolam elicere. ad Att. 9. Dare. Fam. 7. Committere. ad Att. 1. Mittere. Fam. 2. Afferre. Fam. 11. Reddere. Fam. 3. Accipere. Fam. 2. Expectare, uel requirere. Fam. 12. Venire. ad Att. 2. Complicare. ad Qu. Frat. Obſignare. ad Att. 5. Soluere, id eſt, aperire. ad Att. 15. Epiſtolæ reſcribere. ad Att. 1. Epiſtolæ perſoluere, id eſt, reſpondere. Cic. Perſolui primæ epiſtolæ, uenio ad ſecundam. Epiſtolæ reſpondere. Fam. 15.

Ergaſtulum,

Locus propriè, ubi lapides, metalláue fodiuntur: ſed quoniam ad hæc opera damnati ad ergaſtula mitti ſolebant,

Errare.

Errat propriè armentum uel pecudes, cum sine custo de huc illuc paßim diuagantur. Translatè autem positum extra corpus est, & falli significat. Fam. 8. Malo in hanc partem errare. Aberrare absolutè, & Aberrare re aliqua, uel à re aliqua. de Orat. 2. A cuius inuẽtis tibi uideor non longè aberrare. inde Erratum. ad Att. 6. Illud de Flauio & fastis, si secus est, cõmune erratum est. et Error. Fam. 4. Errorem fugere. Tusc. 3. Errore imbui. Ibid. Errorem gignere. de Nat. Deor. 2. Errorem obijcere. pro Cecin. Errorem creare. de Diuinat. 2. In errorem inducere. in Bruto. Errore duci. in Pisonem. Errore capi. Philip. 12. Rapi in errorẽ. de Leg. 2. Inflari errore. Acad. 2. Errore affici. ad Att. 3. Erroris complere. Plaut. Erroris ambos ego il los & dementiæ complebo. In errore uersari. de Nat. Deor. Errorem in re aliqua uersari. pro Cluẽt. Errorem coarguere. Acad. Qu. 1. Errorem eripere. ad Att. 10. Si uera sunt, ignosces: si falsa, me libente eripies mihi hunc errorem. Errorem depellere. de Diuinat. 2. Auertere ab errore. Off. 3. Deducere ab errore. de Orat. 1. Errore leuare. de Orat. 2. Errorem extorquere. de Senect. Errore exoluere. Terent. Nã illas errore, & te simul suspicione exolues. Errorem tollere. de Finib. 1. Errorem deponere. Philip. 8. Errore carere. de Amic.

Erudire,

Vel humanitatis & doctrinæ informationem, aut animi institutionem habet, uel extra ea est. Ad institutionem pertinens, *cum accusatiuo*. Off.1. *Cum accusatiuo & ablatiuo sine præpositione*. Fam.1. *Cum ablatiuo & præpositione* In. *ad* Qu. Frat. *Cum duplici accusatiuo, & præpositione* Ad. *in* Verr. Act.5. Pro certiorem facere, *uel consilio instruere*. Fam.2. *inde* Eruditus, *pro docto*. Absolutè. *ad* Att.12. *Cum ablatiuo, sine præpositione*. *ad* Qu. Frat. *Cum ablatiuo & præpositione* In. *de* Orat.1. *Cum accusatiuo & præpositione* Ad. *pro* Fonteio. & Eruditio. Off.1.

Aerumna,

Est calamitas, uel est ægritudo laboriosa. pro Sylla. *Inde dicimus,* In *ærumnas incidere*. Fam.14. & Aerumnosus, *idem quod calamitosus. pro* Cluent.

Esse,

Commorandi significationem habet. Fam.2. Aliquando *uero etiam aduentus est, uel præsentiæ*. Fam.3.

Etsi,

Quanquam, *quamuis, licet, eiusdem significationis sunt; diuersi tamen usus: nam prioribus duobus maior dignitas inest, & semper indicatiuum asciscunt. Alia duo raro à principio orationis ponũtur.* Vide Vall. *li.2.cap.21. ad* Att.5. Etsi *in ipso itinere, &c.*

Euadere

Euadere,

Tres maximè significationes habet. Ponitur enim pro exire, euolare, & erumpere. Tusc.1. Euadere cũ liberationis specie ponitur. in Verr. Act.3. Pro euenire. ad Att.9. Pro fieri, & ad personam pertinet. in Verr. Act.5.

Euagari,

Amplius est quàm uagari, hoc est, extrà uagari. Off. 1. Nam qui appetitus longius euagantur, &c.

Euanescere,

Est obsolescere, ad nihilum recidere, è conspectu sese auferre. Et fit à Vanescere, quod eiusdem significationis est. ponitur enim pro tolli. Cic. Animi labes nec diuturnitate euanescere, nec manibus ullis elui potest. Tusc.5.

Euangelia.

Cic. Epistolis tuis Euangelia quæ reddam, nescio. id est, præmium ob iucundum nuntium, uel mercedem allati iucundi nuncij. Ea est enim euangeliorũ significatio, quæ etiam sacrificium & supplicationes denotant, quæ pro iucundo nuntio decerni consueuerunt.

Euertere.

Ruinam semper & calamitatem habet, sed id uariè. Propriè autem est, in statum contrarium uertere: ut euertere nauem, statuam, ciuitatem. Translationem uero omnium loquendi modorum, qui ab hoc uerbo ducuntur, à

nauigijs manare uolunt, quod nos non impugnamus. de Orat. 1. & in Parad. Euertere cũ ad personas refertur, aliquem Euerti dicimus, aut aliquem re aliqua: ita accusatiuum interdum habet cum ablatiuo. Cum uero de persona non loquimur, si ablatiuum habet hoc uerbum, tunc loci est uel instrumenti. Fam. 5. & 8. Ad res pertinens. ad Att. 1. 5. & 16. inde Euersor. pro Sest. & Euersio, propriæ uel translatæ significationis esse potest, ut euerto et euersor. Philip. 1. & de Senect. Euersionem facere. de Arusp. Resp.

Euigilare,

Plus est quàm aduigilare. Cic. *Tanta aũt industria est, tantumq; euigilat in studio, ut nõ maxima ingenio, quod in eo summum est, gratia habenda uideatur.*

Euolare.

Magnam habet, & quasi præcipitem celeritatem, festinationemq; hoc uerbum, & ab auibus ductam. Neque uero semper solum ipsam rei celeritatem significat, quæ in discessu uel excursione est, sed nonnunquam pro deuitare, uel aufugere ponitur, idq; tantum de malo fieri uidetur. non enim beneficium euolare dicimus, sed pœnã. neq; ex luce euolamus, sed ex flãma. neq; ex humanitate alicuius, sed ex seueritate: neq; ex libertate, sed ex seruitute. pro Mur. De celeri abitu, discessu, uel excursione, uel absolutè, uel cũ præpositione E, aut Ex ponitur. Fã. 1. et 7.

Exacuere,

Exacuere,

Plus est quàm Acuere. & translatè pro excitare, & alacriorem uehementioremq; reddere. Cic. ad Att. 12. Velim cohortere & exacuas Cluatium.

Exæquare,

Idem est quod Adæquare, & tam ad res quàm personas refertur. ad Att. 4. Pecunia omnium dignitatem exæquat. inde Aequatio. Off. 2.

Exagitare,

Interdum est exercitationis, consilij, studij & inquisitionis. Interdum uero molestiæ, aut facessiti negotij, aut perturbationis & uexationis. pro Syl. et Fam. 1. Exagitator. in Brut.

Exanimare,

Est tanta perturbatione affici, uel perturbari, ut animam agere uideamur. Cic. Miraris me tanta perturbatione ualetudinis tuæ tam grauiter exanimatum fuisse.

Exardere,

Propriè exardet materia, quæ sicca est in ignẽ cõiecta. Exardet etiã, quicquid inflammatũ est. Sed per translationem ea Exardere dicuntur, quæ uehementius commota sunt. Sæpius tamen ad personã, quàm ad res refertur, ut Exardere ad spem, uel cupiditatem libertatis, Exardere desiderio, dolore. Tusc. 5.

Exarescere,

Propriè dicitur, quicquid nimio solis aut ignis calore exiccatur: aut quod ita exhauritur & absumitur, ut uix ferè appareat. Ita propriè dicuntur exarescere amnes, fontes, lachrymæ, aut flores arborũ. Translatè, de ijs quæ euanescunt & pereunt. ad Att.10. Fam.7. & 9.

Exaudiri,

Nihil magis q̃ Audiri significat. Verg. Hinc exaudiri gemitus, iræq; leonum. uide Audire.

Excandescere,

Propriè est incendi & inflammari. Transfertur autẽ ad iram, quod ira uelut ignis animum accendat & inflammet. Vnde fit Excandescentia, quæ est ira nascens, & sine modo existens. Tusc.4.

Excedere,

Est exire. & ponitur absolutè, aut cum accusatiuo & præpositione In, ad locum scilicet. Cic. in Catil. Aut cũ ablatiuo. Fam.10. Vel cum Ex. Philip.1. Vel cum Extra. Cic. Vt nulla pars huiusce generis excederet extra. inde Excessus. de Leg.1.

Excellere,

Interdum est uigere & florere, uel præstantem esse, dicimusq; aliquem excellere re aliqua, & in re aliqua. ad Att.1. Inde dicimus Excellere in re aliqua. de Orat.1. Excellere inter. in Brut. Excellere pro superare. Tuscul.2.

ſcul.2. & *Excellentia, idem quod præſtantia.Off.1*

Excidere

Propriè eſt ſubitò, uel de repente cadere.ad Att.9. Translatè pro defluere, uel elabi, ex animo & memoria effluere.de Amic. Itē pro obliuiſci. Dicitur quoq; liber uel ſcripta excidere, quæ caſu neſcio quo, uel quaſi nobis imprudentibus exeunt.de Orat.1.

Excitare,

Eſt commouere. Sed propriè aliquis è ſomno excitatur. Excitantur etiam feræ, inſtante odora canum ui. Famil.16. inde Excitare ab inferis, uel à morte. pro Fōt. Cum accuſatiuo ſolo, uel paßiuè.Fam.6. Cum Ad. Off. 2. Excitare amorem, memoriam, plauſum, admiratio nem, riſum, bellū: pro creare. Vide alio loco. Item Excitare, eſt iacentem & calamitoſum, uel moleſtia, doloré-ue grauiore affectum, à dolore moleſtiaq; reuocare atque abducere, uel adhibita conſolatione recreare: quod tam ad res, quàm ad perſonas pertinet.Fam.2.

Excludere

Propriè. Cic. Coracem iſtum ueſtrum patiamur nos quidem pullos ſuos excludere in nido, qui euolent clamatores odioſi ac moleſti. Accipitur etiam pro excipere.Famil.1. Vel prohibere, uel repellere, et ablatiuū ſine præ poſitione habet, uel cū præpoſitione. et Excludimur loco, fortunis, dignitate, uel re alia qualibet.Fam.5.et Off.1.

Exco-

Excogitare,

Est machinari, meditari, fingere, & per cogitationẽ inuenire. ad Att. 9. Excogitatio. de Orat. 2.

Excolere,

Pro colere. ad Qu. Frat. Item pro polire, ornare, elimare. Et dicimus Excolere *aliquid, uel aliquid re aliqua. Off. 1.*

Excruciare,

Idem quod Cruciare *&* Discruciare*. Fam. 14. Nec me meæ miseriæ magis excruciant, quàm tuæ uestræq́;.*

Excudere.

Translatè, pro componere ponitur. ad Att. 15.

Excurrere,

Vt euolare, in maxima celeritate positum est, & tam reditum, quàm abitum habet. Cum abeuntis est. ad Att. 1. Cum redeuntis est. Fam. 1. Translatè, est extendi uel produci: pro Mur. inde Excursor*, quod ferè semper in malam partem ponitur. Philip. 4.* Excursio*, quæ militum sæpius est. & pro cursu ponitur. de Senect.*

Exemplum.

Antiqui supplicia & animaduersiones grauißimas, Exempla *appellabant. Vide Gell. lib. 6. cap. 14. inde* Exemplũ edere*. Terent. in Eunuch.* Exemplum prodere*. pro Flac.* Exemplum statuere*. in Verr. Act. 4.*

Exequi

Exequi uerbis,

Idem est, quod narrare, aut recitare. Cic. Habeo multa *occultiora, quæ uix ijs uerbis exequi poßim.*

Exercere,

Aliquando est sollicitare, uel augere. pro Arch. poëta. *Ponitur etiam pro uersari in aliqua arte, uel consuetudinem atq; exercitationem capere, factitare, colere.* Et tam *in persona est, quàm extra personam. Ad personam relatũ sic ponitur, ut nos ipsos uel exerceamus, uel alius exerceat.* Exercemurq́; *uel re aliqua, uel ad aliquid, uel in aliquo.* Fam. 1. *Extra personam, idq́; in bonam partem. Et est factitare, agitare, & aßiduum penéq; totum in re aliqua esse.* Off. 1. *In malã partẽ.* ad Brut. *et* Exer*citus, a, um, idem est quod sollicitus, et anxietate affectus, uel agitatus.* pro Plan. *Est etiam peritus, uel exercitatus, uel callidus.* pro Font. *et* Exercitatus, *est uersatus, nõ rudis, aut expers. Præpositionem habet* In, *uel* Ad. Et *dicimus in re aliqua, uel ad rem aliquam exercitatũ esse. & absolutè etiam ponitur.* ad Att. 14. Off. 2. Itẽ Exer*cere, pro cruciare, uexare.* Cic. *Nunc me reliquiæ exercent.* & Exercitatio, *est aßiduus usus, uel usu & studio, cõmutationeq́; diuturna cõparata cõsuetudo.* Fam. 1.

Exhaurire,

Est exinanire, uel uacuum facere. Propriè. Philip. 2. Translatè. Fam. 9. & Philip. 5.

Exibi-

Exibilare.

Exibilamus, quae sibilis nobis ingrata esse indicamus. in Parad.

Exigere,

Tribus modis capitur. primo, quo dicimus, Exigere *aetatem, uitam, tempus: deinde,* Exigere *pensionem, uectigalia, tributum, nummos, pecuniam: id est, ad dissolutionem cogere. Postremo reiectionem, siue exclusionem habet.* Philip. 2.

Exiguus,

Dicitur exilis, uel tenuis. Fam. 5. *inde* Exiguitas. Fam. 8. *&* Exiguè. *ad* Att. 11.

Exilis,

Exiguus, *tenuis. de* Orat. *Spinosa & exilis oratio. inde* Exilitas. *de* Orat. 1. *&* Exiliter. *in* Bruto.

Eximere,

Est auferre, uel excipere, quod tam in bonam, quàm in malam partem capitur. Tusc. 2. *Interdum etiā liberationē uel solutionem habet, ut* Eximere *ex aerarijs, de reis, &c. Est etiam extrahere, effodere, uel eruere.* Cato: *Quod genus aut ficum, aut oleam esse uoles, inde librum scalpro eximito.*

Exinanire,

Est attenuare, uel exhaurire. in Verr. Act. 5.

Exire,

Exire,

Est egredi, uel prodire, aut pedem efferre. & est à loco, uel ad locum. Cum est à loco, ponitur absolutè, uel cũ ablatiuo, uel cum præpositione A, E, Ex, *uel* De. *Fam.*4. & 9. *Exire cum ad locum est, iungitur cum aduerbio locali, uel accusatiuum habet cum præpositione* In. *Fam.* 7. & 9. *Translatè, ut* Librum, *uel orationem exire: id est, euulgari, emitti, uel edi in publicum. Fam.*15. *Exire annum, de uita, de potestate, id est, mentis impotem fieri.* Exire *ære alieno, id est, liberari, uel æs alienum dissoluere. inde* Exitus *pro discessu uel egressu, & tam ad alia, quàm ad personam pertinet. ad* Att.9.

Existere,

Est repentè apparere, erumpere, exoriri, uel emergere. Sed interdum nihil repentini aut subiti habet, & ponitur pro esse. Valla *lib.* 5. *cap.*53. *ad* Att.7. *Pro esse.* Famil.1. & 7.

Existimare,

Est iudicare. Aestimare uero in rerum precio uersatur. Fam.1. *Existimare de, cũ* Benè & Malè *iunctũ.* Fam.2. *cũ* Benè. Fam.15. *cum* Malè. Off.2. *Existimari, pro iudicari, uel haberi. pro* Cecin. *Existimare pro æstimare, ponderare, metiri, dijudicare, & quasi sententiam ferre.* Fam.1. *hinc* Existimatio, *actiuè & passiuè à Latinis, & tam in bonam, quàm malam partem capitur.*

capitur.Fam. 8. *De comitijs consularibus incertissima est existimatio*.Et alibi: *Quod mihi existimationem tuã commendas, facis tu quidem omniũ more.* Ex quo uariæ elegantiæ loquendi ueniunt. dicimus enim, *Ad hominũ existimationem*. Cic. *Quid enim facere potuit ad existimationem hominum elegantius?* *Existimationem colligere*.in Verr. Act. 1. *Ad existimationem dimanare*. pro Cælio. *In existimationem uenire*. de Inuent.2. *Existimationem accipere*, id est, *in existimationem uenire*.Famil.9. *Esse in existimatione*. ad Qu.Frat. *Existimationi consulere*.in Verr. Act.1. *Existimationi seruire*.ad Att.5. *Existimationem agi*.Fam.3. *Venire in discrimen existimationis*.in Verr.Act.1. *Existimationem oppugnare*.Fam.3. *Venire contra existimationẽ*. ad Att.1. *Esse contra existimationem*.Fam.2. *Existimationem uiolare*. Fam. 13. *Imminuere*. Cic. *In quo Dij immortales uiolati, existimatio atq; autoritas nominis pop.Romani imminuta est*. *Amittere*.Cic. *Neq; in alterius impudentia sui pudoris existimationẽ amitterent*. *Reconciliare*.in Verr.Act.5. *Cõseruare*.Fam.8. *De existimatione deperdere*. Cic. *Verebatur enim, uidelicet ne quid apud nos, populũq; Romanũ de existimatione sua deperderet.* *Existimationi hominũ se uenditare*. Cic. *Non aliqua re aut simulatione pop. Romanus existimationi se hominum uenditasset.* *Committere existimationem alicui, uel de existimatione*.ad Qu. Frat.

Exitium,

Exitium,

Est pernicies. Festus dicit: *Exitium antiqui ponebant pro exitu, nunc exitium pessimum exitum dicimus.* Cic. in Catil. *Exitium comparare uel moliri.* Cic. *Luctuosissimũ patriæ exitium comparasset, etc.* Idem: *Exitium reipub. intra mœnia molitur.* *Exitium dare.* Terent. *At tibi Dij dignum factis exitium duint.* *Exitio esse.* ad Qu. Frat. *inde* Exitiosus. *et est* Exitiosum, *quod exitium & perniciem adfert.* Fam. 6. Exitialis. in Verr. Act. 6.

Exolescere,

Est quasi inueterascere. Plin. lib. 37. Et Exoletus, *qui iam crescere desinit. unde emeritos pueros, catamytos & pathicos (id est, mascula scorta)* Exoletos uocant Latini. *Ponitur etiam pro desito & inueterato.* pro Mil.

Exorabilis,

Idem quod placabilis; siue facilis exoratu. ad Att. 1. *In se expertus est illum esse minus exorabilem.* Huius contrarium Inexorabilis. ad Qu. Frat.

Exoriri,

Propriè. Cic. *Post solstitiũ canicula exoritur.* Translatè *autem ponitur pro erumpere, uel exardescere: ut cũ aliquid oppugnamus, uel refellimus, tunc quidem exoriri dicimur: id est, aduersarij rationibus, & rei susceptæ resistere. uel cum acerbius & immaniùs, præter aliorum expectationem in aliquo negocio nos gerimus, ita certè, ut*

opinionem de nobis conceptam fallamus: nostra tum dic potest immanitas, crudelitas, asperitasq; exoriri, & subito insolenter insurgere, uelut antea dissimulationis tenebris, integumentis'ue tecta. Fam. 4. *& Exoriri etiã est respirare, & tanquam excitari, uel erigi.*

Expedire,

Est conficere, proferre, parare, uel liberare. Fam. 6. Pro *explicare, aut extricare.* in Verr. Act. 4. *inde* Expeditus, *pro prompto, parato, uel facili ponitur: diciturq; tam de rebus, quàm de personis, ut uia expedita, oratio, uel distinctio. Absolutè.* pro Mil. *Cũ præpositione* Ad. *cõtra* Rull. et Expeditio, *quæ est ueluti militaris peregrinatio: ut si quis dicat, regem expeditionem in* Italiam *parare.* Expeditè. *in* Brut. *item* Expedire, *pro utile esse, uel prodesse.* Et *impersonale est, interdum etiam personale.* Fam. 4. & 7. *Et cum accusatiuo & ablatiuo ponitur.* pro Milon. Expedire, *pro eloqui, uel enunciare.* de Senect.

Expellere,

Est extrudere, eijcere, uel exturbare: & ablatiuũ habet sine præpositione, uel sine casu. ad Att. 10. *uel ablatiuũ cũ præpositione* E, Ex *uel* De. *ad* Att. 8. *inde* Expulsor, & Expultrix. *pro* Quint. *Iste homo acerrimus bonorum possessor, expulsor, &c.* & Tusc. 5. O *uitæ philosophia dux, ô uirtutis indagatrix, expultrixq; uitiorum.*

rum. & Expulsio.in Parad. Qui expulsiones uicinorum,&c.

Expers,

Cõtraria huius uocis significatio est Participi. est enim Expers, idem quod uacuus, non particeps, carens, & ut uulgò loquũtur, sine parte. unde Expers cõsilij, aut ingenij. pro Sest.

Expectare,

Accusatiuum habet, uel accusatiuum cum ablatiuo & præpositione. Fam. 1. Vehemẽter expectare. Fam. 9. Valde. Ibid. Auidè. Cic. Hanc rem auidißimè ciuitas expectat. Expectare ad. Fam. 4. Quando. Fam. 7. Dum. ad Att. 1. Donec. Fam. 5. Ante. Fam. 7. Quotidie. Cic. Fratrem quotidie expectamus. Indies. Fam. 7. Diem ex die. ad Att. 8. Biduo. Fam. 7. Cura igitur ut ualeas, ac biduo aut triduo expecta. Quartum diem. Cic. Expectabam ibi iam quartum diem, &c. Suspenso animo. Fam. 16. Summa cura. Cic. Summa cura expectabam aduentũ Menandri. Cum spe. Id quod cum magna spe expectamus. Spe. Fam. 16. Expectare de. Fam. 2. Expectare, pro sperare. Fam. 3. Expectare pro differre uel tardare. ad Att. 2. Expectatus, pro optatus, uel desideratus. Fam. 4. Expectatio actiuè & paßiuè ponitur. Fam. 2. Expectationem mouere uel commouere. ad Att. 1. & 2. Expectationem concitare. Fam. 2. Expectationem facere. ad Att. 2. Ex

pectationem dare.ad Att. 1. Expectationem *afferre.* ad Att. 2. *In expectationem adducere.* Tusc. 1. Expectationem *esse.* Fam. 15. Expectationem *esse in.* ad Att. 8. *Esse in expectatione, actiue.* Fam. 10. *Paßiue.* Fam. 9. Expectatione *habere, actiue.* ad Att. 7. *Paßiue.* Fam. 5. Expectatione *plenus.* ad Att. 2. Expectatione *teneri.* de Orat. 2. Expectatione *pendere. contra* Rull. Expectationem *suspensam tenere.* Cic. *Ne diutius oratione mea suspensa expectatio uestra teneatur, aggrediar ad crimen.* Expectatione *torqueri.* Cic. *Ea quidem expectatione torqueor.* Angi. Cic. *Angebar singularum horarũ expectatione.* Cruciari. Cic. *Nunc expectatione crucior.* Expectationem *sustinere.* Off. 3. *id est, magnam esse expectationem in aliquo, & expectationi respondere ac satisfacere.* Fam. 2 Expectationi *occurrere.* pro Cluent. Expectationem *explere uel uincere.* de Orat. 1. Fam. 2. & 3. Expectationem *decipere.* de Orat. 2. Expectationem *deriuare.* ad Att. 2.

Expilare,

Est prædari, uel exinanire. pro Cluent. *inde* Expilator. ad Qu. Frat. & Expilatio. Off. 2.

Expiscari.

Tractum est à piscatoribus, estq; diligentißime quærere, ubi nã pisces lateãt. quo factũ est, ut ponatur pro summa diligẽtia, summoq; studio quærere. Terent. in Phorm.

Per-

Perinde expiscare, quasi non nosses. & in Pison.

Explanare,

Propriè polire significat: & quod uel scabrum, uel distortum erat, planum reddere. Translatè uero, pro enarrare accipitur. Fam. 3. & Terent. in Phorm. Quem amicum tuum ais fuisse istum? Explana mihi, &c.

Explere,

Est implere, uel cõplere, saturare uel satiare. Fam. 2. Vel conficere, uel absoluere. Off. 3. inde Expletio. de Finib. 5.

Explicare

Propriè de rebus dicitur, quæ plicis inuolutæ sunt. Huic contrarium est Implicare. Sed eleganter ad ea transfertur, quæ implicata sunt & difficilia. de Orat. 1. & Off. 1. Explicare ponitur etiam aliquando, pro conficere. Idem: Nihil uidi unquam, quod minus explicari poßit. Aliquando pro liberare. Idem: Qui se nũquam profectò, si in istũ locum processerint, explicabunt.

Explodere,

Applaudere & explodere contraria sunt. Est enim eijcere, uel exibilare: ut in fabulis recitandis maximè fit, cum non placent. Off. 1.

Explorare,

Maxime in re militari uersatur. Vnde Exploratores, quibus datur ab imperatoribus negotium, ut aliquo dißi-

mulationis integumento, hostium consilia, insidiasq; ex plorent. Caes. *de bell.* Gall. 7. *inde* Exploratum *dicitur, quod prorsus cognitum & perspectum. iungiturq; ferè cum duobus uerbis, ut* Exploratū *esse.* Fam. 1. Exploratum *de.* Fam. 2. *Esse pro explorato.* Cic. *Id erit mihi pro explorato.* Exploratum *habere.* Off. 3.

Expoliare,

Idem est cum suo simplici Spoliare, *quemadmodum etiam* Dispoliare: *de* Finib. *Dum enim in una uirtute sic omnia esse uoluerūt, ut eā rerū selectione expoliarēt, etc.*

Expolire.

Aliquid perfectioris artis habet; quàm Polire. *ad* Heren. 2. *inde* Expolitio. *de* Orat. 1.

Exponere,

Pro explicare ad spectandum. in Verr. *Act.* 6. *Saepe etiam ponitur pro narrare & explicare.* Fam. 1. & 5.

Exprimere,

Est premendo aliquid extrahere: quod uidere est in uini factoribus, qui praemendis praelo uinaceis plus uini extrahunt. Vnde dicitur Exprimere, *pro* impetrare, *sed cum improbitate, & rogatus assiduitate. Ponitur etiam pro referre, uel imitari: id est, similefacere. ut* Exprimere *orationem, uel carmen alicuius: id est, similitudine repraesentare.* Fam. 12.

Exputare,

Quemadmodum & putare, et reputare, animi etiam attentionẽ cõtinet, & deliberationis uim habet. Fam.10.

Exquirere,

Pro quærere, requirere, siue inquirere. ad Att.8. *Hæc uelim exquiras, ad meq; perscribas.*

Excribere,

Idem est quod describere, quod Barbari *dicunt duplicare, uel capere copiam.* Fam.16.

Extare.

Extant, quæ memoria custodita sunt et literis. & tria maximè significat. Constare. pro Planc. *Apparere.* de Orat.1. *Vel ita integrũ esse, ut proferri posit.* Et *sic ponitur pro esse, uel integrum, seruatum, custoditumq; esse, & ab obliuione incolume.* Fam.1. & 5. *Vel impersonaliter.* in Bruto.

Extemplo,

Pro continuo, Varro *ideo poni scribit, quod omne templum debet continuè septum esse, nec plus quàm unũ introitum habere, siue quod post templum factum ilico captãtur auguria: siue quod augures statim uisis auspicijs, uel à templo cœli oculos auertebant, uel è templo terræ discedebant.* pro Rosc. Com.

Extenuare,

Est minuere, uel deprimere: quod opponitur adaugendi significationi. Off.2. *inde* Extenuatio. de Orat.3.

Exterminare,

Est eijcere, uel expellere. Off. 3. inde Exterminator. pro Dom. sua.

Extollere,

Extollimus propriè, quæ humilia sunt, ut erigere & extollere uites. Translatè uero laudantiũ est, & insolentem faciẽtium, uel iuuantium & erigentium. in Pisonem, & de Amic. Inde dicimus Extollere caput, quod idem est, quod exoriri, & ex malis emergere. pro Planc.

Extorquere,

Est inferre uel eripere. Propriè poni intelligimus, cũ extorquetur aliquid corporeũ. Cic. Pecunia omnis ab eo extorta atq; erepta est. Translatè uero ponitur, cum incorporea extorquentur. Cic. Huncmihi errorem dum uiuo, extorquere uolo.

Extorris,

Dicitur extra patriam eiectus, & exactus. In Verr. Act. 5. Extorrem urbe, domo, penatibus, foro, congressu æqualium. Hos nunc excommunicatos, quibus humanitatis iura, uicißitudinemq; officiorum uetamur exhibere.

Extricare.

Pullos propriè extricamus, tricis impeditos. sed ponitur pro expedire, conficere, uel liberare. Extricamus autem personam, rem uel locum. Et accusatiuum interdum cum ablatiuo & præpositione habet. Fam. 5.

Extrudere

Extrudere,

Est eijcere, uel expellere. Fam.7. id quod etiā dicimus

Exturbare,

Est expellere, uel per uim eijcere. cont. Rul. Transla tè. ad Qu. Frat.

Exulare,

Is propriè dicitur, qui uel pœnæ metu, uel lege coa-ctus, solum uertit. Dicitur etiam Exulare, qui patria quo-uis modo priuatus, & carens, mutato solo apud exteros agit. Fam.4. et Exul dicitur is, qui ui eiectus, aut exi-lio mulctatus est. Pro exule sæpe substantiuè ponitur eie-ctus. pro Cluent. Verbis autem si quibusdam iungitur hoc nomen, ut multis iungi potest, eleganter cum restitue-re, reuocare, uel reducere, uel redire ponitur. In quibus lo quēdi modis inest semper in integrum restitutio, id est, in pristinū statū. Fam.12. inde Exiliū quod est proscri-ptio, uel exterminatio. Dicūt aūt Latini eijci, uel proijci, uel pelli in exiliū, aut mulctari Exilio: aut ire, aut profi-cisci in exilium. Quibus cōtraria sunt, Reduci de exilio, uel redire ab exilio. pro Cecin.

Exulceratus animus,

Id est, læsus, irritatus, lacessitus. pro Deiotaro.

Exultare,

Est cum insolentiori animi & corporis interdū im-petu, impotentiaq; gestire. Interdum etiam sæuire, uel su-

perbire significat. Tusc.2. inde Exultantius. Plin. Et quasi exultantius scripsi.

Exurgere,

Propriè. Cic. Huc exurge, quæso, retinebo & complectar. Trãslatè, pro exoriri & caput extollere. Philip.13.

Exuuiæ,

Non solum hominum tegmina, aut uestes dicũtur, sed etiam animalium quorumlibet, ut exuuiæ bubulæ, uel serpentis. pro Leg. Man.

FAC EXISTIMES.



EL, Ita uelim existimes, ita te existimare uelim. Fam.1. & 4.

Facere,

Pro cõsentire. Hisq; loquendi modis utebantur antiqui, Mecum, tecũ facere, pro consentire. pro Cecin. aliquando Facere ponitur pro scribere, aut cõponere, ut Versus siue carmina facere. in Pisonem.

Facinus,

Multi sunt apud Latinos uoces, quæ et in bonã & malam partem capiũtur, ut insignis, nobilis. Etenim pro nominibus, quibus iunguntur, significationem nanciscũtur. Aliæ etiam sunt uoces, quæ & obscœnè et honestè sonãt. lege Cic. Epist. Fam. 9. Epistola autem sic incipit: Amo uerecũdiã. Facinus in bonã partem. Cic. Id facinus pul

cherrimũ arbitrarer. Facinus in malã partẽ. pro Cluẽt. Facinus sceleris dicunt Latini, sicut crimen facinoris: de quo paulo pòst. in Verr. Act. 7. Adducere siue impellere ad facinus. uel Facinus facere, uel conficere. de Finib. 2. Facinus committere uel admittere. Fam. 3. Facinus suscipere. pro Cluent. Facinus obire. in Catil. Facinorosum, profligatum, perditũ, nefarium, scelestũ, uitiosum, nequam, proiectum hominem uocant Latini, qui uitijs & sceleribus deditus est. Scelesti & uitiosi alibi fit mentio. pro Cælio. & in Verr. Act. 5. exemplũ habes. De perdito exemplũ. Cic. Nihil est enim perditius his hominibus. De proiecto. pro Cluent. De nequam exemplum. Cicero: Quid enim turpius, aut nequius effœminato uiro? De nefario. Cic. Fam. 1.

Facultates,

In singulari numero generatim pro commoditate ponitur. in plurali pro copijs uel diuitijs sæpe poni solet. Offic. 1.

Facundus,

Est idem quod doctus uel elegans. Ouid. Non formosus erat, sed erat facundus Vlysses.

Fallere,

Pro eo quod est clàm esse, latere, quod etiam fugere dicimus. Fam. 5. Nisi quod me fallit, &c.

Fama

Fama,

Pro nominis celebritate & existimatione. Cic. *Equidem ut ad te reuertar, ab his fontibus profluxi ad hominum famam.* inde Famã expetere uel desiderare. pro Sest. Famam colligere. in Verr. Act. 1. Conficere, pro parere, in Brut. Cõsequi. Fam. 2. Subire, in malam partem. Cic. *Ne famam subeam temeritatis.* Famã incurrere, etiam in malam partem. pro Mur. Famæ seruire. ad Att. 5. Vel consulere. Cic. *Næ tu, si id fecisses, melius famæ, melius pudicitiæ consuluisses.* Famã tueri. Cic. *Quoad potero, famam & dignitatem tuebor.* Famã hærere ad metas, id est, deprimi. pro Cælio. Lædere. Cic. *Itaq; diutius suspicionibus obscuris lædi famam suam uoluit.* De fama detrahere. Fam. 3. Famã spoliare. Off. 3. Famam depeculari. Cic. *Aliorum famam depeculans, aliorum caput oppugnans.* Atterere. Sall. in Catil. Abijcere. Fam. 9. Famæ parcere. Cic. *Qui si semper unà fuisset, tamen summa cura tum tuæ, tũ multo etiam magis suæ famæ pepercisset,* id est, consuluisset. *Ponitur aliquando Fama, pro rumore, & disseminato dispersoq; sermone, ac dicto quodã populari. & tam in malam, quàm in bonam partem capitur.* Fam. 10. Off. 3. unde Famam dißipare. Philip. 14. Nasci. ad Heren. 2. Surgere. Fam. 8. Emanare, uel manare. Philip. 14. Famam esse. ad Att. 7. Fama esse, est celebrari. ad Qu. Frat. Fama celebrare. ad Qu. Frat. Famã percrebrescere.

brescere.Fam.10. *Famã peragrare.pro Mil.* *Persuadere.pro Leg.Man.* *Venire, uel peruenire.Fam.9.* *Fama accipere, de Nat.Deor.2.* *Famam reprimere.Philip.11.* *Famam mori.Post red.in Senat.*

Familiaris,

Idem quod amicus, & familiariter coniunctus. Cic. *Erat enim mihi sanè familiaris.inde Esse in familiaribus.Fam.6.* *Esse ex familiaribus.Fam.4.* & *Familiaritas.* Cic. *Nihil mihi eius est familiaritate iucundius.* *Inde dicimus Familiaritatem intercedere alicui cum aliquo.Fam.13.* *Inducere.Fam.7.* *Afferre.Cic.Cõsuetudo familiaritatem attulit.* *Ad familiaritatem applicare se.pro Cluent.* *Dare se in familiaritatem.* Cic. *Bene penitus in istius familiaritatem se dedit.* *In familiaritatẽ uenire.Fam.7.* *Intrare.ad Qu.Frat.* *Recipere.ad Qu.Frat.* *Familiaritatem consequi.Sallust.Quorum hic familiaritatem eximiam consecutus fuerat.* *Familiaritate deuincire.Fam.13.* *Vel implicare.*Cic. *Atque omnibus, qui nostris familiaritatibus implicantur, uehementer utilis,&c.* *Versari in familiaritate.pro Corn.* *Familiaritatem augere.Fam.13.* *Disiungere à familiaritate.*Cic. *In quo Cæsar fuit felicior: ipse enim Pompeiũ à mea familiaritate disiunxit.*

Fastidire,

Est fastidio affici,offensionem aut fastidium ad aliquã rem

rem trahere, uel cum fastu quodam contemnere. Apud antiquos genitiuum habet, frequentius tamen est cum accusatiuo, uel cum ablatiuo. pro Mil. inde Fastidiũ, *offensionem significat, scilicet uel cum satietate afficimur, uel antiqua molestia, quæ nos ad rem repudiandam, negligendam'ue impellat. Actiuæ uel paßiuæ significationis est, ut sit fastidium meum, quo ego alios fastidio.* Fastidium *uero mei, quod de me concipitur.* Fam. 2. *&* Fastidiosus, *quod actiuæ significationis est, diciturq́; qui rem fastidio habet, uel qui rem fastidit. Ac sine casu est, uel genitiuũ regit, uel accusatiuum cum præpositione* In. *ad* Heren. 4. *&* Fastidiosè. *de* Orat. 1. *&* 2.

Fauere,

Studere alicui, & benè uelle. Fam. 3. *Etsi non magis mihi faueo in nostra amicitia tuenda, quàm tibi, &c.* Fauere *linguis, pro tacere uel silere ponitur.* Et *hoc loquẽdi modo proprie utebantur antiqui in sacris, & rebus diuinis faciendis, cùm scilicet silentium imperabatur, ut ad sacrorũ obseruationem omnes essent attentiores, nec strepitu, murmure'ue sacer cultus interturbaretur. Vtebantur etiam hoc loquendi modo in recitandis fabulis, & comœdijs agendis, nimirum cum ille, cui primæ dabantur, coronam circumstantem silere, & attentiorem esse iubebat.* de Diuinat. 2. *inde* Fauor *nomen, quod tam actiuè quàm paßiuè capitur. Est enim noster in aliquem fauor, & alicuius in nos: significatq́; studium, gratiam, uel auram*

ram popularem. pro Rosc.Comœdo. & *Fautor sæpe cum dignitate, honore, laude, gloria iungitur. ad Att. 1.*

Fœcundus,

Feracem uel uberem significat, quod nomen uel proprium. de Senect. Vel translatum esse potest. in Brut. inde Fœcūditas. & *propriæ est significationis, uel translatæ:* & *significat ubertatem, uel feracitatem. Propriè. Philip. 2. Translatè. de Orat. 2.*

Felix,

Dicitur fortunatus, uel cui bene est. Et dicimus felicē ad rem aliquam, uel felicem à re aliqua. Philip. 2. Ad rem. pro Font. A re. in Bruto. inde Felicitas. pro Syll. & *Feliciter. Philip. 5.*

Feriari,

Verbum antiquum est, & *rarum, sed eius participium nō ita est desitum. Est aūt Feriari, uacare: unde Feriatus, pro ocioso ponitur. Et dicitur aliquis feriatus, uel dies feriatus, id est, quo labore* & *opere supersedetur. Fam. 12.*

Ferax,

Pro ubere, fœcundo, fertili, uel frugifero est. Propriè. in Verr. Act. 5. Translatè. Off. 3. inde Fertilis dicitur ager ferax, fœcundus, uber, uel fructuosus. Off. 1. & *Fertilitas, quæ est ubertas, uel bonitas agrorum, fœcunditas, uel abundantia. Tuscul. 2.*

Feriæ,

Feriæ,

Sunt dies festi, aut dies ociosi, dies cessationis ab opere. Et *dictæ sunt feriæ, à feriendis uictimis, uel ab epulis ferendis. in ijs enim epulæ fiebant.* Feriarum aũt apud *antiquos multa erant genera, quæ pollui dicebãtur, si in his aliquod opus fieret.* Feriarum publicarum *quatuor genera erant. Statiuæ, uniuersi populi communes, quæ certis & constitutis diebus fiebant: in quibus præcipuè seruabantur* Agonalia, Carmentalia, Lupercalia. Conceptiuæ, *quæ quotannis à magistratibus, uel sacerdotibus concipiebant certos, siuè incertos dies: ut sunt* Latinæ, Sementinæ, Paganalia, Compitalia. Imperatiuæ*; quas* Cõsules *uel prætores pro arbitrio indicebant.* Nundinæ, *paganorum erant ac rusticorum, quibus ad negotia & merces conueniebant.* Erant *præterea propriæ familiæ feriæ, quas quæq; familia ex usu domesticæ celebritatis obseruabat,* Claudiæ *feriæ, &* Aemiliæ. Singulorum *item feriæ erãt, ut* Natalium *dierum, quæ* Natalitiæ *dicuntur: & fulgurum, & funerũ expiationes.* Feriæ *quoq; aliæ legittimæ, aliæ indictæ erant. & indicebantur, cum supplicationes fiebant.* Off. 3.

Ferre in oculis,

Vel, E*sse in oculis: modus est loquendi, quo ualde diligere, uel diligi significamus.* Fam. 16. & Ferre *pedem, est accedere. & per metaphoram ponunt aliquando pro*

adesse,

adesse, id est, opem ferre. Vergilius: Ferte simul Faunique pedem.

Festinare,

Est properare, uel maturare: & tam ad corpus, quàm ad animum pertinet; uel ad aliud. etiam nonnunquā transfertur, habetq; alius uerbi infinitiuū. Fam. 12. Translatè. Philip. 1. Cū infinito. Fam. 3. inde Festinus. ad Att. 9. & Festinatio. Cic. Habes epistolam plenam festinationis & pulueris. & Festinanter. ad Att. 3.

Festus,

Vix sine die ponitur, & idem est festus dies, quod feriæ. Dies igitur festi sunt, in quibus ab opere cessatur, quacunq; causa sint indicti, aut instituti. pro Cluent.

Fides,

Officium quoddam denotat, quod amico maxime, aut alij cuiuis præstitum, probitatis: negatum, contrà perfidiæ maleuoliq; animi documentum præbet. Fam. 1. & 7. inde Fidem præstare. Cic. Fidem quā potui, tibi præstiti. & Fidem habere, quod & actiuè & paßiuè ponitur. Paßiuè. Fam. 6. Actiuè. Fam. 5. Fidem adiungere. Acad. 2. Fidem tribuere. pro Sylla.

Fiducia,

Sæpius in bonum, quàm in malum capitur. Cic. Si tutor fidem præstare debet, si socius, si cui mandatis, si qui fiduciam acceperit, debet etiam procurator. inde Fidu

ciam accipere.Boët.lib.4. Com. in Top. Fiduciã accepisse dicitur, cuicunque res aliqua ea lege mancipatur, ut mancipanti aliquando remancipet. Veluti si quis tempus dubium timens, amico potentiori fundum mancipet, rediturо cum tempus illud dubium præterierit: hæc mancipatio fiduciaria nominatur, idcirco quod restituẽdi fides interponitur.Fam.7. Inde etiã Actio fiduciæ. Fiducia tamẽ aliquãdo simpliciter pro spe ponitur. Fam.6.et.11.

Firmamentum,

Pro præsidio.Cic. Sic ille annus duo firmamenta reip. per me unum constituta euertit.

Flagitium,

Nomen generale est ad omnia mala. & est uitium repræhensione & animaduersione dignum. Valla teste: Flagitium proprie in libidine, quasi flagris dignum crimen: sed pro cæteris quoque peccatis accipitur. nec tantum turpibus, uerum his etiam, quæ per negligẽtiam, imprudentiam, obliuionemq́; cõmittuntur. Philip.2. Flagitium esse, pro turpe esse. Terent. in Adelph. Flagitium facere. pro Rosc. Amer. Cõcipere, admittere, uel committere. pro Cluent. Flagitiũ suscipere. uide Dedecus suscipere. In flagitijs uersari, flagitijs inquinare. pro Rosc. Amer. In flagitio uolutari. et Ingurgitare se in flagitium. Cic. Quos utinam ita audires, ut erant audiendi, nunquam te in tot flagitia ingurgitasses. Flagitijs nobilitare. Terent. in Eunuch. inde Flagitiosus. in

Verr.

Verr. Act. 4. & *Flagitiose. ad Att. 6.*

Flectere,

Est diuertere, uel declinare. Et *uel neutrũ est, uel transitiuum.* Dicimus enim Flectere *aliquò, uel,* Flectere *uiã, aut promontorium. ad* Att. 5. *Flectimus etiam, quem à re aliqua dehortamur, uel à cõsilio inito, uel suscepto abducimus. quãquam* Flectere *propriè sit torquere, uel detorquere. de* Diuin. 1. *Translatè.* Philip. 1.

Flere.

Cic. *Flebat uterq; non de suo supplicio, sed pater de filij morte, de patris filius. inde* In fletũ *adducere dicimus.* Cic. *Non queo reliqua scribere (tanta uis lachrymarum est) ne te in eundem fletum adducam.*

Florere,

Propriè est arborum, sed eleganter ad res alias transfertur: dicimurq; re aliqua, uel in re aliqua florere, cũ in ea re summa sumus gloria. in Brut. *Florere in.* Fam. 1. *Florere re aliqua.* Fam. 2. *inde* Flos, *pro re maximè præstanti.* Philip. 11.

Fluctus,

Pro perturbatione ponitur. Cic. *Nihil est, quod minus fluctum ferre poßit. Translatè.* Cic. *Et quidem cæteras tempestates & procellas in illis duntaxat fluctibus concionum semper putaui Miloni esse subeundas, quod semper pro bonis contra improbos senserat.*

mulationis integumento, hostium consilia, insidiasq; explorent. Cæs. de bell. Gall. 7. *inde* Exploratum *dicitur, quod prorsus cognitum & perspectum. iungiturq; ferè cum duobus uerbis, ut* Exploratũ esse. Fam. 1. Exploratum de. Fam. 2. *Esse pro explorato.* Cic. *Id erit mihi pro explorato.* Exploratum *habere.* Off. 3.

Expoliare,

Idem est cum suo simplici Spoliare, *quemadmodum etiam* Dispoliare: de Finib. *Dum enim in una uirtute sic omnia esse uoluerũt, ut eã rerũ selectione expoliarẽt, etc.*

Expolire.

Aliquid perfectioris artis habet; quàm Polire. ad Heren. 2. *inde* Expolitio. de Orat. 1.

Exponere,

Pro explicare *ad spectandum.* in Verr. Act. 6. *Sæpe etiam ponitur pro narrare & explicare.* Fam. 1. & 5.

Exprimere,

Est premendo aliquid extrahere: quod uidere est in uini factoribus, qui præmendis prælo uinaceis plus uini extrahunt. Vnde dicitur Exprimere, *pro impetrare, sed cum improbitate, & rogatus aßiduitate. Ponitur etiam pro referre, uel imitari: id est, simile facere. ut* Exprimere *orationem, uel carmen alicuius: id est, similitudine repræsentare.* Fam. 12.

Exputare,

Exputare,

Quemadmodum & putare, et reputare, animi etiam attentionẽ cõtinet, & deliberationis uim habet. Fam.10.

Exquirere,

Pro quærere, requirere, siue inquirere. ad Att.8. Hæc uelim exquiras, ad meq; perscribas.

Exscribere,

Idem est quod describere, quod Barbari dicunt duplicare, uel capere copiam. Fam.16.

Extare.

Extant, quæ memoria custodita sunt et literis. & tria maximè significat. Constare. pro Planc. Apparere. de Orat.1. Vel ita integrũ esse, ut proferri poßit. Et sic ponitur pro esse, uel integrum, seruatum, custoditumq; esse, & ab obliuione incolume. Fam.1. & 5. Vel impersonaliter. in Bruto.

Extemplo,

Pro continuo, Varro ideo poni scribit, quod omne templum debet continuè septum esse, nec plus quàm unũ introitum habere, siue quod post templum factum ilico captãtur auguria: siue quod augures statim uisis auspicijs, uel à templo cœli oculos auertebant, uel è templo terræ discedebant. pro Rosc. Com.

Extenuare,

Est minuere, uel deprimere: quod opponitur adaugendi significationi. Off.2. inde Extenuatio. de Orat.3.

Exterminare,

Est eijcere, uel expellere. Off. 3. inde Exterminator. pro Dom. sua.

Extollere,

Extollimus propriè, quæ humilia sunt, ut erigere & extollere uites. Translatè uero laudantiū est, & insolentem faciētium, uel iuuantium & erigentium. in Pisonem, & de Amic. Inde dicimus Extollere caput, quod idem est, quod exoriri, & ex malis emergere. pro Planc.

Extorquere,

Est inferre uel eripere. Propriè poni intelligimus, cū extorquetur aliquid corporeū. Cic. Pecunia omnis ab eo extorta atq; erepta est. Translatè uero ponitur, cum incorporea extorquentur. Cic. Hunc mihi errorem dum uiuo, extorquere uolo.

Extorris,

Dicitur extra patriam eiectus, & exactus. In Verr. Act. 5. Extorrem urbe, domo, penatibus, foro, congressu æqualium. Hos nunc excommunicatos, quibus humanitatis iura, uicißitudinemq; officiorum uetamur exhibere.

Extricare.

Pullos propriè extricamus, tricis impeditos. sed ponitur pro expedire, conficere, uel liberare. Extricamus autem personam, rem uel locum. Et accusatiuum interdum cum ablatiuo & præpositione habet. Fam. 5.

Extrudere,

Est eijcere, uel expellere. Fam.7. *id quod etiã dicimus*

Exturbare,

Est expellere, uel per uim eijcere. cont. Rul. *Translatè ad* Qu. *Frat.*

Exulare,

Is propriè dicitur, qui uel pœnæ metu, uel lege coactus, solum uertit. Dicitur etiam Exulare, *qui patria quouis modo priuatus, & carens, mutato solo apud exteros agit.* Fam.4. *et* Exul *dicitur is, qui ui eiectus, aut exilio mulctatus est.* Pro *exule sæpe substantiuè ponitur eiectus.* pro Cluent. *Verbis autem si quibusdam iungitur hoc nomen, ut multis iungi potest, eleganter cum restituere, reuocare, uel reducere, uel redire ponitur.* In *quibus loquẽdi modis inest semper in integrum restitutio, id est, in pristinũ statũ.* Fam.12. *inde* Exiliũ *quod est proscriptio, uel exterminatio.* Dicũt aũt *Latini eijci, uel proijci, uel pelli in exiliũ, aut mulctari* Exilio: *aut ire, aut proficisci in exilium.* Quibus *cõtraria sunt,* Reduci *de exilio, uel redire ab exilio.* pro *Cecin.*

Exulceratus animus,

Id *est, læsus, irritatus, lacessitus.* pro Deiotaro.

Exultare,

Est *cum insolentiori animi & corporis interdũ impetu, impotentiaq; gestire.* Interdum *etiam sæuire, uel superbire*

perbire significat. Tusc.2. inde Exultantius. Plin. Et quasi exultantius scripsi.

Exurgere,

Propriè. Cic. Huc exurge, quæso, retinebo & complectar. Trãslatè, pro exoriri & caput extollere. Philip.13.

Exuuiæ,

Non solum hominum tegmina, aut uestes dicũtur, sed etiam animalium quorumlibet, ut exuuiæ bubulæ, uel serpentis. pro Leg. Man.

FAC EXISTIMES.



EL, Ita uelim existimes, ita te existimare uelim. Fam.1. & 4.

Facere,

Pro cõsentire. Hisq; loquendi modis utebantur antiqui, Mecum, tecũ facere, pro consentire. pro Cecin. aliquando Facere ponitur pro scribere, aut cõponere, ut Versus siue carmina facere. in Pisonem.

Facinus,

Multi sunt apud Latinos uoces, quæ et in bonã & malam partem capiũtur, ut insignis, nobilis. Etenim pro nominibus, quibus iunguntur, significationem nanciscũtur. Aliæ etiam sunt uoces, quæ & obscœnè et honestè sonãt. lege Cic. Epist. Fam. 9. Epistola autem sic incipit: Amo uerecũdiã. Facinus in bonã partem. Cic. Id facinus pulcherrimum

cherrimū arbitrarer. Facinus in malā partē. pro Cluēt. Facinus sceleris dicunt Latini, sicut crimen facinoris: de quo paulo pòst. in Verr. Act. 7. Adducere siue impellere ad facinus. uel Facinus facere, uel conficere. de Finib. 2. Facinus committere uel admittere. Fam. 3. Facinus suscipere. pro Cluent. Facinus obire. in Catil. Facinorosum, profligatum, perditū, nefarium, scelestū, uitiosum, nequam, proiectum hominem uocant Latini, qui uitijs & sceleribus deditus est. Scelesti & uitiosi alibi fit mentio. pro Cælio, & in Verr. Act. 5. exemplū habes. De perdito exemplū. Cic. Nihil est enim perditius his hominibus. De proiecto. pro Cluent. De nequam exemplum. Cicero: Quid enim turpius, aut nequius effœminato uiro? De nefario. Cic. Fam. 1.

Facultates,

In singulari numero generatim pro commoditate ponitur. in plurali pro copijs uel diuitijs sæpe poni solet. Offic. 1.

Facundus,

Est idem quod doctus uel elegans. Ouid. Non formosus erat, sed erat facundus Vlysses.

Fallere,

Pro eo quod est clàm esse, latere, quod etiam fugere dicimus. Fam. 5. Nisi quod me fallit, &c.

Fama

brescere.Fam.10. Famā peragrare. pro Mil. Peruadere.pro Leg.Man. Venire, uel peruenire.Fam. 9. Fama accipere, de Nat. Deor.2. Famam reprimere. Philip.11. Famam mori.Post red.in Senat.

Familiaris,

Idem quod amicus; & familiariter coniunctus. Cic. Erat enim mihi sane familiaris.inde Esse in familiaribus. Fam.6. Esse ex familiaribus. Fam.4. & Familiaritas. Cic. Nihil mihi eius est familiaritate iucundius. Inde dicimus Familiaritatem intercedere alicui cum aliquo.Fam.13. Inducere.Fam.7. Afferre.Cic.Cōsuetudo familiaritatem attulit. Ad familiaritatem applicare se.pro Cluent. Dare se in familiaritatem. Cic. Bene penitus in istius familiaritatem se dedit. In familiaritatē uenire.Fam.7. Intrare. ad Qu. Frat. Recipere. ad Qu.Frat. Familiaritatem consequi.Sallust.Quorum hic familiaritatem eximiam consecutus fuerat. Familiaritate deuincire. Fam.13. Vel implicare.Cic. Atque omnibus, qui nostris familiaritatibus implicantur, uehementer utilis,&c. Versari in familiaritate. pro Corn. Familiaritatem augere. Fam.13. Disiungere à familiaritate.Cic. In quo Cæsar fuit felicior: ipse enim Pompeiū à mea familiaritate disiunxit.

Fastidire,

Est fastidio affici,offensionem aut fastidium ad aliquā rem

rem trahere, uel cum fastu quodam contemnere. Apud antiquos genitiuum habet, frequentius tamen est cum accusatiuo, uel cum ablatiuo. pro Mil. inde Fastidiũ, *offensionem significat, scilicet uel cum satietate afficimur, uel antiqua molestia, quæ nos ad rem repudiandam, negligendam'ue impellat. Actiuæ uel paßiuæ significationis est, ut sit fastidium meum, quo ego alios fastidio.* Fastidium *uero mei, quod de me concipitur.* Fam. 2. & Fastidiosus, *quod actiuæ significationis est, diciturq́; qui rem fastidio habet, uel qui rem fastidit. Ac sine casu est, uel genitiuũ regit, uel accusatiuum cum præpositione* In. ad Heren. 4. & Fastidiosè. de Orat. 1. & 2.

Fauere,

Studere alicui, & benè uelle. Fam. 3. *Etsi non magis mihi faueo in nostra amicitia tuenda, quàm tibi, &c.* Fauere linguis, *pro tacere uel silere ponitur. Et hoc loquẽdi modo proprie utebantur antiqui in sacris, & rebus diuinis faciendis, cum scilicet silentium imperabatur, ut ad sacrorũ obseruationem omnes essent attentiores, nec strepitu, murmure ue sacer cultus interturbaretur. Vtebantur etiam hoc loquendi modo in recitandis fabulis, & comœdijs agendis, nimirum cum ille, cui primæ dabantur, coronam circumstantem silere, & attentiorem esse iubebat.* de Diuinat. 2. *inde* Fauor *nomen, quod tam actiuè quàm paßiuè capitur. Est enim noster in aliquem fauor, & alicuius in nos: significatq́; studium, gratiam, uel auram*

ram popularem. pro Rosc. Comœdo. & Fautor sæpe cum dignitate, honore, laude, gloria iungitur. ad Att. 4.

Fœcundus,

Feracem uel uberem significat, quod nomen uel proprium. de Senect. Vel translatum esse potest. in Brut. inde Fœcūditas. & propriæ est significationis, uel translatæ: & significat ubertatem, uel feracitatem. Propriè. Philip. 2. Translatè. de Orat. 2.

Felix,

Dicitur fortunatus, uel cui bene est. Et dicimus felicē ad rem aliquam, uel felicem à re aliqua. Philip. 2. Ad rem. pro Font. A re. in Bruto. inde Felicitas. pro Syll. & Feliciter. Philip. 5.

Feriari,

Verbum antiquum est, & rarum, sed eius participium nō ita est desitum. Est aūt Feriari, uacare: unde Feriatus, pro ocioso ponitur. Et dicitur aliquis feriatus, uel dies feriatus, id est, quo labore & opere supersedetur. Fam. 12.

Ferax,

Pro ubere, fœcundo, fertili, uel frugifero est. Propriè. in Verr. Act. 5. Translatè. Off. 3. inde Fertilis dicitur ager ferax, fœcundus, uber, uel fructuosus. Off. 1. & Fertilitas, quæ est ubertas, uel bonitas agrorum, fœcunditas, uel abundantia. Tuscul. 2.

Feriæ,

Feriæ,

Sunt dies festi, aut dies ociosi, dies cessationis ab opere. Et *dictæ sunt feriæ, à feriendis uictimis, uel ab epulis ferendis. in ijs enim epulæ fiebant.* Feriarum *aũt apud antiquos multa erant genera, quæ pollui dicebātur, si in his aliquod opus fieret.* Feriarum *publicarum quatuor genera erant. Statiuæ, uniuersi populi communes, quæ certis & constitutis diebus fiebant: in quibus præcipuè seruabantur* Agonalia, Carmentalia, Lupercalia. *Conceptiuæ, quæ quotannis à magistratibus, uel sacerdotibus concipiebant certos, siue incertos dies: ut sunt* Latinæ, *Sementinæ,* Paganalia, Compitalia. *Imperatiuæ, quas Cõsules uel pretores pro arbitrio indicebant.* Nundinæ, *paganorum erant ac rusticorum, quibus ad negotia & merces conueniebant.* Erant *præterea propriæ familiæ feriæ, quas quæq; familia ex usu domesticæ celebritatis obseruabat,* Claudiæ *feriæ, &* Aemiliæ. *Singulorum item feriæ erãt, ut* Natalium *dierum, quæ* Natalitiæ *dicuntur: & fulgurum, & funerũ expiationes.* Feriæ *quoq; aliæ legittimæ, aliæ indictæ erant. & indicebantur, cum supplicationes fiebant.* Off. 3.

Ferre in oculis,

Vel, Esse in oculis: modus est loquendi, quo ualde diligere, uel diligi significamus. Fam. 16. & Ferre pedem, *est accedere. & per metaphoram ponunt aliquando pro*

adesse,

adesse, id est, opem ferre. Vergilius: Ferte simul Fauniq; pedem.

Festinare,

Est properare, uel maturare: & tam ad corpus, quàm ad animum pertinet, uel ad aliud. etiam nonnunquã transfertur, habetq; alius uerbi infinitiuũ. Fam.12. *Translatè.* Philip.1. *Cũ infinito.* Fam.3. *inde* Festinus. *ad* Att.9. *&* Festinatio. Cic. *Habes epistolam plenam festinationis & pulueris.* *&* Festinanter. *ad* Att.3.

Festus,

Vix sine die ponitur, & idem est festus dies, quod feriæ. Dies igitur festi sunt, in quibus ab opere cessatur, quacunq; causa sint indicti, aut instituti. pro Cluent.

Fides,

Officium quoddam denotat, quod amico maxime, aut alij cuiuis præstitum, probitatis: negatum, contrà perfidiæ maleuoliq; animi documentum præbet. Fam.1. *&* 7. *inde* Fidem *præstare.* Cic. *Fidem quã potui, tibi præstiti.* *&* Fidem *habere, quod & actiuè & paßiuè ponitur.* Paßiuè. *Fam.*6. *Actiuè.* Fam.5. *Fidem adiungere.* Acad.2. *Fidem tribuere. pro* Sylla.

Fiducia,

Sæpius in bonum, quàm in malum capitur. Cic. *Si tutor fidem præstare debet, si socius, si cui mandatis, si qui fiduciam acceperit, debet etiam procurator.* *inde* Fidu-

ciam accipere. Boët. lib. 4. Com. in Top. Fiduciã accepisse dicitur, cuicunque res aliqua ea lege mancipatur, ut mancipanti aliquando remancipet. Veluti si quis tempus dubium timens, amico potentiori fundum mancipet, redituro cum tempus illud dubium præterierit: hæc mancipatio fiduciaria nominatur, idcirco quod restituẽdi fides interponitur. Fam. 7. Inde etiã Actio fiduciæ. Fiducia tamẽ aliquãdo simpliciter pro spe ponitur. Fam. 6. et. 11.

Firmamentum,

Pro præsidio. Cic. Sic ille annus duo firmamenta reip. per me unum constituta euertit.

Flagitium,

Nomen generale est ad omnia mala. & est uitium reprehensione & animaduersione dignum. Valla teste: Flagitium proprie in libidine, quasi flagris dignum crimen: sed pro cæteris quoque peccatis accipitur. nec tantum turpibus, uerum his etiam, quæ per negligẽtiam, imprudentiam, obliuionemq; cõmittuntur. Philip. 2. Flagitium esse, pro turpe esse. Terent. in Adelph. Flagitium facere. pro Rosc. Amer. Cõcipere, admittere, uel committere. pro Cluent. Flagitiũ suscipere. uide Dedecus suscipere. In flagitijs uersari, flagitijs inquinare. pro Rosc. Amer. In flagitio uolutari. et Ingurgitare se in flagitium. Cic. Quos utinam ita audires, ut erant audiendi, nunquam te in tot flagitia ingurgitasses. Flagitijs nobilitare. Terent. in Eunuch. inde Flagitiosus. in

Verr.

Verr. Act. 4. & Flagitiose. ad Att. 6.

Flectere,

Est diuertere, uel declinare. Et uel neutrũ est, uel transitiuum. Dicimus enim Flectere aliquò, uel, Flectere uiã, aut promontorium. ad Att. 5. Flectimus etiam, quem à re aliqua dehortamur, uel à cõsilio inito, uel suscepto abducimus. quãquam Flectere propriè sit torquere, uel detorquere. de Diuin. 1. Translatè. Philip. 1.

Flere,

Cic. Flebat uterq; non de suo supplicio, sed pater de filij morte, de patris filius. inde In fletũ adducere dicimus. Cic. Non queo reliqua scribere (tanta uis lachrymarum est) ne te in eundem fletum adducam.

Florere,

Propriè est arborum, sed eleganter ad res alias transfertur: dicimurq; re aliqua, uel in re aliqua florere, cũ in ea re summa sumus gloria. in Brut. Florere in. Fam. 1. Florere re aliqua. Fam. 2. inde Flos, pro re maximè præstanti. Philip. 11.

Fluctus,

Pro perturbatione ponitur. Cic. Nihil est, quod minùs fluctum ferre possit. Translatè. Cic. Et quidem cæteras tempestates & procellas in illis duntaxat fluctibus concionum semper putaui Miloni esse subeundas, quod semper pro bonis contra improbos senserat.

Foras dari,

Pro exire, uel edi. ad Att. 13.

Fortunæ,

Dicuntur bona, uel diuitiæ, uel rerum status. Philip. 12. *Per fortunas, locutio est opem alicuius omni prece implorantis.* ad Att. 3. *In fortunas inuadere.* Philip. 2. *& Fortunis euertere, deijcere, &c. quoq; dicimus.*

Forum,

Pro macello aliquando ponitur. pro Cluent. *Interdum est, in quo iudicia publica exercentur. & apud antiquos, qui peculiari nomine iudices uocabantur, in curias distributi, eorum iudicium fori appellatione intelligebatur. Aliquando pro ipsa iurisdictione ponitur, ut agere forum, id est, iudicia exercere.* contra Rull. *Forum attingere, pro subsellijs & causarum tractione.* Fam. 5. *Forum agere idem est, quod ius dicere, uel iurisdictionẽ exercere.* Fam. 3.

Fouere aliquem,

Pro retinere. Cic. *Puto per Pomponium fouendum tibi esse ipsum* Hortensium*: id est, retinendam tibi ipsius Hortensij gratiam, Posidonij subsidio.*

Fraudi esse,

Apud antiquos id significabat, quod uitio dari, unde aliqua pœna proueniret. antiqui enim fraudẽ, pœnã uocabãt. T. Liuius: *Ne cui fraudi esset secessio militũ, plebisq;.*

Fremere,

Propriè, interdum undarum & procellarum est, quæ tempestate sublatæ fremunt. unde Fremere à Latinis ponitur, pro uehementius commoueri, atq; id ferè non sine strepitu & tumultu, aut perspicuo indignationis signo. Tusc.5. Translatè. ad Att.2.

Frequentare,

Est interdum aliquid frequētius reddere, & quasi implere, uel coaceruare: ut, Distinguēda & frequentāda est omnis oratio luminibus uerborum. Vel: Sentinam urbis exhauriri, & Italiæ solitudinem frequentari posse arbitrabar. unde Frequētatus, Frequentatio, Frequentia, Frequēter est etiā uentitare, uel sæpius cū aliquo esse. Fam.5.

Fretus,

Idem quod confisus est, participium à Fruor. Fam.12.

Frigere,

Aliquando idem quod sordere, uel nullius precij esse, ut: Efflorescentib. modo paßim literis humanioribus, frigent Alexandri scripta. Aliquando eum frigere dicimus, qui remißior sit & fractior, & pro remittere de diligentia. Fam.11.

Fructus

Nunquam sine utilitatis, aut emolumenti specie est, siue in fruge, fœtu, partu: siue in delectatione, uoluptateq; positus sit. Propriè. ad Att.11. Translatè. Fam.2.

& 4. Fructum esse.Fam.16. Fructum ferre, interdum est fructum adferre, uel párere.Fam.1. & 9. Interdum fructum capere, aut præcipere. Fam.10. Fructum capere.Fam.1. & 11. Fructum percipere. Fam. 9. inde Fructuarius. et dicitur Fructuarium, quod fructum fert, uel cuius est fructus. Fam. 8. & Fructuosus proprie dicitur ager frugifer, uel prædiũ fructuosum, uel res rustica, aut aratio fructuosa. Propriè. Tusc.2. Trãslatè, pro utili. Off.2.

Frui,

Est potiri, uel fructum uoluptatemq; percipere. Valla lib.5.cap.5. Et ponitur tam paßiua significatione. Off. 1.& 2. Quàm deponenti. Tusc.3.

Fuga,

Interdum est ipse fugiendi actus: interdum est cursus, uel impetus. Et cum genitiuo nonnunquam ponitur, & tunc pro uitatione, uel declinatione ponitur. Philip.5. Fugam parare uel ornare. ad Att.7. Fugam quærere uel petere. Philip.5. In fugã conijcere. Conijcimus nos in fugam, uel alios, cum illos fugamus. pro Cælio. Cæs. de bell. Gall.2. Fugam facere, est alios fugare. Facimus etiam fugam, cum fugimus. Plaut. Vt si nostri fugam facerent, illuc me, puto, reciperem. In fugam uertere. Cæs. de bell. Afr.5. In fugam dare, alios uel nos ipsos. Cæs. de b ll Gall.4. in Verr. Act.6. Fugæ se dare uel mandare. Cic. Ne me dem incertæ & periculosæ fugæ. Cæsar:

Reliqui

Reliqui sese fugæ mandarunt. In *fugam se cōferre.* pro Cecin. *Fugam intercludere.* ad Att.7.

Fugare,

In fugam conijcere, fugam facere. Off.2.

Fugere,

Significat in fugam se conijcere. & nunquam in hac significatione accusatiuum habet, sed ponitur cum præpositione A *uel* E. Fam.10. *Aliquando* Fugere *pro uitare, habetq; accusatiuum uel ablatiuum cum præpositione* A. Off.1. *inde* Fugax, *& poma fugacia. &* Literæ *fugientes dicuntur exolescentes, quæ uetustati cedunt: quod fit, cum membranæ præpingues, aut situ cōfectæ & exesæ literas non retinent: & dicuntur per metaphoram fugientes, quasi ab aspectu nostro sese remouentes. Dicitur etiam* Fugax, *quod in integro nō diu manet, uel quod tenorem suum non diu seruat. Ponitur etiam pro maxime ueloci & celeri.* Fam.10.

Fugere,

Extra uulgarem significationem, quæ est uitare, elegantem aliam habet. dicimus enim, Hoc me fugit, Hoc te fugit: *id est, hoc nescio, uel hoc tu nescis. Sed id tamen per translationem. ut enim quæ nos fugimus, uel quæ nos fugiunt, à nobis remota uidentur: ita quorum memoriā seruamus, uel quæ memoria complectimur, ea nobis proxima uel cum nobis perpetuo esse existimantur.* Fam.4.

Fugitiuus,

Propriè dicitur seruus, qui à domino fugit. Tusc. 5. Fugitiui reprehendi dicuntur, cũ à fuga retrahuntur. Cic. uocat Retractos. Et qui fugitiuos repræhendebant, & id profitebantur ut artificium, ut scilicet fugitiuos inuestigatos reducerent, Fugitiuarij apud antiquos dicebantur. Et dicitur Fugitiuarius ea forma, qua thynnarius, uel thũnarius, id est, qui è litore editiore thynnos (thynni pisces sunt prægrandes) speculari solet: uel ut anataria quædam aquila apud Plinium, id est, anatum insectatrix: uel leporaria, à necandis leporibus & anatibus indito nomine. Piratæ etiam hodie fugitiuarijs canibus utuntur ad repræhensionem remigum uinctorum, qui ad scalmum hærentes aufugerunt, ut misera illa seruitute, uel cruce potius perpetua liberentur.

Fundere.

Dicimus Fundere uersus, orationem: id est, felici quadam cõponendi promptitudine, atq; celeritate, quasi uersus proijcere. Translatum est autem uerbum. nam metalla propriè Fusa, id est, liquefacta dicũtur. Sed quoniam quæ fusa ac liquida sunt, spargi sua natura solent, fit ut Fundere pro spargere, & largiter uel abundanter præbere, loqui, componereq; ponatur. Tusc. 1.

Furari,

Est clàm de medio remouere, uel bonis alienis manus inferre.

inferre. Off. 2. inde Fur. & teste Nonio, fures significationem habent à furuo, quod Romani ueteres atrũ appellauerunt. Et quia per obscuras atq; atras noctes opportuna sit eius mali facultas, eo dictos fures testatur Varro. Furem alij à fero deriuari scribunt, quod ferat, id est, auferat res alienas. inde Furax. in Pison. et Furtũ, quod antiqui dicebant, quicquid clàm factum esset. Fam. 16. Furtum facere. ad Att. 6. Furtiuus, quod furtim fit, aut clàm. uel Furtiuũ est, quod furto est raptum. in Pison. Furaciter. Cic. in Vatin. Furtim. Fam. 16.

GARRIRE,



EST auium: sed translatè positũ, inaniter est loqui, & quicquid in buccam cadit, nullo iudicio effutire. ad Att. 6.

Gaudere.

Cic. Quamobrem ualde iubeo gaudere te. item Gaudere cũ accusatiuo. Fam. 15. Gaudere in gaudium. Fam. 8. Gaudere cum ablatiuo. Fam. 12. Gaudere in sinu. Tusc. 3. Gaudere secum. Terent. in Hecyr. Gaudere immortaliter. ad Qu. Frat. Gaudere sibi. Nobis propriè gaudemus, alijs gratulamur. Fam. 6. inde Gaudium. Cic. Nec sum ita stultus, ut te usura falsi gaudij frui uelim. Inde dicimus Gaudio efferri. Fam. 10. Exilire. Fam. 16. Exultare. ad Att. 6. Triumphare. pro Cluent. Desipere. Fam. 2.

Cumulare,uel gaudio cumulari.ad Att.8.Fam.9. Duplicare.Fam.16. Erumpere.Terēt. Num quis hic eſt? nemo eſt. num quis hinc me ſequitur? nemo homo eſt. iám ne erumpere hoc licet mihi gaudiū? Contaminare, Terent. Ne hoc gaudium cōtaminet uita ægritudine aliqua.

Gaza,

Significat opes, & quicquid generatim poſsidetur. Off.2.& eſt uox perſica,teſte Mela,& Curtio.

Gemere.

Cic.Eandem uirtutem iſtam,ueniet tempus,cum grauiter gemes. Dicimus etiam, In gemitu uerſari. Cic. Verſor autem in gemitu Italiæ, & in urbis miſerrimis querelis.

Geminare,

Eſt duplicare.de Nat.Deor.2. inde Geminatio.de Orat.3. & Geminus, qui dicitur duplex, uel ſimilis. Dicuntur uero gemini,qui uno partu,& uno die naſcuntur,etiam ſi tres uel quatuor uel plures naſcerentur. pro Cluent.& in Piſon.

Gentiles,

Sunt,qui inter ſe eodem nomine ſunt.Cic.in Topicis.

Geſtire,

Eſt lætitiam præ ſe ferre,uel lætitiā ipſam aliquo corporis motu & ſigno indicare. Interdum etiam pro uehementer cupere ponitur. Nūquā ferè abſolutè ponitur, ſed

ſemper

semper ablatiuo, aut cum uerbo iungitur. Fam. 6.

Gignere.

Est generare uel procreare, propriè. Offic.1. Translatè. Cic. Tum opiniones ueræ, firmæq; gignuntur.

Gloria,

Propriè est cōstans & cōfirmata de aliquo opinio & fama, sed cum laude & existimatione singulari. Tusc.3. Et paßiuè ꝑpetuo apud Latinos sumitur gloria. Fam.5. Inde dicimus Gloriæ stimlus. pro Arch. Poëta. Gloriæ æstus. in Brut. Cursus ad gloriā. Fam.10. Iter gloriæ. Cic. Illud magis uereor, ne ignorans uerum iter gloriæ, gloriosum putes: plus te unum posse, quàm omnes. Gloriæ insignia. Fam.10. Gloriæ umbra. Cic. Et omnes umbras etiam falsæ gloriæ consectari, &c. Gloriæ seges & materia. pro Milon. Gloriæ nasci. pro Sest. Gloriam appetere, uel expetere. Fam.15. Gloriæ auidus. Fam.9. Gloria ustus. Fam.15. Gloriæ expers. Cic. Expers esse debet gloriæ eius imperatoris atq; exercitus, &c. Gloriam quærere. ad Qu. Frat. Acquirere. Fam.13. Párere. ad Qu. Frat. Nasci. Fam.15. Dare. In Pison. Gloriæ esse. Fam.5. Gloriæ ducere. Cic. in Sall. Ponere in gloria. Philip.11. Gloriam in se transmouere. Terent. in Eunuch. Cōparare. Off.2. Adipisci. pro Mur. Consequi. Fam.2. Gloria afficere. Cic. Magna me affeceris nō modo lætitia, sed etiā quodammodo gloria. In gloriam uenire. ad Att.2. Capere

pere gloriam.de Amic. *Gloria circumfluere.ad Att.2.* *Esse gloria,pro gloria circumfluere.ad Att.2.* *Florere gloria.de Orat.1.* *Præstare.Off.1.* *Gloriã alere.in Brut.* *Tenere.Cic.Hodie hanc gloriam, atq; hoc orbis terræ imperium teneremus.* *Retinere.Fam.7.* *Gloriæ seruire.Cic.in Catil.* *Gloriã augere.Fam.12.* *Amplificare.Acad.4.* *Multiplicare.Cic.Si diem nobis Clodius dixerit, tota Italia concurret, ut multiplicata gloria discedamus.* *Duplicare.pro Dom.sua.* *Minuere,uel imminuere.Fam.10.* *Infringere.pro Mil.* *Cadere. Ibidem.* *Refrenare,uel reuocare à gloria.pro Cælio.* *Abijcere.de Orat.2.* *inde Gloriosus: quod et in bonam & malam partem capitur.Et est interdum laude & gloria dignus,uel plenus,ut gloriosa uictoria.Fam.13.* *Aliquando ostentationis est: & dicitur Gloriosus,qui se insolenter iactat, aut inaniter alterius laudatione effertur, ut miles Terentianus.*

Gnarus,

Appellatur peritus & sciens.pro Sestio.

Gradiri,

Est gradum facere, ambulare, uel ire: à quo fiunt Ingredi,aggredi,progredi,egredi, digredi,regredi, cõgredi. Tusc.1. *Gradus etiam interdum sunt, quibus in aliquem locum descendimus.Fam.6.* *Interdum pro pedũ gradientium uicißitudine ponũtur.de Orat.2.* *Translatè*

lare pro existimatione, & honoris loco, uel sede, uel uia est. Fam. 6. Gradum iacere, uel facere. cont. Rull.

Ascēdere gradum, uel ad gradum. Off. 2. Gradum assequi, uel ad gradum peruenire. Fam. 10. Locare uel collocare, uel ponere in gradū. pro Mur. Gradum tenere uel obtinere. Fam. 1. de Gradu deijcere, uel de gradu dimouere. Off. 1. & Gressus. Off. 1. & Gradatio, quæ est quædā exornatio Rhetorica. ad Heren. 4. & aduerb. Gradatim. Fam. 9.

Grandis,

Dicitur magnus, celsus, elatus, prouectus: pertinet autem tam ad personas, quàm ad res. Et cum ad personā refertur, de ætate prouectiore intelligitur, uel de elatiore dicendi, scribendi, loquendiue genere. in Verr. Act. 7. & in Bruto. Ad res accōmodatum. pro Flac. inde Granditas, pro magnitudine. in Brut.

Gratia,

Aliquando autoritatem significat. inde Gratiosus, id est, qui multum autoritate potest. Aliquādo pro beneficijs remunerandis, unde gratus uel ingratus. Aliquādo concordiam designare uidetur. Fam. 8. Gratia autē licet fauoris sit plenum nomen, & studij singularis, tamen in malum aliquando conuertitur, malo cōiunctum adiectiuo, & pro offensione ponitur. in Pisonem. inde Gratiam alicuius sequi, quod est alicuius amicitiam ambitiosius

tiosius captare, uel ambire. Cæsar: *In Cæsarem respiciãt, atque eius gratiam sequantur.* Respicere in gratiam. pro Rab. Posth. Gratiam tenere, pro esse in gratia. ad Qu. Frat. Esse in gratia. Fam. 1. Gratiã retinere. Cic. *Vides enim in quo cursu simus, & quam omnes gratias non modo retinendas, uerum etiam inquirendas putemus.* Et absolutè. Cic. *Qui hos, quos fauẽdo in communi causa retinere potuerunt, in uidendo abalienarunt.* Gratia etiã pro gradu quodã autoritatis, plausu uel fauore cõfecto, semperq; passiuè ponitur. Fam. 2. Inde dicimus, Causa gratiæ, id est, ut gratia ineatur. in Brut. Causa gratiæ, cum est officium cõferentis. in Verr. Act. 5. Gratia ineptum, id est, minus plausibile. ad Att. 9. Gratiã aucupari. Fam. 5. Quærere. Cic. *Tãtumq; abest, ut aliquã bonã gratiã mihi quæsisse uidear, &c.* Colligere. ad Qu. Frat. Acquirere. ad Att. 1. Afferre. pro Mur. Parere. Cic. *Præsertim cũ hæc eadẽ res plurimas gratias, firmissimas amicitias, maxima studia pariat.* Cõsequi. de Orat. 1. Esse in gratia. ad Att. 5. Gratia excipere. Fam. 1. Gratiam extinguere, id est, minuere. Fam. 1. Gratiæ debilitas. Fam. 6. Effundere gratiã. Fam. 2. Gratiam inire, pro gratificari. *Sed quando ita natura comparatum est, ut qui rem nobis gratam faciant, in eos uoluntate simus propensiore: nõ rarum est, ut gratificando apud nos gratiosi sint.* Fam. 3. Inire gratiam cum aliquo, uel apud aliquem. ad Att. 7. Gratiam inire

re, sine præpositione positũ. Off. 1. Gratia rei alicuius, uel gratia mea. Gratia enim apud antiquos pro causa ponebatur. Vnde fluxerũt hæ locutiones, Animi gratia, ludi gratia, Mea gratia, pro mea uel tua causa, uel animi recreandi causa. Cũ enim dicimus, Animi gratia, subticetur Reficiendi uel recreandi: duplicemq; habet significationem. aliquando enim sic loquimur: Ruri totum hunc mensem animi gratia traducam, id est, uel animi relaxandi, uel recreandi nomine & causa. Aliquando etiam sic: Animi gratia dicebam, quæ longè secus atq; sperabã accepit, id est, iocosè dicebam, quæ illi stomachum contrà quàm putabã fecerunt. Plaut. Mitte hunc mea gratia. Dicimus etiã Gratiam habere. & qui habet apud se gratiam, nondum retulit, ut inquit Donatus: retulit, qui destitit habere. Habere igitur gratiam, in animo est, cũ memorem accepti beneficij mentem animumq; habemus, & inuicem gratificandi uoluntatem. Agere uero gratias, est uerbo: quod quidam barbare dicunt, Regratior. Referre uero gratiam, est facto, & re ipsa: ut si tu à me subleuatus aut pecunia, aut patrocinio, aut manu, alio'ue præsidio, uicißim me aliquo modo subleuaris, gratiam retulisti. Referre quoq; gratiã, licet sæpius in bonam partem capiatur, maleficium aliquando reddere significat. Cic. in Sallust. Scribit uerò Valla, Referre gratiam esse aliquando etiam uerbo, nõ solum facto. Sed multum tamen differt ab illo Agere gratiã, quo tantum innuitur confeßio accipientis beneficium. Qui uero

ro refert gratiam, reddit beneficium, siue facto, siue dicto, quoniam dicendo nonnunquam prosumus æque atq; faciendo. Fam. 10. Vides igitur Respondere officijs, et satisfacere beneficijs, esse gratiã referre. Cæterũ frequentius dicimus, Refero gratiam, quàm Habeo gratias. Item frequentius Habeo gratiam, quàm Ago gratiã. Vix enim audimus, ago gratiam, sed gratias. et raro Refero gratias, sed gratiã. inde dicimus, Gratiã debere. Cic. Scribit enim ipse mihi, te sibi gratias debere. Gratiam cupere. Fam. 1. Gratiæ apponere. Terent. Ego Carine neutiquam officium esse liberi puto, cum is nihil promereat, postulare id gratiæ apponi, id est, deberi sibi quẽquam uelle, uel sibi gratiam merere, uel addi in gratiam suam postulare. Gratiã habere. Fam. 5. Gratias agere. Fam. 1. Gratiarum actio. Fam. 10. Gratiã referre. Fam. 13. Gratiam persoluere. Cic. Qui sancti? qui religionũ colentes? nisi qui meritam dijs immortalibus gratiam iustis honoribus, & memori mente persoluunt? Grates agere. Cic. Et grates tibi, inquit, ago summe sol, uobisq; reliqui cœlites. Et si sit poëticum. Gratiam exulcerare. de Clar. Orat. Gratiam cõponere inter aliquos. Terent. Neq; alio pacto componi potest inter eas gratia. Reconciliare. Fam. 5. Reducere in gratiam. Cic. Quibus subscripsit, reges à se in gratiam esse reductos. Restituere. ad Att. 1. Redire. Fam. 1. Reditus. Fam. 3.

Gratifi-

Gratificari

Aliquando cum datiuo solo. Off.1. Aliquando cum datiuo & accusatiuo. Fam.1. Aliquando cum solo accusatiuo. Sallust. Peruersam gratiam gratificans.

Gratiosus,

Pro gratia potẽs, qui etiã Popularis dicitur. Fam.1. et 5.

Gratis,

Aduerbium, sine præmio dicitur. ad Qu. Frat. Inde etiam fit Gratuitum, id est, quod gratis datur, & sine præmio. de Leg.1. unde fit, ut Gratis scelus aliquod uel facinus suscipi dicamus: id est, suá sponte, aut nulla spe præmij & fructus, uel alia causa ad id faciendum sollicitante.

Gratulari.

Dicimus Gratulor tibi, sine alio casu, uel Gratulor tibi hanc rem, Gratulor tibi hac re, & de hac re. Gratulor cũ datiuo. Fam.2. Gratulari sibi. Fam.3. Gratulari cũ datiuo & accusatiuo. Philip.2. Vel cũ ablatiuo. Fam. 8. Gratulari de. Fam.4. Gratulari pro. Cic. Tum pro opportunitate temporis gratulor, etc. Gratulari, pro gratias agere, Terent. in Heaut. inde Gratulatio. Cic. Præsertim cum tanta res esset, tantæ gratulationes de te. Dicimus etiam Gratulationem facere. Fam.11. Decernere. in Catil. orat. ult. Significare. ad Att.4. Habere. pro Mil. Gratulatione florere. pro Sest. Gratulationem efferuescere. Fam.9.

Gratus,

Est & quem hilariter accipimus, quiq; nobis est iucũdus. Est etiam, qui gratiam pro beneficio refert, uel certè beneficij accepti memoriam præstat. Fam.1.& 5. *Dicimus quoq;* Gratũ. Cic. *Id si correxeris, ualde mihi gratum erit. inde Gratum in uulgus.* Cic. *Quod egregiè non modo his, qui utuntur opera, sed etiam in uulgus gratum esse sentimus. Gratum facere.* Fam.2.& 7.

Grauari.

Cic. *Ego uerò non grauarer, si mihi ipse considerem. inde* Grauatè. Cic. *Grauatè ille primo.* & Graue. Cic. Velim, *si tibi graue non erit, certiorem me facias. inde Graue in populum.* pro C.Balbo. *Dicimus quoq; Grauem aduersarium, id est, potentem: Grauem causam, id est, difficilem, uel multi laboris: Graue imperium, pro inuiso, &c.* Fam.13.

HABERE.



IC. *Adhuc non habeo, quod te accusem.* Et cum *infinitiuo alius uerbi.* Famil.1. *Vel cum adiectiuo, ut,* Habere *notum, cognitum, expertum, compertum, perspectum, exploratum, spectatum, persuasum, iudicatum, certum, animo comprehensum, omnes artis alicuius notos et tractatos locos, dubiũ, ambiguum, anceps, incertum, suspensum, ignotum, incognitum*

gnitum, simultates susceptas cum aliquo, paratum, quid quaq; de re dicas, cumulatum, acceptum ab aliquo, positam spem in aliquo: infestũ mare, id est, mari infesto uti. Habere domitas libidines, absolutum pro absoluisse, distributũ tempus in partes aliquot, aliquid notatum atq; descriptum, subductum, collectũ, deuinctum, obstrictum, dictum, necessitudinem constitutam cum aliquo, addictam fidem alteri, institutũ aliquid, sollicitum, anxium, miserũ, calamitosum, afflictum, inimicũ aliquem, iunctam sapientiam eloquentiæ, communem rem cum aliquo, charũ, conciliatum, conductum, confusum, commendatum, explicatum, implicatum consuetudine, intimum. Habere missum pro missum facere. Habere occupatum animum in re aliqua. Habere parem, participem. Habere aliquem studiosum sui, & indictum bellum alicui. Cũ his exemplis iungi possunt pronomina, ut habere se bellè, malè, melius, deterius. uel Res sic habet, uel Res quomodo habeat se, diutius nescire non possum. Item cum substantiuo positũ hoc uerbum, nonnunquam significatione actiua est, nonnunquam uero passiua. Cic. Aduentus eius in Syriam primus æquitatis habuit interitum, id est, interitum intulit. Habere dicimus atrocitatem, suspicionem, iactationem, repræhensionem, admirationem, grauitatem, animũ, spem, inuidiam, idq; passiuè: progressus, uoluntatem, necessitatem, religionem, scelus, felicitatem, opinionem, altercationem, querelam, quæstionem, orationem, uerba, turpitudi-

nem, iniquitatem, difficultatem, necessitudinem. Habere in animo, in ore, rationem, modum, negotium, onus, dolorem, quartanam, febrem, quæstui, receptũ, recordationẽ, respectum, requietem, rem, scholas, scientiam, sedem, sensum, socium, studia, tempus, uacationem, uigilias, uim, uoluptatem, usum, satis, perfugium, odium, moram, mutationem, maturitatem, memoriam, mercatum, libidinem, lætitiam, laudem, leuationem, ludibrio, iudicium, iracundiam, inimicitias, impunitatem, honorem, gratulationem, gratiam, fidem, facultatem: factionem, pro potestatem faciendi: expectationem, exitum, excusationem, excogitationẽ, æs alienum, emißionem, effugium, dubitationem, dominationem, disputationem, dißimilitudinem, discrimen, deliberationem, delectum, delectationem, copiam, comitia, colloquia, commendationem, conditionem, cognitionem, cognationem, cautionem, autoritatem, artificium, argumentum: aspectum deformem habere, id est, sine deformitate spectari non posse. Habere aditum, apparatum, acerbitatem, acumen, actionem, fabricationem. Exempla paßim obuia sunt. Item Habere præpositiones admittit. Cic. Habes ad omnia. Habere in delicijs: aliquem in consilio, id est, alicuius uti consilio. Habere in decemuiris, in præfectis, amicã in uxoris loco, in manibus, in matrimonio, in numero necessariorũ, in nominibus, in potestate, in promptu, in numerato, relictas rationes pro latis, pro derelicto, pro certo, pro explorato, pro uxore: extra catenas, id

est,

est, aliquem dimittere: ad manum, in intimis. Item ponitur pro existimare, uel iudicare. Actiuè præpositionē habet In, uel Pro, *& accusatiuum recipit, & absolutum est. de* Nat. Deor. 2. *Passiuè. in* Brut. *&* Habere *aliquando audientis est, uel cum ab aliquo rescribitur literas accipientis.*Cic.*Breui tamen sic habeto.* Habere *ad. ad* Att. 6. *Interdum Latinis pro uidere. Fam. 10. Te aliquanto antè, ut spero, habebimus. Interdum aliquem dicimus* Habere *in manibus, qui nobis inprimis iucūdus & charus est. Fam. 1. Dicimur quoq; epistolam in manibus habere, quæ tabellarium præstolatur & expectat, id est, quam antè scriptam adhuc seruamus, tabellarij inopia uel expectatione. ad* Qu. *Frat. Interdum ponitur pro legere. ad* Att. 7.

Habitare,

Est colere uel incolere, aut domicilium habere: quod Grammatici frequentatiuum esse uolunt. ab ædium permansione dictum, quas propriè habitamus. Præpositionem In *admittit, uel* Apud: *ut,* Habitare *in urbe, habitare apud aliquem.* Fam. 7. & 9. Habitare *decem milibus. pro Cælio.* Habitare *laxè & magnificè. pro* Dom. *sua. Translatè id ferè est, quod uersari, uel frequentem & crebrum esse. Dicimus habitare in oculis. ad* Att. 4. Habitaui *in oculis, id est, feci ut me semper uidere possint.* Habitare *in uultu.* Philip. 12. *id est, quorum uultu contemplando oculos nunquam dimoueo, uel deijcio.* Habi-

tare in foro. pro Mur. id est, in forensi commentatione & exercitatione assiduum esse. Habitare in rostris, *in Brut. id est, suam dicendi uim, & eloquentiæ facultatē in rostris exercere.* inde Habitator. de Nat. Deor. 2. & Habitatio. Fam. 13. & Habitabilis. Tusc. 1.

Hæresis.

Opinionem firmatā de aliquo dogmate significat, quales sunt quæ sectæ dicuntur. Cic in Præfat. Parad.

Hallucinari,

Aberrare, & non consistere, atque dissolui: obstupefieri, atq; tardari honestè ueteres dixerunt, Varrone *teste.* Hallucinari *aliter nonnulli interpretantur, proprieq; ad oculos referunt, esseq; dicunt idem, quod in contuendo & conspiciendo errare & falli, dum alterum pro altero capimus. ad* Att. 16. Hallucinari *aliquid. de* Nat. Deor. 1.

Hebescere.

Hebescit *propriè gladij acies, cum saxo illisa retunditur. Trāslatè, quicquid remissius fit, et tardius, ac lentius, quodq; acumine amisso uidetur obtusius.* Cic. *Mentis acies, seipsam intuens, nonnunquam hebescit.*

Hebetare,

Est retundere, uel obscurare: quod aliquando neutrū est, & ponitur pro hebescere. ad Att. 4. *inde* Hebes *propriè dicitur gladius, cuius acies hebetata est & retusa, cui opponitur acutus gladius. Trāslatè dicitur* Hebes,

quicquid

quicquid obtuſum eſt. tardum autē rude, ut homo hebeti ingenio, uel memoria, id eſt, ingenio non acuto, ſed tardo, aut memoria non prompta. Fam. 8.

Heri.

Ad Att. 6. *Heri aliquot adoleſcentuli coimus in Piræeum.* inde Heſternus. in Catil. *Pateſeci in ſenatu heſter na die.*

Hilaris.

Terent. *Ita uti decet, hilarem ac lubentem fac te in na ti nuptijs.* inde Hilaritas. Fam. 7. & Hilarè. Cic. *Quis unquam res, præter hunc tragicas penè comicè: tri ſtes remiſſè: ſerias hilarè?*

Hiſtoria,

Nihil aliud eſt, quàm annalium confectio, cōmemoratioq; rerum geſtarum, temporum & locorum. Fam. 5. *inde hiſtoricus eſt, qui hiſtoriam conficit, ſcilicet rerū explicator & propagator.* pro Mur.

Hodie,

Simpliciter uſurpatur, pro hoc die. Philip. 14. *Vel pro hac ætate & tempore.* Fam. 9. inde Hodiernus *dies.* Philip. 4.

Homo à ſe ortus.

Id eſt, nouus. Cic. *Quid enim non debeo uobis Quir. quem uos à ſe ortum, hominibus nobiliſsimis omnibus honoribus prætuliſtis?*

Honestus,

Pro honorato. Fam. 11. inde Honestus dies: quod passiuè magis, quàm actiuè poni uidetur. Fam. 1. Honestus in uulgari significatione. Off. 2.

Honestare,

Cic. Nec domo dominus, sed domino domus honestanda est. inde Honestè, quod est sine ulla officij prætermissi accusatione, aut reprehensione. Off. 3. Honestus, quod interdum rerum est: & tunc pro decoro, & quadã uirtutis norma ponitur. Off. 1. & 3. Interdum personarum est, sicq; pro dignitate & laude ponitur. Philip. 7.

Honor,

Honores sæpe uel pro magistratibus, uel officijs publicis à Latinis ponũtur. Dicimus enim Honorum cursus. Fam. 3. & Gradus. Cic. Etenim honorum gradus summis hominibus, & infimis sunt pares, gloriæ dispares. Honorẽ affectare. Sallust. in Iugurth. Honores petere. Fam. 4. Ad honores obrepere. pro Planc. Ascẽdere. in Bruto. Honores assequi. ad Quir. post. red. Deferre. in Pison. Mãdare. in Pison. Ad honorẽ euocare. Cæs. de bell. Gall. 7. Honorẽ administrare. Cic. Incredibili sum lætitia affectus, cũ id mihi nunciatũ est, eũq; honorem tibi deos fortunare uolo, à teq;, uel ex tua, maiorũq; dignitate administrari. Honoribus fungi. Liuius, ab Vrb. 4. Honoribus uti. pro Flac. Honore florere. ad

re.ad Brut. Honores missas facere.pro Sest. Honor, cum in priuato consistit. Cic.Hæc una est uia,mihi credite,& laudis,& honoris,& dignitatis. Dicimus etiã, Honoris mei causa.Fam.13. Honoris causa dicimus,cũ honorẽ à se alicui deferri designamus.Philip.2.. Ascendere in honorẽ.in Brut. Honorẽ cõsequi.Fam.10. Honoribus procedere.in Brut. Abundare.Fam.10. Honore afficere.pro Deiot. Honorẽ facere.Philip.9. Honoribus decorare.de Orat.1. Adducere in honorẽ.Fam.7. Esse honori.Off.2. Habere honori.Sall.in Iugurth. Habere in honore.ad Att.7. Honores instituere. Sall. Aliiq; illis domi honores instituti. Honorẽ cõstituere. ad Qu.Frat. Exquirere.Philip.4. Honores decernere.ad Brut. Honorẽ deferre.Fam.10. Tribuere. Fam.15. Habere. Fam.13. Habere honorem in alia significatione.Fam.16. In honore habere. ad Att.7. Honoribus ornare.Fam.10. Honore augere.ad Att.7. Honores adhibere. de Natur.Deor.1. Honore offundere.ad Brut. In aliquẽ confluere.de Inuent.1. Recipere.ad Att.9. Esse in honore.in Brut. Honori fauere.Cic. Gauderem,& honori tuo fauerem. Honori inseruire.Fam.3. Honori uelificari. Hoc uerbum Cic. (ut pleraque alia solet, quæ mari conueniunt, in res alias transferre) ad honorem traductum uoluit.Est autẽ propriè uelificari,uela facere,id est,cursum plenis uelis tenere,uel nauem ipsam uentis opportunè atq; idoneè flanti-

bus permittere. Sic honori uelificari, erit in honorē quærendum totis uiribus incumbere. Cont. Rull. Honorem *minuere. ad Qu. Frat.* Honorem *depeculari. uide* Famam. Honore *priuare. Cic. Vt cæteri turpi iudicio damnati, in perpetuum omni honore ac dignitate priuentur, &c.* Honorē *præfari, dicimus cum aliquid obscœnum dicturi sumus, uel parte ex aliqua cuiusquā autoritatem oppugnaturi, cuius animū neq; à nobis offendi, neq; abalienari uelimus. Fam. 9.*

Honorare,

Honore afficere est, siue honorē habere. Cic. Amphiaraum autem sic honorauit fama Græciæ, deus ut haberetur, &c. inde Honoratus. *Idq; mihi interesse uidetur inter* Honorare *et* Honestare, *quod* Honorare *sit honorē habere:* Honestare *uero, honorē adferre, id est, honoratū reddere. Sed dicitur* Honoratus, *qui in honore est. Fam. 9. Hinc etiā* Honorariū, *quod (ut inquit Budæus) donum erat illud aduentitiū, quod cōsulibus olim in prouincias aduenietibus honoris loco dabatur: qualia hodie principibus suas primum urbes ingressis porrigi, ueluti bene ominandi gratia solent.* Honorariū *ob id dictum, quod honoris causa dabatur, non tanquam debitum exigebatur. in Pison. inde* Honorarium *dictum, id quod à* Decurionibus *pro curiæ introitu dari solitum est. Plin. ad Traian. &* Honorariam *operā dicimus, quæ nobis ab amicis honoris causa præstatur, pro A. Cecin. &* Honorificus

est,

est, qui honorem habet. Fam. 2. *Nam & in me honorificus consul fuit, & suauis amicus.* & Honorificè. Philip. 7. Honorificentissimè, *quod est uehementer honorificè.* Neq; *solum aduerbialiter positũ reperitur, sed etiam in comparatiuo gradu aliquando nomen est.* Fam. 4. 5. 6. 7. & *ad* Att. 1.

Hora.

Horæ sunt diei partes, & certa distincta spacia. Philip. 2. Horas. Cic. *posuit pro diebus. in* Verr. Act. 2. *Horam consumere, est horam terere, ut consumere tempus, diem, ocium, ætatem.* Horam abire, *est uel horam teri, uel occasionem & opportunitatẽ amitti.* inde Horologium, *quod est quicquid horas quouis modo indicat, siue solarium, siue alia ratione horas significet.* Fam. 16. Plin. *libri* 7. *cap.* 9.

Hortari,

A Monere differt, eo quidẽ modo, quo amare à diligere. Alterum enim uehementioris, & præsentioris significtai est. Monere *itaq; lenius est,* Hortari *uero grauius & uehementius.* Et *in altero tantum est officium & diligentia, in altero quædam etiam uidetur esse autoritas, & consilium instans.* Cum accusatiuo. Fam. 5. cum Ad. *ad* Att. 7. *Aliquid hortari, id est, suadere: uel cum duplici accusatiuo. ad* Att. 7. & *ad* Qu. Frat. cũ De. Fam. 4. Hortator. Philip. 11. Hortatio, cohortatio. Fam. 9.

Hospes,

Dicitur is, apud quem alius diuersatur, & qui ipse diuersatur apud alium. pro Deiot. Fam. 9. *Hospita. ad Att. 5. Hospitis etiam est neutrum nomen in plurali, ut hospita æquora, hospita flumina.* Verg. *Pauca tibi è multis, quo tutior hospita lustres Aequora. & Seruius interpretatur, uicina. nihil enim nobis hospitio uicinius esse constat. Legitur & in neutro genere, Inhospita tecta: scilicet, in quibus non sit tutum habitare, uel in quibus nemo habitare poßit. Ouid. Inhospita tecta tyranni* Ingredior. *inde* Hospitalis, & Hospitalitas. & Hospitalis *ponitur pro liberali, & facili ad recipiẽdum hospites hospitio: uel est ad hospitium pertinens, sicq; tam in persona, quàm extra personã est. ad* Quint. Frat. Off. 2. Hospitalia *in plurali numero, genere neutro ponit* Vitruuius lib. 6. *pro ædibus, qui hospitibus recipiendis destinatæ erãt.* & Hospitalitas, *est amicitia hospitio cõtracta: uel liberalitas, & quædam animi propensio in hospitibus recipiendis.* Off. 2. *Inhospitalitas.* Tusc. 4.

Hospitium.

Non semper pro loco ponitur, ubi diuersamur, sed interdũ pro cõsuetudine hospitali accipitur. Pro loco, Hospitiũ *domus est, quæ gratis liberaliterq; uenienti hospiti patet.* Fam. 9. *Pro cõsuetudine hospitali.* In Verr. Act. 4. *Antiqui igitur instituti fuisse disces, ut hospicij neceßitudo nõ modo inter priuatos, sed etiã inter populos cõtraheretur.*

heretur, neq; id quidē modò, sed etiā inter singulos, priuatosq; homines & ciuitates. Hospitia *aūt priuata magnæ erāt necessitudinis.* Propterea *hospitiū persæpe pro amicitia ponitur, cuius amicitiæ erat nota, pignusq; tessera.* Fuit *enim antiqui moris, tesserā dari hospitibus dimidiatam, quam quicunq; attulisset ad hospitem, cōtinuò agnosci posset, & hospitio accipi, tanquam amicus & uerus hospes.* Hoc *autem ius necessitudinis ad posteros transibat. propterea tesseram hospitalem diligenter obseruabant.* Plaut. *Deum hospitalem, & tesseram mecum fero.* Qui *autem ius hospitij uiolabat, is tesseram hospitalem confregisse dicebatur.* Plaut. *Abi quærere, ubi tuo iureiurando satis sit subsidij, hîc apud nos iam fidei confregisti tesserā.* Quanta *esset hospitij religio et necessitudo, indicat* T. Liuius *lib. 5. ab* Vrb. *cōd.* Idem *lib. 7. de bel.* Mac. *et in* Verr. *Act. ult. Arctum igitur fuit olim hospitij uinculum, atque etiam diuini numinis reuerentia sanctum, cum hospitij disceptationi* Iouem *præficeret antiquitas,* Iouē *hospitalem eum appellans, & inuocans, quasi hospitij præsidem & uindicem. Si quem contracti hospitij pœnituisset, renunciare hospitium solebat, ne hospitij ius uiolaret. in* Verr. *Act. 4.* Ex *usu loquendi est,* Hospitium *renunciare.* Di*cimus etiam* Hospitium *cū aliquo facere,* Hospitium *coniungi,* Hospitium *esse alicui cum aliquo.*

Fam. 13. & ad Qu. *Frat.*

Hostis

Hostis,

Vt scribit Cic. in Offi. gratiosum fuit aliquando nomẽ, & sine inuidia, nunc uero inimicitias denuntiat. Nec solũ hostis dicitur, qui bellum infert, sed hostis est, quisquis no biscũ inimicitias gerit, aut qui nobis grauius aduersatur. Fam.3. & 12. Hostem esse in Syria negant ullum, scilicet qui bellum inferat.

Humilis,

Dicitur contemptus, abiectus, demissus, uel summissus, obscurus: opponiturq; amplo, claro, alacri, uel læto. Perti net uero tàm ad res, quàm ad personas. Atq; cum ad res pertinet, opponi solet alto uel exaggerato. Cic. Oratio hu milis & abiecta. Propriè tamen dicitur humile, quod hu mi decliue est. Verg. Atq; humiles habitare casas. Vnde humiliare, in terrã deprimere. Tusc.5. Translatè. Famil.9. Inde Humilitas. Tusc.5. Translatè pro abiectione, obscuritate, uel ignobilitate, aut tenuitate. Off.2.

IACERE.



VI *deseritur, & destituitur, qui defectus est aut re, aut amicorum præsidio, uel cui desunt omnia, iacêre translatè dicitur: id est, contemptus & abiectus esse, ita ut sordeat. Propriè: Furius ad pedes uniuscuiusq; iacens. Translatè, uel ad res, uel ad personas refertur: & eadem est significatio scilicet, dere-*

lictionis

lictionis & contemptionis, uel imminutionis, autoritatis, dignitatis & precij. Personæ exemplum. Fam.1. Off. 3. Rei. Fam.4. & 8.

Iactare,

Propriè diffundere est, uel dispargere. Fam.8. *Est ali quando prædicatione efferre, uel ostentare. aliquando est agitare uel impellere, uel exercere. aliquando pro iácere ponitur.* de Arusp. Resp. *Aliquando est inferre uel obijcere.* pro Quint. *pro agitare uel impellere, & in hac significatione uoluntariam aliquando agitationem habet, uel exercitationem.* ad Qu. Frat. *Aliquando uero uexationem & molestiam.* Fam.1.

Iactura,

Damnum est propriè, quod fit in mari, cum quis merces tempestate coorta in mare deijcere cogitur, nauis exonerandæ gratia, ne nauis scilicet ipsa fluctibus obruatur. ad Att.7. *Iacturam facere.* Off.3.

Iandiu,

Breuius interuallum, quàm iandudum significare potest, idem nempe quod iampridem. Fam.7. *Iandiu ignoro quid agas, nihil enim scribis. Iandiu, pro dudum, uel iandudum.* ad Att.1.

Idus.

Iduum nomen à Thuscis, apud quos is dies Itis uocatur, sumptum est. Alij uero putant Idus, quod ea die ple-

na

na luna uideatur, à uidendo uidus appellatas, mox litera u detracta. Sicut contrà, quod Græcè ἰδεῖν *dicitur, nos u litera addita* Videre *dicimus*. Nõnullis *placet*, Idus *dictas* ἀπὸ τοῦ εἴδους, *quod eo die plenam speciem lunæ demonstret. Sunt qui existimant,* Idus *ab oue iduli dictas, quam hoc nomine uocãt* Thusci: *et omnibus* Idibus *ouis immolabatur à flamine.* N*obis illa ratio nominis uero propior existimatur, ut* Idus *uocemus diem, qui diuidit mẽsem.* Iduare *enim hetrusca lingua diuidere est. unde* Vidua, *quasi ualde idua aut quasi à uiro diuisa. uide* Macrob. *in* Satur. Cic. Fam. 1. R*es ante idus acta sic est, nã hæc idibus mane scripsi, &c.*

Ignarus,

R*udis & imperitus, uel indoctus & inscius est.* Et po*nitur sine casu. pro* Sest. Vel *cum genitiuo.* Fam. 7.

Ignobilis,

I*dem est quod obscurus, nulla nominis claritate aut dignitate commendabilis.* Cic. Et *non ignobilem dicendi magistrum studiosè exerceri solebam.* inde Ignobilitas. *Tusc.* 5.

Ignominia,

E*st contumelia, aut nomini illata iniuria.* Cic. H*æc iniusta est à te, à te inquam, mortuo Cæsari nota ad ignominiam sempiternam.* Inde *dicimus* Ignominiam *habere.* Philip. 5. Ignominia *afficere.* Fam. 2. Notare. Fam. 6. Appetere. *pro* Quint. Deformare. Cic. Eandem

imaginem

imaginem deformatam ignominia, lugentemq; uideat? Ignominiam inurere. Cic. Hanc insignem ignominiã, quoniã uni præter se inusta est, putet esse leuiorem. Cadere in aliquem. Cic. In illo communi incommodo, nulla in quenquã propria ignominia nominatim cadebat. Accipere. in Verr. Act. 4. Ferre. Cic. Ignominiam & infamiam ferunt sine dolore.

Ignorare,

Aliquando idem est quod nescire, non cognitum habere. ad Att. 5. Ignorans. ad Brut. Ignorãtia. de Amic. & alibi: Iandiu ignoro quid agas. Inde dicimus Ignorare aliquem, quod nonnunquam ad personas transfertur, estq; non cognoscere, uel alicuius mores parum exploratos & perspectos habere. ad Att. 4. Ignoratio, quod ad actum & rem quam ignoramus spectat. Off. 3. Ignarus. ad Att. 5.

Illaboratus, Elaboratus.

Illaboratum Valla definit, quod sine labore factũ est: Inelaboratum autem, quod non satis artificio excultũ: ut alterum sit uitij, alterum laudis. neutrum tamen horum apud Ciceronem me legere memini, quãquam apud alios non minimæ autoritatis scriptores leguntur, ut Quintil. lib. 10. de Cicerone: Cum interim, inquit, hæc omnia, quæ uix singula quisquam intentißima cura consequi posset, fluunt illaborata, &c.

Illecebræ.

Sunt inuitamenta, blandimenta, & incitamenta rei cu iuslibet, quæ tamen cum uoluptatis lenocinio aliquando iuncta sunt. Et in bonam & malã partem sumitur. Fam. 15. Illecebra. pro Mil. Quis ignorat maximam illecebram esse peccandi, impunitatis spem?

Illiberalis,

Dicitur Latinis ab officio remotus, & ad promerendum male promptus. Cic. Nõ te in me illiberalem, sed me in se negligentem putabit, id est, parum officiosum. inde Illiberaliter aduerbium: & Illiberaliter factum ueteres dicebant, si quis excessisset omne genus maleficij. Terent. Factum à uobis duriter, immisericorditerq;, atque etiam, si est pater dicendum magis aperte, illiberaliter: id est, iniuste & inclementer. Putem tamen rectè dici posse, & latinè planè, aliquid illiberaliter factum, quod non officiose factum sit.

Illicere,

Est idem quod Allicere, & eundem habet usum. Tusc. 4. & Illiciũ, est rei alicuius inuitamentũ. Cicero uocat Quintum Fratrem illicium suæ profectionis, id est, inuitamentum, uel causam.

Illiteratus,

Dicitur, in quo nullæ sunt literæ, hoc est, indoctus, & qui Græcis dicitur ἀναλφάβητος. Fam. 9.

Illuminare,

Est lumen adferre, uel inferre. de Orat. 3. & in Brut.

Illucescere.

Dicimus diem Illucere, & horã, uel Illucescere. Transl latè, Vocem & autoritatem consulis illucere, dixit Cicero, contra Rullum.

Illustrare.

Illustramus quæ obscura, uel tecta sunt. Cic. in Catil. Et ad nomen, & famam commendandam pertinet. Dicimus autem Illustrare aliquid, uel aliquid re aliqua, ut Illustrare alicuius nomẽ, uel aliquẽ scriptis & literis. Fam. 1. inde Illustris. Cic. Quamuis enim Themistocles iure laudetur, & sit eius nomen, quàm Solonis illustrius, non minus præclarum hoc, quàm illud iudicandum est. & Illustrem reddere. ad Att. 4.

Imbuere.

Propriè imbuuntur uasa. Horat. in Epist.

Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem

Testa diu. & pro Mil. Translatè, est immittere, instillare, aspergere, implere, instruere re ipsa, de qua sermo est. Exempla ubiq; in Cicerone occurrent.

Immanis,

Plerũq; pro importuno, fero, diroq; ponitur. Aliquando pro ingenti, uel magno. ad Att. 2.

Immensus,

Est profundus, uel infinitus. de Orat. 3. inde Immensitas. de Nat. Deor. 2.

Immerito meo,

Dicimus, pro non merito meo. Plaut. Immerito meo mihi hoc facis.

Immigrare,

Intrò migrare est. Cic. Paucis diebus & in domum, et in hortos paternos immigrabit.

Imminuere,

Idem quod minuere. Cic. Pergratum mihi feceris, si istas exiguas copias, quàm minimum imminueris. inde Imminutio. Fam. 3.

Immodicus,

Dicitur maximus. Plin. Vererer, ne immodicam orationem putares, &c. inde Immodicè, quod est nimis, uel intemperatè. Columella: Magis conducit agricolæ frequenter id potius, quàm immodicè facere.

Immortalis.

Immortale dicitur indissolubile & sempiternũ. Off. 1. Cui opponitur Mortale, id est, dissolubile, & quod ita à natura formatum est, ut mori atq; interire possit. Immortalitatem donare. in Pison. Immortalitati mandare, uel commendare. Fam. 10. Immortalitati tradere. de Orat. 3. Immortalitatem consequi. Philip. 14.

Immor-

Immortaliter. ad Quintum Fratrem.

Impedire,

Non magis ad negotia pertinet, quàm ad omnem aliā curā. Et pro eo sumitur, quod quoduis modo impedimentum infert, obstat, interpellat, excludit. Atq; maiorem habet in paßiua significatione, quàm in actiua elegantiam. Fam.5. In paßiua. Fam.12. inde Impedimētū, quod dicitur, quicquid ad rei functionem obest, aut causa grauior, quæ moram adferat, obstetq; rei augendæ atq; exequendæ. de Orat.1. Aliquando impedimenta pro sarcinis ponuntur, idq; tam in singulari, quàm in plurali numero. Fam.3.

Impellere,

Aliquando est iactare. pro Cluent. in qua significatione, scilicet cum pro loco pellere est, Impulsam aciem dicimus. atq; ex eo fit, ut Impellere significet labefactare. Plinius lib.33. Impulsum penè pro perfecto ponitur. Lucan. lib. 5. Nobis uictoria turbam Non dabit, impulsi tantum quæ præmia belli Auferat: id est, iam penè cōfecti, & quasi præcipitis. Translatio est à columnis, aut arborib. cum conuelluntur, & paulatim nutant. hoc Cicero Affectū uocat. de Pro. Cōs. Bellū iā affectū uidemus, & ut uerè dicā, penè confectū. item Impellere pro urgere, adducere, inducere, incitare: translatum aut ab arboribus, aut à columnis. etenim quemadmodū arboribus nutantibus instamus, aut eas inclinantes cōtrudimus, ut præcipitēt:

ita quem in nostram sententiam adducere uolumus, aut cui rei alicuius autores sumus, ei deliberanti, tanquam arbori nutanti prementes inhæremus, ut tandem in consilium, sententiamq́; nostram cadat. Dicimus Impellere absolutè cum accusatiuo. Philip.2. Cum ad. pro Sylla. inde Impulsor. ad Att.16. & Impulsus, uel Impulsio. Fam.9.

Impendiò,

Aduerbium, idem significat, quod longè, siue multò. ad Att.10. *Ille impendiò nunc magis odit Senatum.*

Imperare,

Pro imponere, aut iubere parari, quæri, dari, accipitur. Dicimus *enim imperare frumentum, uinum, numerum, aut uim magnam frumenti, cum ab imperatoribus imperatur ijs, quos in potestate habent, ut frumentum, uinum, alij'ue belli commeatus ab illis comparentur.* Neque *existimabis frumentum, uinum, aut alia ad uictum pertinentia imperari solum. imperantur enim etiam nummi, naues, nautæ, arma, obsides, & aliud quiduis, quod dari uel parari iubetur.*

Imperitus,

Est inscius, ignarus. Cic. Homo *imperitus morũ, agricola, rusticus.* Imperitè. pro Corn. Balb.

Impertio,

Idem quod impendo, uel partem do. Cic. *Laboris mei*

nullam

laudem nemini impertio. Huius paßiuum Impertior. Cic. *Atq; etiam uiro forti collegæ meo laus impertitur.* Dicimus Impertiri rem aliquam, uel de re aliqua. & est tribuere, præbere, uel participē facere. Fā. 5. pro Leg Manil.

Implacabilis,

Est inexorabilis, aut qui ægrè placatur. Fam. 3. *Quid erat autem, cur ego in te tam implacabilis essem?*

Implere,

Est complere, uel præstare. Fam. 9. & pro Cluent.

Impolitus

Polito opponitur, & idem est quod rudis. in Brut. & Impolitè. de Orat. 1.

Importunus,

Pro detestando & execrando ponitur. Aliâs Importunus locus dicitur proprie, malè ad accipiendum paratus: cui contrarius est, opportunus. Ita indignus re aliqua est, qui rem illam non meretur. pro A. Cluent. inde Importunitas, pro indignitate. pro Cluent.

Imprimere,

Propriè est, quasi informare & signare: ut, Imprimere sigilla, uestigia, &c. Translatè. pro Mil.

Improbare

Aliqd, est id nō probū cēsere, hoc est dānare. de Diuin. 1. *Hæc improbātur à Peripateticis, à Stoicis defendūtur.*

Impugnare,

Est inuehi in aliquem, aut inuadere, & cõtrà pugnare. Cic. Vt & in præsens sceleratos ciues timore ab impugnanda patria deterrerem.

Inambulare,

Idem quod incedere, siue deambulare. Cic. Ante lucem inambulaui domi, ut olim candidatus.

Inaudire,

Idem quod audire intelligere, uel accipere. Fam. 9.

Inaugurare,

Vel Inaugurari, augurium agere, uel augurio initiari est. Philip. 2. & in Brut. uide Augurare.

Incedere,

Significat inuadere, uel commouere, uel absolutè ponitur, uel cum datiuo, uel cum accusatiuo, uel cum præpositione In, uel cum ablatiuo, & tunc in persona est. Fam. 2. Etiam pro inuolare & irrepere ponitur. de Inuent. 2. inde Incessus. Off. 1.

Incendere,

Propriè est incendium facere, ignem uel faces inferre atq; subijcere, comburere, aut cremare. ad Att. 9. Interdum ponitur pro cupiditatem inijcere, & uehementer cõcitare. Fam. 5. Item pro rationem reddere. Fam. 2. & Incendiũ, quod propriè ardorem significat. Cic. Arcem urbis ab incendio & flamma liberaui. Translatè

tè pro calamitate, damno, uel exitio est. quam enim calamitatem incendium nō importat? quam pestem exitiumq́; non adfert? Fam. 4. & 9.

Incertus,

Pro ignaro, & de re aliqua non certo. Cic. Et ille incertus ubi ego essem, fortasse aliū cursum petiuit. & Incertum. Terent. Nunc habeam, nec' ne, incertum est.

Incidere,

Aliquando est cædere, uel resecare, uel præcidere, aut discerpere. Cic. Si gradus scalarū incîdas. Aliquādo ponitur pro inscribere & imprimere. Fam. 13. Incidere in æs, uel in ære dicimus. Aliquando ponitur pro in mentem uenire. pro Cælio.

Incitare,

Est cohortari, exacuere uel impellere. Obseruabis tamen, uehementioris esse significati, quàm excitare. Incitare enim impetu non caret, unde Incitare equū, id est, admoto calcare uehemētius urgere. de Nat. Deor. 3. Currentem incitare etiam dicimus. Fam. 1. Cum præpositione In uel Ad. Fam. 2. inde Incitatio. de Orat. 2.

Incolere,

Est habitare. in Verr. Act. 3. inde Incola, qui in aliquam regionē domiciliū suum contulit, uel qui in alterius regione, aut in alia ciuitate habitat. Off. 1. & Incola, qui in loco: Accola, qui ad locum habitat. Qui in monti-

bus domos, urbesq; positas habent, incolæ dicuntur: qui iuxta montes, accolæ.

Incommodare,

Est incommodum dare, uel ferre. pro Quint. inde Incommodatio. *ad Att. 1.* & Incommodũ, *quod est damnum, uel difficultas. Fam. 2.* Dicimus quoq; Incõmodum inuehere. *de* Inuent. 1. *Incõmodum ferre, pro inuehere. ad Qu. Frat.* Incõmodis afficere. *in Verr. Act. 1.* Incõmodum dare. *de Finib. 5.* Impendere, *uel alicui cadere, pro accidere, aut incommodum ad aliquem perueniré. de Inuent. 1.* Incõmodum capere, uel accipere. *Cic.* Non modo incommodi nihil ceperunt, sed etiam in Apronianis illis rapinis in quæstu sunt, compendioq; uersati. Esse in incõmodis. *Fam. 6.* Incõmodum refutare, *pro propulsare. Cic.* Mihi credite, hoc in uno incõmodũ cõfirmatum, multorum infirmabit incolumitatem: & si initio non erit refutatum, impunè ad omnium perniciem conualescet. Incõmodis mederi. *Cic.* Aliqua ex parte ijs incõmodis mederi fortasse potuisset. Incommodum sarcire. *Cæs.* Acceptum incõmodum uirtute sarcietur. Incommodis leuare. *Cic.* Me leuauit ijs incõmodis, qui idem affecerat. Incommodi expers, uel ab incommodo integer & syncerus. *Fam. 13.*

Increbrescere,

Dicitur, quod augescit, uel quod latius dissipatur. Cic.

Ventus

Ventus increbrescit. *Aliquando est personale, uel impersonale.de* Orat.1.

Incrementum,

Augmentum, ab increscere. Cic. *Quid ego uitium satus, ortus, incrementa commemorem?*

Inculcare,

Propriè est infercire. Translatè pro persuadere ponitur.ad Att.1. *&* in Verr. Act.5.

Incurrere,

Pro incidere, ut incurrere in maleuolentiam, odium alicuius, in suspicionem, in perniciem, &c.de Orat.2. *Aliquando pro inuehi ponitur.* Cic. *Ne incurrat in alterius damnũ, atque famam.*

Indagare,

Est uenatorum more inquirere, qui loca, ubi feræ latibula habent, inuestigant. Dicimus autem Indago rem, *uel de re.*Fam.6.

Indicare,

*Pro exponere ponitur. Et indicat is, qui de se uolens aliquid, & de alijs etiam prodit.*Fam.7.

Indigere,

*Cum genitiuo.*Fam.6. *Vel cum ablatiuo. ad* Att.2. *inde* Indigens.Off.2. *&* Indigentia.de Amic.

Indignari,

Commoueri significat, uel offensione aliqua, uel ingenuo

nuo & libero aut oblato fastidio. Fam. 4. inde Indignatio. de Inuent. 1. & Indignitas. nam Indignus, importunus, & importunitas, uoces sunt uitij, & sceleris plenæ, quæ nunquam ferè sine quodã stomacho atq; execratione efferuntur. Est enim Indignus, uel Importunus, quasi ob uitia & scelera detestãdus. Fam. 6. inde quoq; Indignum. Cic. pro Quint.

Indiligentia,

Cum negligentiæ significatione conuenit. ad Quint. Frat. Indiligenter. de Inuent. 2.

Indisertus

Diserto opponitur, & conuenit tam rei quàm personæ. Fam. 2. & de Orat. 2. & Indisertè. ad Qu. Frat.

Indocilis.

Cic. Quia nimis indociles quidã, tardiq; sunt, admonendi uidentur sæpius. Sed Indoctus significat ineruditũ uel imperitũ: ac tam extra personam est, quàm in persona. Vocamus enim Indoctam orationem, indoctum uirum. de Orat. 3. & Indoctè. de Nat. Deor. Nõ indoctè solũ, uerum etiam impiè faciat, si deos esse neget.

Indolentia.

Cic. Qui rem expetendam, uel uoluptate, uel indolentia metiuntur. Græci ἀπαθείαν uocant.

Indormire

Etiã cessationis est, & tarditatis, et torporis. Phil. 2.

Inducere

Inducere,

Dicimus Inducere aliquem pro impellere, uel ad, uel in: ut Inducere animum, uel in animũ. quæ credentis sunt, uel assentientis, non incitantis. Cum accusatiuo. pro Cluent. Inducere aliquã. de Leg. 2. Cum Ad, uel In, cum actiuo uel paßiuo huius uerbi. Fam. 5. ad Heren. 2. Etiam est innouare, uel in usu ponere, uel adferre, & in medium proponere. Referunturq; ea tum ad res, tum ad personas: ut Inducere uerba noua, inducere religiones, & inducere aliquem disputantem, saltantem, lamentantem, querentem, dolentem, gaudentem, ut fit in Comœdijs & Tragœdijs. Fam. 1. De persona. ad Att. 4. Significat etiam Inducere, dolere, uel infirmare: ut Inducere nomina, inducere S. C. Item dicimus, Inducere tectorium. in Verr. Act. 3. & Inducere soleas in pedes, uel pedibus. de Inuent. 2. Animum inducere. Tusc. 5. In animum inducere. pro Sylla.

Indulgere,

Est obsequi, uel in aliquem ambitiosum esse, sibi placere, uel assentari. uel est cõcedere: & ut sic dicam, obsequenter, delicateq; tribuere. Off. 3. inde Indulgentia, est Latinis obsequium, & leuitas quædam propensior, siue patrum in filios, siue quorumuis in alios. ad Att. 10. & Indulgenter. ad Att. 9.

Industria,

Pro *sciētia & prouidētia,ut* Donatus *tradit.* Ego *uerò industriam artem interpretor, uel artis uel ingenij exercitationem.*Cic.*Omne enim curriculum industriæ nostræ in foro,in curia,in amicorum periculis propulsandis elaboratū est.* *inde* Industriam ponere.Fam.3. & Languescere.Cic.*Quare non est,cur eorum, qui se studio eloquentiæ dederūt, spes infringatur, aut languescat industria.* & Industrius.Cic.*In rebus gerendis uir acer & industrius.* & Industriè,ad Heren.1.

Inelegans,

Cic. *Physica ratio non inelegans,inclusa est in impias fabulas.* Inelegāter.Cic.*Oratio nō inelegāter scripta.*

Iners,

Cic.*lib.3.de* Finib.*uocat eos* Inertes,*qui arte carēt.* Tamen *uulgò ponitur per ignauo, & desidioso,nihil agēte, nihil moliente. unde* Cic. *uocat* Inertißimum & desidiosißimū *ocium. de* Seneā. & Inertia, *quæ est ignauia, desidia.*Fam.12.

Ineruditus,

Cic. *in* Acad. *Modóne quis illud tam ineruditum absurdumq́; respondeat.*

Inexercitus,

Rudē *significat,*Tusc.5. & Inexercitatus. Tusc.2.

Inex-

Inexhauſtus,

*Idem quod immēſus.*Cic.*Erat enim, ut ſcitis,in eo inexhauſta auiditas legendi,nec ſatiari poterat.*

Inexorabilis,

Implacabilis.ad Qu.*Frat.In literis mittendis,ut ſæpe ante ad te ſcripſi,nimium te inexorabilem præbuiſti.*

Infamia,

*Pro omni turpitudinis, dedecoriſq; genere ponitur. & ſæpius ad perſonam refertur.*Tuſc.4. *Inde dicimus Eſſe infamia,eſſe in infamia,eſſe infamiæ.ad* Att.2. & *Infamiā cõflare.pro* Cluent. *Cõcipere.in* Verr.Act.1. *Inferre .pro* Cælio. *Infamia aſpergere, & infamiā habere.pro* Flac. *Infamia flagrare,id eſt,ſumma infamia laborare,uel male audire.in* Verr.Act.2. *Infamiā ſubire. ad* Qu. Frat. *Fugere,uel effugere.* Fam.1. *Ab infamia auertere.cont.*Rull. *Infamia leuare.*Cicero *in* Verr.Act.5. *Infamiam delere.in* Verr.Act.1.

Infamis,

Infamia laborās.in Verr.Act.6. & *Infamare.*Fam.9.

Infans,

Propriè dicitur puer, qui nihil dū fari poteſt. Transfertur autē aliquando, & opponitur eloquenti. qui enim prorſus eloquētiæ rudis eſt, infans translatè appellatur, quod uelut pueri, uſu ſermonis adhuc & loquela carētes, nihil aliud quàm balbutiat, aut tanquam mutus ſit. Infan

te cum

te,cum in propria significatione utuntur Latini,solent sæpe puerum adiungere,ut sit Infans puer.pro Cluent. Trãslatè & in persona,et extra personã est.ad Heren.2. inde Infantia,pro dicendi inscitia:& eloquentiæ rectà opponitur,ut infans eloquenti. Cic. Incredibilis infantia accusatorum,&c.

Infensus,

A Latinis dicitur uehemẽter iratus, & ab Infesto differt. Infensus enim dicitur uehementer molestus, & qui alicui malum infert: & plus est, quàm inimicus. Fam.10.

Infestare,

Id est, molestia afficere. Ponitur etiam interdum pro eo,cui alicunde malum impendet. pro Planco. Infestũ habere,infestare est, uel facere infestum ..de Repub.3. & Infesta signa dicuntur, quæ in aduersum tendunt, hoc est,uexilla in hostem euntia, ut molestiam exhibeant.

Infercire.

Implere est. Cic. Vt id de industria factũ intelligatur, neq; infercïens uerba, quasi rimas expleat,&c.

Inferior.

Cic.Fam.7.Armis enim inferiores,non causa fuissent.

Inferre pedem,

Est accedere. Liuius: Vltrò inferens pedem,ad unũ omnes occidit.Horat.Neq; impudica Colchis intulit pedẽ.

Infimus.

Infimus.

Idem quod postremus. Terent. Tace tu, quem ego esse puto infra omnes infimos homines.

Infinitus

Dicitur, cuius nulla est extremitas, uel ora. Cic. Quod finitum est, habet extremum: quod nō habet extremum, infinitū sit necesse est. Itē pro non finito. in Brut. Ponitur etiam pro immenso, uel inexhausto. Fam. 1. Inde Infinitas, uel Infinitio. Tusc. 5. & de Finib. 1. & Infinitè. in Paradoxis.

Inflammare,

Propriè est inflāmationem inferre. ad Att. 8. Trāslatè, pro uehementer commouere & concitare, impotenti quadam cupiditate implere, rapere, urgere. Ponitur cū accusatiuo. pro Cluent. Cum ablatiuo. Tusc. 5. Cum Ad, uel In. Fam. 1.

Inflectere,

A flectere nō differt, & est contorquere, uel detorquere. in Verr. Act. 7. Translatè. Fam. 1.

Ingens,

Est immensus, maximus, aut summus. in Verr. Act. 2.

Inglorius,

Dicitur inhonoratus, ignobilis, aut qui nulla laude, uel gloria dignus est. Tusc. 3. & Verg. Georg. 4.

r Ingratis

Ingratis

Dicitur aliquis quippiam facere, qui id inuitus & coactus præter uoluntatem facit. Terent. Ea coacta ingratis post illa cœpit uulgo uictum quærere.

Ingratus.

Cic. Ingratæ patriæ inuidiam non tulit, quàm ferre debuit. Et in eadẽ significatione Ingratus reperiri possit, qua est Ingratis, quia ultronea grata sunt: ingrata, quæ ab inuitis fiunt atq; recusantibus. Terent. Opus faciam, ut defatiger usq;, ingratus ut dormiam: id est, etiam inuitus, uel ut mihi de labore et exercitatione aßidua fesso, beneq; defatigato somnus uel nolenti obrepat. & Ingratum pro molesto, & minime accepto. Cic. Non enim mihi ingrata sunt, quæ fecisti: sed quæ scripsisti, molesta.

Ingredi,

Est in aliquem locum adire, uel in aliquem locũ se conferre, aut introire. Transfertur tamen ad multa, ut Ingredi uiam, periculum, &c. Off. 3. Cum præpositione In. Fam. 6. cum Ad. Fam. 2. cum Intra. pro Cecin. Cum infinitiuo. ad Att. 15. Ingressus, us, ui. de Nat. Deor. 1. Ingreßio. Philip. 5.

Ingurgitare,

A parte illa fluminis, quæ gurges dicitur, translatum est uerbum, quod immensam rei uoracitatem designat, ac

modò

modò absorbere significat, sicq; accusatiuũ uel ablatiuũ habet: modò complere, modò immergere, uel immittere. Plaut. Plenam uini amphoram ingurgitat, id est, auidè, tanquam gurges, ipse absorbet.

Inimicitiæ.

Inimicitias ferè semper dicimus à singulari numero abstinentes. in singulari tamen etiã Inimicitia reperitur. Tusc.3. inde Inimicitias appetere. pro Cælio. Vocare ad inimicitias. Fam.2. Inimicitias indicere. Cic. Iis, qui hæc omnia flamma ac ferro delere noluerunt, non inimicitias solum, sed etiam bellum indixi, atq; intuli. Denunciare. Philip.5. Concipi. Cæs. de bell. Ciuil.3. Suscipere. Fam.2. Adire. pro Sest. Ad inimicitias uenire. ad Qu. Frat. Ad inimicitias descẽdere. pro Mur. Esse inimicitias alicui cum aliquo. pro Rosc. Amer. Inimicitias esse inter aliquos. pro Cluent. Inimicitias intercedere cum aliquo. pro Cælio. In inimicitias cõuertere. de Amic. Inimicitias habere. pro Font. Exercere. in Verr. Act.1. Gerere. pro Cælio. Explere. ad Heren.4. Persequi. Acad.4. Extinguere. de Pro. Cons. Ponere, uel deponere. ad Att.14. Donare. Famil.5. Concedere. de Pro. Cons.

Inimicus.

Amico rectà opponitur, & licet ab Amico significatione longe remotũ sit, & discrepet, nihil tamen usu differt. Cic. Quis plenior inimicorum fuit C. Mario.

Iniuria,

Dicitur, quicquid nõ iure fit, siue re, siue uerbis. estq; tam actiuæ, quàm paßiuæ significationis. Fam.4.& 5. inde Iniuriam facere. in Pison. Conflare. pro Rosc. Amer. Nasci. ad Qu. Frat. Iniuria afficere. Fam.5. Iniuriam imponere. in Verr. Act. 6. Iniuriam iácere, uel immittere in aliquẽ. in Paradox. Offerre. Terent. in Hecyr. Inferre. Off.1. Iniurijs onerare. Terent. in And. Iniuria lacerare. Cic. Cum fructus diripiebantur aratorũ, atq; omni lacerabantur iniuria. Iniuriam accipere. Fam. 4. Iniuria affligi. Cic. At L. Flaccum quidem iudices, si (quod Dij immortales omen auertant) grauis iniuria afflixerit, &c. Iniuriam hærere in aliquo. Fam.6. Leuare. Cæs. de bell. Ciuili.1. Detrahere ab iniuria. Fam.5. Iniuria prohibere. Off.1. Iniurijs resistere. Cic. Cæteris iniurijs, quæ propositæ sunt à Catone, facilè, ut spero, resistemus. Iniurias reuellere. ad Att.5. Propulsare. pro Rosc. Amer. Iniuriã persequi, insectari, ulcisci. ad Att.5. Iniuria abstinere. Off.3. Iniuria in ablatiuo, pro abs re. Cic. Hoc horret Milo, nec iniuria. inde Iniuriosum. Cic. Quod uero non intelligamus, ab inuito emere iniuriosum esse, ab nõ inuito quæstuosum. & Iniuriosè. Cic. Quod uelim temerè, atque iniuriosè de illo suspicati sint homines. & Iniurius, pro eo qui facit iniuriam. Terent. Multis modis iniurius es Clitipho. Et Iniurium dicimus pro iniquo. Off.3.

Innouare,

Innouare,

Est nouum facere, nouam rei alicuius rationẽ aut morem, consuetudinemq́; inducere. in Pison.

Innumerabilis,

Vel Innumerus, *est infinitus.* Philip. 2. *&* de Orat. 2. *inde* Innumerabilitas. de Nat. Deor. 1.

Inops.

Pauperem significat, nudum, uel impotentem. Et pertinet tam ad res, quàm ad personas. dicimus enim, Inopem linguam, Inops ærarium, *&c. Ponitur autem in oratione uariè, uel sine casu. in* Verr. Act. 5. *Vel cum genitiuo.* de Amic. *Vel cum ablatiuo. in* Brut. *Vel cum accusatiuo & præpositione* Ad. *in* Brut. *Vel cum ablatiuo & præpositione* A. *ad* Att. 1. *inde* Inopia, *quæ est egestas uel indigentia, cui copiam licet opponere. Rerum autem omnium dicitur* Inopia, *quæ desint, aut non suppetant. ad* Att. 4.

Inquilinus,

Qui in alieno priuato habitat, propriè tamen in conducto, siue in urbe, siue ruri. Fam. 15.

Insania.

Non solum dementiam significat, sed pro magnitudine & amplitudine immodica ponunt nonnunquam Latini: ut, Insanas extructiones, *pro magnis, amplis, et ingentibus. ad* Quint. Frat.

Insanus.

Aliquando pro amente, furente, fanaticoq́; ferè ponitur. aliquãdo pro immodico, immenso, uel ingenti. In qua significatione uocat Plinius *uites insanas, id est, triferas, uel fructus immodicos ferentes. unde natum prouerbiũ,* Optimum *aliena insania frui. Cuius meminit* Idem *lib.18.* Id *est, immodicis ædificijs aliorum. pro* Mil.

Insaturabilis.

Dicitur, *qui saturari nequit.* Cic. *Manebat insaturabile abdomen, copiæ deficiebant. inde* Insaturabiliter. *de* Nat. Deor. 2.

Insatiabilis.

Inexplebilis. Cic. *Natura inest mentibus nostris insatiabilis quædam cupiditas ueri uisendi.*

Inscitus.

Inelegãs. Cic. *Quid aũt inscitius est, q̃ mẽtes mortaliũ falsis et mẽdacib. uisis cõcitare? inde* Inscitè. *de* Finib. 3. *et* Insciẽtia. *pro* Syll. *et* Inscitia. Of. 1. *et* Inscius. Philip. 9.

Inscribere,

Est, quod Latinis *aliàs dicitur suprà scribere, id est, inscriptione aliquid significare: ut,* Inscribuntur *libri, id est (ut* Barbari *dicũt) intitulantur. &* Inscribitur *epistola, cum eius nomen scribitur, cui epistolam reddi uelimus.* Interdum *pro imprimere, uel incidere est, aut pro scribere simpliciter ponitur.* Pro *scribere. ad* Att. 4. Pro *imprimere, uel incidere.* Fam. 12. *Aliquando* Inscribere,

ponitur pro nomẽ indere,uel imponere. Fã. 15. inde Inſcriptio. quæ non ſolũ librorum eſt, ſed quicquid in alio quouis opere inſcribitur,ut in ſtatua, uel in ſepulchro. Dicitur etiam in tabulis,uel in codice, uel in aduerſarijs nominum inſcriptio,cum debitorum nomina,id eſt,cum debitores in rationũ capite notantur. ad Att.16. et Inſcriptio ad libros non pertinens. Philip.13.

Inſculpere.

Translatè pro inſcribere ponitur. Propriè uero poſitum ſimplicis ſui ſignificationem retinet, quod eſt Sculpo,id eſt, cædendo uel auro, uel argẽto, uel ære,uel ferro, uel ligno, uel ebore, uel marmore, uel uitro, uel gemmis opus efficio. Acad.2. de Nat. Deor.2.

Inſequi,

Propriè ſubſequi eſt. in Brut. Sed ſæpè pro Inſectari ponitur. ad Att.14.

Inſectari.

Vix inuenias ſine odio,& ultionis cupiditate. & eſt propriè,pedibus urgere & inſtare,quare ab impetu deriuata eſt inimicitiarum & moleſtiæ translatio. pro Planc. Translatè. ad Att.2. inde Inſectatio. Fam.11.

Inſerere,

Propriè ad rem ruſticam pertinet,& inſeruntur ſurculi,uel oculi arboris ſterilis in truncum fœcundæ, uel arboris acerbæ ſurculi in arborem fructus mites & dulces

ferentē, id quod Inoculatio dicitur. Colum. lib. 1. Trāſlatè ad multa refertur: ut, Inſerere opinionem, aut aliud quiduis alicui, eſt idem quod inſculpere, inſcribere, uel imprimere. in Verr. Act. 6. de Orat. 1. inde Inſitus, a, um. Et ponitur tam in malam, quàm in bonam partem. Dicimus enim Inſitum odium, inimicitias, amorem, amicitiam, &c. eſt autem Inſitum, idē quod innatum, inuſtum, uel inhærens: cui contrarium eſt Aſſumptum, uel Aduentitium. in Verr. Act. 5. & 6.

Inſeruire,

Interdum nihil à ſeruire, aut ſignificatione, aut uſu differt, & tam in perſona, quàm extra perſonam eſt. ad Att. 9. & Off. 1.

Inſidere,

Pro inhærere, & tam in bonā, quàm malam partem ponitur. Fam. 5. Dicimus etiam Inſidere in animis: & hoc loquendi modo tum utimur, cum rei alicuius memoriam nos quàm diligētiſſimè ſeruare deſignamus. ad Att. 1. Inde quoq; dicimus in eadem ſignificatione, Hærere in medullis. Fam. 15. Etſi nonnihil amoris interdū habeat in uiſceribus. ad Att. 6. Vel includi in medullis. ad Atticum 15.

Inſignis,

Pro quacūq; uirtutis fama et celebritate claro. de Nat. Deor. 2. Inſignis ad. de Finib. 3. Inſignis, in malam partē. Cic. Os hominis, inſigneḿq; impudentiam cognoſcite.

Inſignitus,

Insignitus.

Hoc adiectiuum frequens apud Latinos, rarum uerò uerbũ. ad Herẽ. 4. inde Insigniter, uel insignè. Philip. 3.

Insistere.

Cic. Quot uultis esse in uno furto peccatorũ gradus? ut si singulis insistere uelim, progredi iste non posset. & Insistere cum Resistere translata sunt à iumentis, & ab equis consternatis, aut aliâs pauentibus, qui habenis pertrahuntur, identidem resistentes.

Insomnium,

Nihil à somno differt. de Sen. Distinguit tamen Macrob.

Instare,

Nonnunquam pro adesse, uel præsens, uel proximum esse ponitur. ad Att. 1. Instare cũ uerbo. in Verr. Act. 4.

Instaurare,

Est reuocare, quod (inquit Sext. Pompeius) ad instar dictum est, cum aliquid ad pristinam similitudinem reficitur. ad Att. 1. inde Instauratio. de Arusp. Resp. & Instauratiuus. de Diuinat. 1.

Instigare,

Est solicitare, uel incitare. ad Heren. 3. et Ter. in And.

Instillare,

Propriè liquorum est, tamen translatè pro suadere ponitur. ad Att. 9. Attulit uberrimas tuas literas, quæ mihi quiddam, quo starem, instillarunt.

Inſtinctus, a,um.

A uerbo deſito eſt,et ſignificat inſtigatū.in Verr. Act. 7. & Inſtinctus,us,ui,eſt inſtigatio,uel afflatus.Tuſc.1.

Inſtituere,

Varijs eſt ſignificationibus,& diuerſis: ut, Inſtituere hæredem,uel tutorem. & Inſtituere adoleſcentem, id eſt, erudire aut pro docere,aut pro parare,ordinare, incipere:ut,Inſtituere amicitiam,Inſtituere ſermonem,Inſtituere magiſtratū. Eſt etiam deliberare.Fam.1. Aliquando pro erudire & informare ad artis alicuius rationem, uel diſciplinam:uel docere, & uelut conſilio inſtruere, ut dicimus Inſtituere aliquem, uel aliquem re aliqua, aut ad aliquid.ad Qu.Frat. inde Inſtitutio. Off. 1. & Inſtitutum. Inſtituta autem ſunt, mores conſilio & ratione inſtituti. Inſtitutum quoq; ſignificat inceptum propoſitum:ab Inſtituo, quod eſt incipio. Inſtitutiones uero ſunt præceptiones, quibus inſtituuntur et docentur homines. Hæc Valla. Inſtituta alia ſunt priuata,alia publica.Porrò priuata inſtituta certā quandā uitæ rationē interpretabimur,ad mores ſpectātem: publica uero inſtituta erunt, publicæ quædam rationes,quas obſeruare uel conſuetudo moneat, uel leges publicaq; iura iubeant. Neq; tantum in cōmuni uitæ uerſatur forma, ſed in re etiā aliquando literaria, ut Inſtituta philoſophiæ. Inſtitutū accipitur etiam pro propoſito & conſilio,uel certo quodam more, nulla differentia à priuato inſtituto. Inſtitutū publicum. Etiā

Inſtitutum

Institutum est ius non scriptum, quod tamen certum autorem habet, id est, magnum aliquem autorem, quem reliqui imitari non erubescant. Off.1. *Institutum priuatũ pro certa uitæ uel rei cuiuslibet ratione, aut consilio inito.* Fam.2. *Institutum capere, id est, se dare ad instituta.* de Finib.4. *Institutum suum tenere.* Fam.16. *Instituto uti.* ad Att.2. & in Verr. Act.4.

Integrum, solutum, liberum esse.

Integrũ est nobis, solutum, uel liberũ, quod licet facere, id est, cuius faciendi nõ denegatur potestas, aut nõ prærepta, uel omissa est occasio. Integrũ esse. Fam.1. Integrũ sibi reseruare. Fam.1. In integro esse. Fam.15. *De integro, genus est loquendi, quo utimur cum nobis non satis ex animo in re aliqua satisfecimus: scilicet, cum uelut res adhuc nobis esset integra, et nõ cœpta, in eam studiosius incumbimus, ut uel uobis, uel alijs abundè satisfactũ sit. quod tamen simpliciter aliquando pro iterũ ponitur: & tam in malam, quàm in bonã partem capi potest. Possumus enim aliquem à nobis uexatũ de integro uexare, ut à nobis sustentatum de integro sustentare.* ad Att.13.

Intelligere,

Propriè est, rei alicuius scientiam et rationem tenere, aliquãdo pro cognoscere & prouidere ponitur. Fam.4. & 5. *Inde dicimus Intelligere in re aliqua, cũ rem illã exactè callemus, uel cũ rei illius rationẽ uix ĩtelligimus.* in Verr. Act. 6. *hinc Intelligentia, quæ uox est acti-*

uæ significationis, poniturq́; pro cognitione uel notitia. Off.2. inde dicimus In intelligentiã cadere. Off.3. Intelligentiã rei alicuius habere. Philip.9. Aliquãdo pro certiorẽ fieri, cognoscere, perspicere, uel animaduertere ponitur. Etiã pro cõiectura & sciẽtia informare, aut pro intelligentia & ratione comprehendere, animoq́; percipere. Et ponitur absolutè, uel accusatiuum habet. ad Att. 8. inde Intelligens, id est, callidus & ingeniosus: cui opponitur Idiota. in Verr. Act.6. Intelligẽtia, ut in Top. Cic. est, per quam animus perspicit, quæ sunt.

Intendere,

Propriè est porrigere, ut Intendere dextram, aliquando est cõtendere, ut intendere sensus ad res percipiendas, uel Intendere animum ad aliquid. Interdum pro tendere ponitur, cum refertur ad iter faciendum. Est etiam pro interponere & obijcere positum à Cic. Fam.1.

Intercedere,

A Latinis dicitur, quicquid interuenit, uel interiacet, uel interponitur. pro Cluent. In hũc modum dicitur amicitia, necessitudo, societas, cõtrouersia, dissensio, & res alia quælibet intercedere. Et est alius modus huius uerbi, qui est quasi rogando impetrare. ad Att.6. Est & intercedere id, quod barbari dicunt, opponere se. & dicimus Intercedere rei alicui, uel de re aliqua. Inde Intercessio, quæ propriè tribunorum erat, quibus ius fuit S. C. intercedendi, hoc est, uetandi, prohibendiq́;. Nam trib. pleb.

apud

apud Rom. creati uidebantur, non iuri dicẽdo, sed intercessionibus faciendis, ut iniuriam plebi, & uim fieri uetarent. T. Liuius lib. 5. ab Vrb. Appellabantur enim tribuni contra uim magistratuum. unde in 12 Tab. Plebes quos contra se auxilij ergò creaßit, tribuni eius sunto. quodq; hi prohib:ssint, quodq; plebẽ rogassint, ratũ esto. de Leg. 1. hinc etiam dicitur intercessor. Fam. 10.

Interdíu,

Idem est, quod die, uel de die. Cæsar: Pompeius clàm & noctu, Cæsar palàm atq; interdiu.

Interesse,

Personale aliquando est, & accusatiuum cum præpositione Inter habet: ut, Hoc inter hominem et belluam maximè interest, id est, in hoc homo à bellua differt. Aliquando impersonale est, & genitiuum habet, uel ablatiuum fœmininum pronominis: ut, Reipub. interest has hominũ pestes quàm celerrimè opprimi. Etiam absolutè cum datiuo. Fam. 1. Cum ablatiuo & præpositione In. Fam. 3. Iungitur aliquando datiuo, & tunc significat adesse, uel præsentem esse. Fam. 1. Nonnunquã genitiuo uel ablatiuo annectitur, uidelicet cũ Mea, tua, sua, nostra, uestra. Et pro pertinere, uel è re esse capitur. Aliquando absolute. Est etiam idem quod differre, discrepare, dißimile esse. & Interest propriè, quod interiacet: sed quoniã ea, inter quæ aliquid est, id est, medium positum est, nõ cohærent, sed distant, translatione factum est, ut à Latinis ponatur

Inter-

Intereſſe, pro diuerſum eſſe & diſsimile. in Cat. Orat. 12 Intereſſe inter. Off. 1. Intereſſe à. de Finib. 3. Intereſſe In. Academ. 2.

Interire,

Non ſolum dicimur cum uitã efflamus, ſed Interire de his generatim, quæ funditus pereunt. ad Att. 1. hinc Interitus, pro exitu eſt, uel occaſu. pro Sylla.

Interminatus,

Idem quod infinitus. de Nat. Deor. 1. Cuius operã pro fectò nõ deſideraretis, ſi immenſam & interminatam in omnes partes magnitudinem regionum uideretis.

Intermittere,

Eſt conquieſcere, uel intermiſsionem & intercapedinem facere: & habet accuſatiuum uel infinitiuum alius uerbi. Rei intermiſſæ contraria eſt res continens, uel perpetua. Fam. 7. & 12. inde Intermiſsio. Off. 1.

Intermori,

Pro interire ponitur, uel obrui, uel deleri. Fã. 6. hinc Intermortuus. Et dicitur Intermortuum, quod penè interijt, uel ponitur pro fracto, debilitato, imbecilli, nullarũ uirium, nulliusq; potentiæ. & ad res præcipuè refertur. pro Murena.

Interpellare,

Eſt mediam alterius orationem interrũpere, uel actioni alterius interponere. ad alia tamen transfertur. Tuſ. 1.

Interpo-

Interpolare,

Interdum est nouitatem uetustis rebus dare, scilicet renouare, uel redintegrare. ad Quint. Frat.

Interponere,

Propriè est interijcere, sed etiam intercedere. Fam. 10.

Intertrimentum,

Vel Intertritura, *damnũ rei detritæ significat.* Varr. *lib.* 1. *de* Ling. Latina. *in* Verr. Act. 3. *Ponitur* Intertrimentũ *pro communi conficiendi alicuius negocij iactura, quam uulgus* Barbarorum *Perditam utrinq; appellat.* Intertrigo *malum est quoddam, cum fœmina equitatu, aliáue simili de causa atteruntur.* Dioscorides *autem* Intertriginẽ *uocat, cum pes pedem, uel ungula ungulam ferit, ut in genere ueterinario contingit.* Columella *lib. 7.* Intertrigo *dissoluitur aqua calida, mox decocto agrico sale, cum adipe desiccatur.* Idem *lib.* 8. *Subluuies & intertrigo pice liquida, uel alumine, uel sulphure, atque aceto mixtis litæ eruentur.* Hodie *in equis & mulis* Intertaliare *uocamus, cum scilicet uitioso ingressu calces maxime posteriores, aut etiam suffragines atteruntur.*

Interuenire,

Est aliquando casu uenire, uel tanquam interpellator accedere, & tunc non sine molestia est. Aliquando etiam intercedere significat. Absolutè uero, uel cum casu ponitur, Fam. 7. *Cũ casu, pro adesse, uel interesse ponitur.*

Iungitur

Iungitur uero etiam cum datiuo, ubi uel accidere, uel obuenire, uel inferre significat. ad Att. 14. inde Interuẽtor. de Fato. & Interuentus. ad Att. 4.

Interuiſere,

Idem eſt quod Inuiſere. ad Qu. Frat. Vrbanã expolitionẽ urget ille quidem, ſed etiã ipſe crebrò interuiſo.

Intimus,

Latinis eſt, qui cum aliquo omni tum officiorum, tum conſuetudinis, tum familiaritatis genere eſt coniunctus. Fam. 6. Eſſe in intimis, uel ex intimis. Fam. 3. Dicimus etiam, De tuis unus. Fam. 3.

Intrare,

Eſt ingredi uel accedere, & accuſatiuũ habet, et præpoſitionẽ aliquãdo cum accuſatiuo. Philip. 2. Translatè. ad Qu. Frat.

Introire,

Eſt in aliquem locum ire. Fam. 16. Introitus & actionis eſt. Philip. 11. & loci. pro Cecin. Translatè pro Cælio.

Intrudere,

Eſt inferre ſe etiã inuitis alijs. Cic. Etiã ſe ipſe inferebat et intrudebat, et in eã opinionẽ Cẽſeniã inducebat, etc.

Inuadere,

Hoſtium eſt, dum in caſtra oppoſita impetum faciũt. Et translatè idẽ eſt quod inuehi, uel in aliquem excandeſcere.

ſcere, in bonam partem capi poteſt. Philip. 2. Off. 1.

Inuehi,

Apud Latinos eſt importare, uel inferre. Aliquando inuadere, uel oppugnare, idq́; translatè. nã qui inuehuntur, non ſine ui feruntur: ita qui in aliquem inuehitur, non ſine ui & concitatiore animi impetu agit. Fam. 12. inde Inuehens, pro inuectus. Philip. 2. & 3.

Inueſtigare,

Eſt quærere ut inueniamus. ad Att. 1. inde Inueſtigatio. Off. 1. & Inueſtigator. in Bruto.

Inueterare.

Cic. Nec confirmaretur diuturnitate temporis, nec unà cum ſeculis, ætatibusq́; hominũ inueterare potuiſſet.

Inueteraſcere.

Cic. Nam ſi inueterari, actum eſt. Inueteratus. Fam. 3. Inueteratio. Tuſc. 4.

Inuidentia,

Ab Inuidia nihil differt, cum actiuæ eſt ſignificationis. Eſtq́; ægritudo animi, quæ propter res ſecundas alterius contrahitur. Tuſc. 3.

Inuidere.

Tuſc. 3. Et dicimus, Inuideo tibi. Fam. 7. & 12. Inuidere in re aliqua. pro Flac. Inuidere cum datiuo & ablatiuo. Tuſc. 3.

Inuidia,

Actiuè & paßiuè à Latinis ponitur. Cum autem actiuè ponitur, est actus ipse inuidendi, uel est dolor ob alienam felicitatem susceptus. Cum uero paßiuè accipitur, est uel dicto, uel facto in alterum maleuolentiæ cõcitatio. ut si quis calamitates suas, damnaq; referat, ostẽdat'ue iniuriam sibi factam, ut iniuriæ calamitatumq; autori concitet odium. In *qua significatione odium publicum, aut fama calamitosa dici potest.* Fam. 5. *Inde dicimus* Inuidia *æstuare.* Salluſt. in Catil. Inuidiam *deponere.* contra Rull. *In paßiua autem significatione.* Fam. 1. & 4. *Inde dicimus,* Inuidiã *quærere in aliquẽ.* pro Rab. Posth. *Concitare.* in Verr. Act. 7. *Commouere.* Philip. 3. *Conflare.* pro Cælio. *Facere.* Fam. 11. *Parare.* Cic. in Sallust. *In inuidiam adducere.* Fam. 1. *Rapere in* Inuidiam. contra Rull. *Inuidiam transferre.* pro Sest. *Conferre in aliquem.* Cic. *Mortis illius inuidiã in* L. Flac *cum Lælius conferebat.* *In inuidiam uenire.* Cic. *In inuidiam porrò magnam illa iudicia uenerant.* *Inuidiam assumere.* ad Att. 2. *Subire.* in Verr. Act. 1. *Habere, id est, esse in inuidia.* cõtra Rull. *In inuidia esse.* ad Att. 2. *Esse inuidia, pro in inuidia.* ad Qu. Frat. *Inuidiam sustinere.* in Verr. Act. 4. *Ex inuidia laborare.* pro Cluent. *Inuidia premi.* Cic. *Cũ & inuidia & odio populi tum Gallia premeretur.* *Inuidia flagrare.* in Verr. Act. 3. *Ardere.* ad Qu. Frat. 2. *Redundare.*

Cic.

Cic. in Catil. *Inuidiam augere. in* Verr. *Act. 2.* *Inuidiam inflammare.* Ibid. *Lenire. Sallust. in Catil.* *Sedare: in* Verr. *Act. 2.* *Comprimere.* Cic. *Sed haud scio an acerrimus longè sit omnium motus inuidiæ, nec minus uirium opus sit in ea comprimenda, quàm in excitanda.* *Restinguere, uel extinguere. pro Sest.* *Deonerare ex inuidia. in* Verr. *Act. 1.* *Mittere inuidiæ sanguinẽ, translatè, pro inuidiam decedere.* Cic. *Missus est inuidiæ sanguis sine dolore.* *Inuidiã poni, id est, deponi. pro* Cluẽt. *Decedere. pro* Cluent. *Leuare inuidia. ad* Att. 15. *Liberare. Off. 2.*

Inuidiosum,

Et actiuè & paßiuè ponitur. Cum actiuè, est qui inuidet. Ouid. *Tempus edax rerum, tuq; inuidiosa uetustas, Omnia destruitis. Sed sæpius paßiuè ponitur.* Et *est* Inuidiosum *idem, quod inuidia pressum, uel odiosum.* Fam. 8.

Inuidus.

Cic. Quibus L. *Lucullus tantũ laudis impertit, quantum neq; ambitiosus imperator, neq; inuidus tribuere alteri in communicanda gloria debuit.*

Inuisere

Sæpe officiũ, curam, sollicitudinemq; habet. ad Att. 1.

Inuitare,

E*st uocare uel allicere.* Ponitur *enim uel cum accusatiuo, uel in uoce paßiua sine casu.* Fam. 7. & 13. *Cũ accu*

ſatiuo & ablatiuo: & aliquando eſt incitantis, uel cõmouentis. ad Brut. Aliquando uero honoris & officij cauſa. Philip. 12. Inuitare domo, uel domum. in Verr. Act. 4. Cum Ad uel In. Fam. 7. Inuitatio. Tuſc. 3. Inuitatus, us, ui. Fam. 7. Inuitamentum. Fam. 10.

Inuitus,

Eſt nõ libens, ſed recuſans & repugnans, coactus, dolens. Fam. 13. Extra perſonã. de Nat. Deor. 3. & Inuitè aduerbium. Fam. 3.

Inuſitatum,

Vſitato cõtrarium eſt. Off. 3. Magnitudine inuſitato.

Inutilis.

Cic. Homo iners et inutilis. inde Inutilitas. Cic. Ex ijs illud conficitur, ut appetendarum rerum ſit honeſtas & utilitas, uitandarum turpitudo & inutilitas.

Ira.

Dictam ſcribunt nonnulli ab eo, quod eſt ire. nam Iratos propriè dicimus exiſſe de poteſtate, id eſt, de conſilio, de ratione, de mente. horum enim poteſtas in totum animum eſſe debet. Vnde & qui iram deponit, ad ſe redire dicitur, uel ſeipſum colligere. Quid eſt autem ſeipſum colligere, niſi diſsipatas animi partes rurſum in ſuum locum cogere? Tuſc. 4. Inde dicimus, Iram concire. Terent. in Hecyr. Oriri. Ibid. Iram eſſe inter. Terent. Iræ ſunt inter Glycerium & gnatum meũ. Iram inter ali

quos

quos intercedere. Terent. in Hecyr. Ira *incendi*. Cic. *Sæpe incensum ira uidi, sæpe placatum*. Iram *gerere*. Terent. in Hecyr. Iram *euomere in aliquem*. Terent. in Adelph. Iram *deferuescere*. Tusc. 4. Expedire *pro ira sedere*. Terent. in Hecyr. *Missam facere*. Ibid. *Abcedere ab aliquo*. Ibid. Decedere. Terent. Decedet *iam ira hæc, etsi merito iratus est*.

Iracundia,

Et Iracundi, *id est, qui ex parua uel nulla causa irascitur, uel qui suapte natura ad iram procliuis est*. Iracundia *igitur uitium est hominis iracundi, & sæpe pro* Ira *ponitur*. ad Qu. Frat. *Inde dicimus*, Ad iracundiam adducere. ad Heren. 3. *Iracũdiam habere*. Fam. 10. *Iracundia efferri*. de Orat. 2. *Inflammari*. Tusc. 4. *Ardere*. Fam. 1. *Furere*. Cic. *Quem posteaquàm uidit non adesse, dolore ardere, atq; iracundia furere cœpit*. *Iracundiam exercere*. ad Brut. *Iracundiæ seruire, id est, obsequi*. Cic. *Sed ego in hac sententia dicenda non parebo dolori, nec iracundiæ seruiam, &c*. *Iracundiam reprimere*. Terent. in Adelph. *Tandem reprime iracundiam*. *Remittere*. Philip. 8. *Omittere*. Terent. in Adelph. *Iã uero omitte Demea tuã istanc iracundiam*. *Dimittere*. *Cæs. de bell. Ciuil. lib. 1*. *Iracundiæ resistere*. ad Qu. Frat. *Iracundiã cõtinere*. Fam. 11. *Sedare*. in Brut. *inde* Iracundè. Philip. 1. *Nimis iracundè hoc quidem, & ualde intemperanter*.

Irasci.

Terent. Ille cōtinuo irasci, neq; negare audere. inde Irasci ab aliquo. Tusc.4. & Iratus nō is semper est, qui alicui succenset: sed pro abalienato, uel infenso usurpari plerunq; solet. Fam.1.

Ire,

Vulgo est uadere, & iter facere. Fam. 3. Dicuntur etiam iudices in consilium ire, cum à prætore, qui causæ præest, in consilium mittuntur, de re non liquente delibe raturi: uel iudices in consilium ire dicuntur, cum aut capita cōferunt, aut in interiori consilio instrumenta litis per censere aggrediuntur, cum litis processus in medium positus est. in Verr. Act.3. Dicitur etiam res ire. de Amic. Prorsus ibat res, id est, faciliores & expeditiores erāt rerum rationes. Ire pro crescere, uel extendi, Latini ponunt. pro Flac. & Ire pro assentiri, eam ob rem ponitur, quia propositis duabus partibus, qui in utramuis inclinabant, in eam pedibus ibant, id est, in eam secedebant: uel qui diuersa censebant, in diuersa discedebant. Cic. Frequens senatus in alia omnia ijt.

Irrepere,

Cic. Qui tam libenter in opinionem gratiæ irrepat.

Irritare,

Est propriè prouocare: tractum à canibus, qui cū prouocantur, irruunt. Cic. Irritaui in me Catonem.

Irritum,

Irritum,

Rato cõtrarium est. Terent. *Quod dictũ, indictũ est: quod modo erat ratum, irritum est.*

Irruere,

Impetus etiam plenum est: quo uerbo magis propriè uti possumus in hoste oppugnando, quàm in aliquo lacessendo. sed tamen nõ sine elegantia in priuatis etiam ponitur. Cic. *In quem quisq; per homines concitatos irrueret, in quem impetum pertulerit.*

Iter,

Apud Iurisperitos ius est interdum eundi hominis, ut Actus ius est iumentum agendi, & Via ius uehiculum ducendi, quæ seruitutes sunt prædiorũ. pro Cecin. & Fam. 1. Itineris ratio, uel summa, uel tempus. Fam. 3. Iter patefacere, uel aperire, uel munire. pro Leg. Manil. Iter gubernare. Fam. 2. Iter componere. ad Att. 15. Iter etiã in mari dicitur. Fam. 10. Iter instare. ad Att. 13. Iter esse. ad Att. 2. Iter suscipere. Fam. 4. Iter petere. pro Planc. Itineri se cõmittere. Tusc. 1. Iter ingredi. Philip. 12. Esse in itinere. Fam. 11. Iter conferre. ad Att. 2. Iter conuertere. ad Att. 2. Iter dirigere. Fam. 10. Iter habere, pro discedere, uel Iter facere ponitur. & sæpe est cũ in uia sumus. Fam. 2. Iter facere. & dicimus Iter pedibus facere, quod est pedestrem iter facere. Etiam in alijs uerbis hic modus est loquendi,

ut, Pedibus consequi, pedibus proficisci, pedibus flumen transire, pedibus uenire, uel peruenire. Itē: Iter Laodiceā facere dicimus, pro eo quod est per Laodiceā trāsire. Iter conficere. ad Att. 5. Itinere, uel iter ire. ad Quint. Frat. Iter maturare. Cæsar: Iam uero eò magis illi maturandum iter existimabant. Iter procedere. Cæs. de bell. Gal. 6. Iter reprimere, uel supprimere. ad Att. 10. Iter impedire, uel intercludere. ad Att. 9. Itinere desistere. Cæs. Atq; itinere desistere iubet.

Itio, uel Itus.

Itioni contraria est reditio. Itus rarus est, reditus uero frequens. ad Att. 9.

Iucundum,

Passiuè est significationis. Cic. Nunc angor, quicquam tibi sine me esse iucundum. Inde dicimus, Iucundū accidere, pro esse. Cic. Nam mihi omnia, quæ iucunda ex humanitate alterius & moribus accidere possunt, ex illo accidebant.

Iudex,

Rei cuiuslibet controuersiæ dicitur arbiter, disceptator, existimator, uel æstimator. Fam. 2. Iudicem sortiri, Prætoris fuit officium, ut iudices sortirentur, cum in urnam iudicialem iudicum nomina conijciebantur, ut illi scilicet sorte ducta, uel seligerentur, uel reijcerētur. in Verr. Pertinet huc quoq; sortionē facere. ad Qu. Frat. Item

dicimus,iudicem legere,seligere,obuenire, supponere. ad Att.1. Iudicem constituere. pro Dom. sua. Iudicem dare. Iudices dabat prætor,cum primum sortiebatur: deinde iterum dabat,cum post reiectionem factam,ad ipsam reiectionem sarciendam, & iustum iudicum numerũ cõplendum subsortiebatur. in Verr. Act.5. Iudicem sumere. pro Qu. Iudicem sedere. Et dicitur nobis,uel in nos sedere: quod idem est, quod dari, uel constitui. pro Cluẽt.

Iudicare,

Est aliquãdo,quasi signum dare,uel demonstrare, uel sententiã ferre,aut dijudicare. Sæpe pro putare ponitur. Etiam aliquando præpositionem admittit. Fam. 3. & de Orat.1. Iudicare pro putare. Fam.3. Aliquem iudicare,id est,in numero habere,uel in loco ponere. Fam.12. Iudicare de. in Verr. Act.5. Iudicare ex. Terẽt. in Heautont. inde Iudicium: & duplex est, Forense, & priuatũ. De priuato hic scribimus. In priuato inest nescio quid latentis, & quasi præcipuæ elegantiæ, cum aliquid iudicio fieri dicimus,id est, certa prudẽtia,uel tanquam de industria,ac præcipua quadam animi inductione,non casu. Fam.2. Iudicij simplicia,eaq; uulgariora exẽpla ubiq; occurrent in Cicerone. Tuũ est iudicium,uel Tui est iudicij: modus loquendi,cum integram aut agendi,aut de re aliqua deliberandi facultatem,potestatemq; alicui datam significamus. ad Brut. Alius huius loquendi modi usus est. Tusc.1. Iudicium habere. Philip.1. Habemus enim

iudicia, quæ ab alijs, uel de nobis, uel de aliquo feruntur. *Iudicium ſubire.* de Orat.1. *Facere iudicium rei alicuius, & de re aliqua. Aliquando ſine præpoſitione & genitiuo.* Fam.13. *Cum genitiuo.* Fam.1. *Cum præpoſitione* De. Fam.11. *Cum præpoſitione* Ex. de Inuent.2. *Iudicio ſtare.* ad Att.8. *Iudicium confirmare.* Cic. *Nunc meum iudicium multo magis confirmo teſtimonio & iudicio tuo. Iudicium flectere.* Cic. *Si flexerit aduerſus alios iudicium ſuum. Iudiciũ mutare.* Sal luſt. *Profecto exiſtimabunt me magis merito, quàm ignominia iudicium animi mutauiſſe.* inde *Iudicium forenſe eſt, quod ex cauſa ipſa fit.* in Verr. Act.1. *Iudiciũ pro cauſæ actione.* Fam.9. *Iudicium conflare.* pro Roſc. Amer. *Iudicio circũuenire.* pro Cluent. *Iudicio perfundere.* pro Roſc. Amer. *Iudicio, uel in iudicium arceſcere.* Off.2. *Iudicium intendere.* de Aruſp. Reſp. *Vocare in iudicium, uel ad iudicium.* de Orat.3. *Adducere uel deducere in iudicium.* de Opt. gen. Orat. *In iudicium uenire.* pro Cluent. *Iudicio conflictari, id eſt, certare.* pro Qu. *Iudicium exercere.* pro Cæl. *Iudicium conſtituere.* pro Roſc. Amer. *Iudicium dare, prætoris erat, qui iudicium alij faciendum & exercendũ tradebat.* pro Flac. *Iudicium facere, extra forũ eſt, quod ſentimus, enuntiare uel declarare, quod uix abſque præpoſitione* De *reperias. Etiam eſt idem quod iudiciũ exercere.* pro Quint. *Iudicium committere, eſt fieri.* pro

Roſc.

Rosc. Amer. *Iudicium pronunciare. in Pison.* *Iudicia calêre. ad Att. 4.* *Iudicia frigere. in Verr. Act. 4.* *Iudicia silere. in Pison.* *Iudicia conticere. in Pison.* *Iudicia tollere. de Pro. Cons.* *Iudiciũ corrumpere. pro Cluent.* *Iudicium contaminare. in Verr. Act. 1.* *Iudicium constuprare. ad Att. 1.* *Iudicium rescindere. Cic. Simul ac tutè cœperis tua iudicia rescindere, mihi succensere desinito.* *Iudicio opprimere. pro Quint.* *Libera re iudicio. Cic. Iudicio liberarunt M. Aquilium patres nostri.* *Iudicatus, us, ui. Philip. 1.* *Iudicare. pro Flac.* *Iudicatum pro re iudicata. de Inuent. 1.* *Iudicatum facere, est quod Iudicis sententia constitutum est facere, uel Iudicis sententiæ parêre. pro Flac.* *Iudicatum soluere est, quod iudicis decreto imperatum est, illud soluere, uel pro eo satisfacere. pro Qu.* *Iudicatũ negare. pro Flac.* *Res iudicata. pro Syl.* *Re iudicata stare. pro Flac.* *Rem iudicatam rescindere. pro Syl.* *Infirmare, & irritum facere. contra Rull. & Philip. 11.* *inde Iudicatio. Fam. 3.* *Iudicarius. in Pison.* *& Iudicialis. ad Att. 13.*

Iudicum & iudiciorum ratio,

Vniuersas decurias sigillatim ad iudicãdum sedere solitas, sic dicũt. sed ex ea decuria, cuius uices tũ erant iudicandi, certus ac cõstitutus numerus assumebatur, sortibus ex urna ductis, cũ res aliqua nata iudiciũ poscebat. Eaq; erat prætoris potestas, qui ob id iudex quæstionis in criminalibus iudicijs uocabatur.

Iurgium

Iurgium,

Dißidij nescio quid habet uehementioris. Tusc. 4. & Iurgare. de Repub. Cic.

Iurisdictio,

Pro Flacco: Asiaticæ iurisdictioni urbana iurisdictio respõdebit. Iurisdictionẽ cõficere, uel absoluere. Fam. 2. Iurisdictionem intermittere etiã dicitur. de Arusp. resp.

Ius,

In eo est, quod uel ciuile, uel legitimum, uel publicum appellatur. pro Cecin. Summum ius Latinis scriptoribus est, quod leguleis Strictũ ius. Off. 1. Existunt etiã sæpe iniuriæ calumnia quadã, & nimis callida iuris interpretatione. ex quo illud: Summũ ius, summa iniuria. Terent. in Heaut. Colum. lib. 1. de Off. patrisfamiliâs: Summum ius, inquit, antiqui summam putabant crucem. inde Summo iure agere dicebant, pro eo quod est, nõ ex æquo & bono, sed iniquiore quodam iure & præfracto. pro Cecin. Solent eiusmodi iniquitati boni & æqui nomen, dignitatemq; opponere. Hoc ipse alibi ad extrema & inimicißima iura decurrere dicit, de eo loquẽs, qui bona ex edicto poßidenda postulabat, cũ tamen alia uia suũ seruare posset. pro Quint. Inde Aequo iure agere, uel Ex bono & æquo disceptare. ad Qu. Frat. Et is dicitur, qui non præfractè suo iure nititur, sed qui ciuiliori & cõmodiori iuris forma rem disceptari nõ recusat, uel qui

non

non callido & uersuto iure aduersarium urget, sed quasi de suo iure decedit, & remissius leniusq; agit. in Verr. *Act.4.* Cōcedere uel decedere de Iure suo dicitur.Cic. *Off.2.* *inde* Meo iure aliquid agere faceréue dicitur, idē quod Mea facultate, uel autoritate, uel cōcessa mihi omniū cōsensu libertate & potestate.de Orat.2. Dicimus interdū Pro meo iure, pro tuo iure, pro suo iure.Fam.13.& Iurè.Tusc.1. Iure optimo.Off.1. Iurè ac meritò.pro Dom.sua. Ius postulare. Philip.2. Ius constituere, uel statuere. pro Quint. Ius dicere. Dicit autem Ius, qui iudicia exercet, uel qui iurisdictioni præest, ut apud Romanos prætores, et nostra ætate iudices.Fam.13. Respondere ius, uel de iure.de Orat.1. Ius dare.de Leg.2. Ius habere.Fam.4. Iure esse, id est, ius habere.in Verr. Act.7. In ius uocare. pro Quint. Adducere in ius. pro Quint. Educere in ius.in Verr.Act.5. In ius adire.Cic. Cū ad prætorē in ius adissemus, &c. Ius suum persequi.pro Cecin. Ius suū exequi. Cæs.de bel Gal.1. Ius suum tenere.pro Cecin. Ius suum obtinere, uel retinere.in Verr.Act.3. Ius suum non obtinere, dicebāt ueteres eum, quem nunc Iustitiam habere, uel consequi non posse dicimus. Inde etiā A iure discedere & abire, Ius uiolare, peruertere, delere.

Iustitium,

Est iuris statio, et quasi inhibitio. Quod uerbū olim licet publicam iuris cessationem significaret, quo tempore

lege

lege agi nõ poterat,nec tria uerba Prætori *dicere licebat, do,dico,addico.* Poteſt *tamen & priuam iuris ceſſationẽ moribus noſtris ſignificare. Antiqui edicere, uel indicere iuſtitiũ dicebant. tum* Iuſtitium *remitti dicebatur,cum priſtinam facultatem tractandarum litium publicè reſtituebant. ad* Att.4. *Iuſtitium edicere.* Philip.6. *Iuſtitiũ indicere.* Philip.5. Remittere.T.Liu.10.*ab* Vrb.

Iuuare,

uel Adiuuare, *opem ferre, opitulari,adeſſe, &c.* Cic. *Tu me ut facis,opera,conſilio,gratia,iuua.*

LABEFACTARE,



*Amnũ inferre ſignificat.*Fam.12. *Interdum eſt turpificare:interdum uero cõminuere,uel damnũ inferre, diſſoluere,aut perfringere.*Fam.5.

Labes,

Cic.Labẽ *turpitudinis & inconſtantiæ,&c.* Labes *conſcientiæ,labes pernicioſa ciuitatis.* Dicimus quoq; Labẽ *aſpergere.in* Vati. Labẽ *eluere. de* Leg.2. Labes *pro terræ hiatu. Et licet uulgò ſit immũdities & macula, tamẽ occultiore et abſtruſiore ſignificato,* Latinis *eſt uiolenta quædã uel aquæ illuuies, uel tẽpeſtatis grãdinis'ue impetu importata calamitas,& ruina, aut cũ terra in altiſsimum hiatum aperitur.Cum autem labes ſit,terra deſidere*

dere dicitur, quando scilicet magnis imbribus, uel ignota alia causa hiatum facit. Cic. de Di. *Delata ad senatũ labes agri.* Labes eadem *significatione per translationẽ.* Cic. *An innocentiæ labem aliquam?*

Labi,

Labitur non qui sensim, ut quidam uolunt, aut leuiter deorsum it, sed qui celeriter cadit. Translatio *autẽ huiusmodi est: ut, quoniam casus eorũ esse solet, qui imprudenter, & tenere ingrediũtur: rectè ad errores quosuis trãsferatur.* Dicitur *etiã res labi, quæ dißipatur & perit: ut,* Malè *parta, malè dilabũtur.* Deinde *lapsos facultatibus* Iurisperiti *eo modo dicunt.* Etiã *ponitur pro diuertere, uel se dare.* de Leg. 2. *Labi re aliqua.* Philip. 7. *Labi in re aliqua.* de Nat. Deor. 1. Empedocles *autẽ multa alia peccans, in deorum opinione turpißimè labitur.*

Labor,

Cic. Nam *esset cũ infinitus, tum puerilis labor.* inde Laborem *adferre.* ad Att. 11. *Imponere.* pro Mur. Delegare. Fam. 8. *Suscipere.* Fam. 15. *Excipere.* Fam. 14. *Capere.* pro Rosc. Comœd. *Labori se dare.* Cic. *Sed cum rosam uiderit, tunc incipere uer arbitrabatur, dabat se labori, atque itineribus.* & Laborem *subire.* ad Att. 2. *Sustinere.* Cic. *In forensi labore, quem antea propter ambitionem sustinebã.* uel *Sustẽtare.* Sallust. *Postremò sapiẽtes pacis causa bella gerũt, laborẽ spe ocij susten-*

sustentant. *Labore fungi.Fam.* 1.*Laborem imperti ri.pro Mur.* *Labore se frangere,id est,uexare, & agi tare.pro Arch.Poëta.* *Laborem frãgi.Cic. Tu labores tuos,quod ædilis nõ sis factus,fractos esse,& abiectos,& repudiatos putas?* *Laborẽ cõsummere.Fam.6.* *Detrahere.Fam.3.* *Leuare,uel subleuare.de Perf.Orat.* *Labores exanclare.Tusc.1.* *Labore supersedere. Cic. Supersedeas hoc labore itineris.* *Parcere labori. ad Att.2.* *Labore carere. Fam.7.* *Compẽsare labores. Cic.Summi labores nostri magna compensati gloria, mitigantur.* *inde Laboriosus,quod & actiuè, et paßiuè ponitur.Et est actiuè,qui laborem non inuitus subit: paßiuè autem est,ad quod conficiendũ multus est opus labor.pro Cæl.& Fam.5.et 10.* *et Laborare, pro sollicitũ esse. et absolutè.Fam.1.& 7.* *Vel cum accusatiuo. Fam.5. Laborare de.Fam.2.* *Laborare pro.Fam.13.*

Lacessere,

Plerunq; in malum.Cic.Sed iustitiæ primũ munus est, ne cui quis noceat, nisi laceßitus iniuria. *Aliquando in bonum. Cic. Tuis me amantißimis literis laceßisti.* *Est etiam tentare ad pugnam,& ad concertationem.Fam.7.*

Lachrymæ.

Cic.Mihi lachrymulam Cypriani iudicij obiectas. *Dimus etiã Lachrymas excußit mihi,miseretq; me eius.Excire Plautus dixit,pro cõmouere.* *Cadere.Terẽt.Homini ilico lachrymæ cadunt,quasi puero,gaudio.* *Profundere.*

dere.in Verr.Act.3. Præbere.ad Att.3. Iacêre in la chrymis.Fam.14. Lachrymis cõfici.Ibid. Lachrymas tenere.Fam.7. Exarare.Cic.Hæc ita multis cum lachrymis loquebatur, ut ego mirarer eas tam diuturna miseria non exaruisse.

Lædere,

Non semper est, cum uulnus infligitur. Propriè enim est iniuria, uel contumelia afficere: & ad omne insectationis genus transfertur.Fam.1.

Lætari.

Cic.Mirabiliter mi Brute lætor, mea cõsilia, measq́ sententias à te probari de decemuiris. Et iungitur uel cũ accusatiuo.Fam.7. Vel cum ablatiuo. Fam.1. Dicimus etiam, Lætari in re aliqua. Philip. 11. & Lætificare. Cic. Quarum interuallo tum quasi tristitia quadã contrahit terram, tum uicißim lætificat.

Lætitia,

Interdum minus est quàm gaudium, aliquando idem ualet.Cic.Eoq; maior erat hæc lætitia, quod ad illa superiora accedebat. Dicimus autem, Lætitiam facere. de Finib.1. Adferre.Fam.10. Dare.pro Planc. Obijcere.Terent.Vt hanc lætitiam nec opinanti primus ei obijcerem. Conijcere in lætitiam.Terent.in Heaut. Lætitia afficere.Fam.15. Efferre. Fam.2. Lætitiam capere.Fam.9. Percipere.Cic. Percipietis etiam illã ex

Latere.

Dicimus Latet me, & Latet mihi. Cum accusatiuo, uel datiuo ponitur. in Catil. Orat. 1.

Latrocinari,

Est prædari, uel furari. Off. 2. inde Latro, qui est grassator, uel excursor, ex raptu & cæde uiuens. Off. 2. Latrocinium, quod est excursio. Fam. 2.

Laudare,

Significat nominare. Plaut. in Capt. Iouem supremũ testem laudo. Etiam citare & appellare significat. de Orat. 3. Laudare, pro nominatim citare, & ad sui defensionem accersere, appellareq; sumitur.

Laxare,

Propriè Laxatur, quod contentum & adductum est, ut arcus, habenæ, & similia. Translatè pro dilatare, uel pro remißius ac tardius facere, aut liberare & expedire. in Brut. inde Laxus, pro amplo. ad Att. 6. & Laxitas. Off. 1. Laxamentũ. ad Att. 12. Laxè. Cic. Habitare laxè, & magnificè uoluit.

Lenire,

Placare est, siue mitigare. & dicimus, Lenire odium, inuidiã, dolorem, miseriam, de quibus suo loco. Cic. Quod ipsum lenitur quotidie. Fam. 6.

Lentus,

Est tardus: & tam ad res, quàm ad personam pertinet,

net.ad Att.1. Lentitudo. Tusc. 4. Lentè. ad Att.2.

Leuare,

Est minuere, uel lenire. Ponitur etiam pro leuiorem facere, uel infirmare. de Inuent.2. & Leuare accusatiuũ habet, uel accusatiuum cum ablatiuo. Fam.4.6.& 9. inde Leuatio. Fam.6. Leuamen. ad Att.12. Leuamentum. Ibidem.

Libente aliquo,

Vel summa, uel secunda alicuius uoluntate aliquid facere. Facimus autem aliquid aliquo libente, id est, non inuito: quod magis paßiuæ significationis esse uidetur, quàm actiuæ. Fam.13.

Liber,

Dicitur interdum priuato uelut quodam nomine, qui sui est iuris, ac mancipij: aut qui in sua potestate est, id est, ingenuus, & nullius dominationi pârens, cui opponitur Seruus. in Paradox. Et Liberi in plurali numero dicuntur filij. quo nomine etiam utimur aliquando, de uno tantum filio loquentes. pro Cluent. Ponitur etiam pro expedito, soluto, & nulla re implicato, aut nullius uoluntati nutuiq; submisso. Pertinet autem tam ad res, quàm ad personas. Ac uel sine casu ponitur. de Diuinat.2. Vel cum ablatiuo. de Arusp. Resp. Vel cum accusatiuo & præpositione Ad. de Nat. Deor.1. Vel cum ablatiuo & præpositione. Off.1. LIBER substantiuè, pro opere, uolumine, scriptis, uel monu mentis ponitur. Et ali.

quando opus integrũ significat, aliquando pro certa parte operis est, ut Vergilij Aeneis in duodecim libris distinguitur. Et ducta est significatio Libri à libro, pro cortice, nam ante usum chartæ in cortice scribebãt, quæ liber appellabatur. Fam. 3. 6. & 7. & Libellus significat aliquando paruum librum. de Orat. 1. Interdum pro epistola, uel literis. Fam. 11. Interdũ pro codice, in quo reponuntur & scribuntur ea, quorum memoriã seruari uolumus. ad Att. 6. Nonnunquam aliam significationem habet. ad Att. 16. Libellum Tranquillus in Augusto uocauit schedulam supplicem, qua postulata populares principibus exponere solẽt. Vnde A libellis dicti ministri, qui principi in hoc negocio subseruiunt. Magistri requæstarum, aut postulationum magistri, sunt Præfecti libellorũ.

Liberalis,

Nõ semper ad munificentiã refertur, ut cũ dicimus Liberalem formã, faciẽ, et Liberales artes, quas ingenuas uocat Cicero. Idẽ alibi: Hominẽ facillimũ, liberaliſsimũq; cognosces. inde Liberalitas. Cic. Videndum est igitur, ut eã liberalitate utamur, quæ prosit amicis, nemini noceat.

Liberare,

Est libertatem dare, soluere, relaxare, uel expedire. Absolutè. Cic. Eodem capite obligata omnia liberantur. Vel cũ accusatiuo, ut Liberare fidem, pro fidem uel promissum præstare. Fam. 12. Vel cum accusatiuo & ablatiuo sine præpositione. Tusc. 1. Vel cum accusatiuo & ab-

et ablatiuo, interiecta præpositione A *uel* Abs, E *uel* Ex. Cic. *Te item ab eo uindico & libero. Item:* Te à *quartana liberatum gaudeo.* *inde* Liberator. *ad* Att. 14. & Liberatio. *in* Pison. & Liberè, *quod est solutè, retenta libertate, nullo timore, nullo metu, nulla assentatione.* Cic. *Constanter & liberè me gessi.*

Libet,

Vel Libitum *est, uel* Collibitum *est*. *ad* Att. 2. Non *libet fugere, aueo pugnare.* Libitum *est*. Famil. 16. *Vt simul ac mihi collibitum sit de te cogitare, illud occurrat.* Et *alibi:* De *quo genere libitum est mihi*.

Libertas.

Vallam *lib*. 4. *cap*. 17. *lege*. Libertas *à uitio remotior est,* Licentia *uitio magis affinis: ut uix libertatem in malam partem poni uideas sine adiectiui, aut alius nominis adiunctione, quod uitiū designet.* Off. 1. & Libertatem *dare*. Cic. Libertatem *seruo dedit.* *uel* Largiri. Cic. *Libertatem largiri populo, ut autoritate ualeat.* Libertatem *concedere. pro* Planc. Libertatem *recipere, uel accipere.* Cic. A *quibus libertatem accepisset.* Libertatem *habere. pro* Sest. *uel* Tenere. *de* Orat. 1. *uel* Retinere. Off. 2. *uel* Præcidere. *in* Verr. Act. 5. *uel* Adimere. *pro* Dom. *sua.* Item Amittere. *pro* Dom. *sua.* *uel* Perdere. *pro* Rab. Posth. & Liberum. Cic. *Solum uero liberum existimatur esse, alterum laudare.*

Libertinus.

Vide Vallam lib.4.cap.1. Cic. Sunt etiam libertini optimates. & Libertus. Cic. Seruos nostros libertos suos fecisset.

Librarius,

Aliquando adiectiuum est cum substantiuo. Philip.2. Sic adiectiuè cum suo substantiuo expresso interdum ponitur. Interdum uero sine substātiuo, tametsi adiectiuum sit: & tunc subintelligitur homo, uir, uel seruus. diciturq; Librarius, qui libros scribit. Fam.16. Sed & Librarij compositorum ij erant, qui perscribebant, quid quisque apud signa deposuisset. Lege de hac re Vegetium.

Licere,

Vulgaris huius uerbi usus est, cū sic loquimur, Hoc licet, uel non licet: uel cum impersonale est, ut Non licuit te mihi hodie inuisere. Pro Licere dicimus etiam Licitū est, ut pro placere placitum est. ad Att.2. Licet, id est, facile est. Off.1. Licet cum per: ut, Licet hoc mihi per leges facere, uel non licet per leges facere, id est, legibus approbantibus, uel improbantibus. Fam.1. Licere cum accusatiuo & datiuo, uel cum duobus datiuis. ad Att.1. & 10. Licet absolutè positum. Fam.13. Licet coniunctio. de Leg.3. inde Licentia, quæ est libertas immoderata, & dissoluta quædam rerum impunitas. Off.2. Licentiam dare. Off.3. Licentiam permittere, concedere, uel lar-

giri. Acad.2. Licentiã obtinere, uel assequi. ad Att. 10. Licentiam habere, uel poßidere. pro Font. Licentiam patere. de Amic. Licentiam pręcidere. in Verr. Act. 5. Licentior, paulo liberior, uel quasi licẽtia abutẽs. Plin. Licentiore epistola narrare cõstitui. & Licẽter. pro Cæl.

Limare,

Verbum fabrile, à lima ductum, qua ferrũ aut aliquid aliud teritur. & ponitur translatè, pro polire, uel quod supervacaneum est detrahere, expoliendi causa. Dicimusq; Limare aliquid, uel de re aliqua: & Limare re aliqua, uel ad aliquid. ita uel accusatiuum habet, uel ablatiuum cum præpositione De, uel ablatiuum sine præpositione, uel accusatiuum cum præpositione Ad. de Orat. 1. & 3. & Off. 2. inde Limatus. Fam. 7.

Lis,

Vt plurimum quidem in foro uersatur, interdum tamen extra forum est, & pro rixa, uel qualibet concertatione ponitur. de Leg. 1. Litem intendere. de Orat. 1. Litem inferre. pro Cluent. Litem contestari dicuntur duo aut plures aduersarij, quòd ordinato iudicio utraque pars dicere solet, Testes estote. est enim Contestari idem, quod palàm testes ciere. in Verr. et pro Rosc. Litẽ perorare, id est, causam dicere. Off. 3. Litem dare, est iudicare. pro Rosc. Comœd. Litẽ æstimare. et Lis æstimata uocabatur pecunia mulctatitia, & nummaria sententia: ut hodie cum iudices certa summa, actorum dispendia

&

& incommoda æstimantes, certæ pecuniæ reos damnāt. Sic in iudicio repetundarum fiebat. Nam repetundarum causa (inquit Asconius) ita se habet, ut si reus conuictus sit atq; damnatus, is pecuniam reddat æstimata lite, hoc est, in precium redactis omnibus furtis, quam summam pecuniæ proscriptis damnati bonis sectores curabāt. Litis autem æstimatio ita appēdix erat damnationis, ut hodie ex formula iudiciali: id est, quod damna & interesse uocant. pro Mur. Litem capitis æstimare, est actione rei persecutoria non uti, sed criminaliter intendere: & ut uulgò loquimur, conclusiones capitales concipere. pro Cluent. Litis æstimatio. Ibid. Litem suam facere. de Orat. 2. Nostro tempore litem suam facere iudices uidentur, cum nimium in alterum litigatorum propensi, non tantum disceptatoris et arbitri partes, sed etiam causidici usurpāt, studium suū præ cupiditate prodentes. Litem in rem suā uertere, pro eo quod est, rem inter duos cōtrouersiam adiudicare sibi, scilicet cū iudex ita cum litigatoribus agit, ut ei iure suo cedat. Liuius lib. 3. ab Vrb. cond. Litem perdere. de Orat. 1. inde Litigium, uerbum antiquum, quo Comici utebantur, poniturq; pro controuersia, uel lite. Plaut. in Cas. Litigare in foro. Fam. 9. Extra forū. ad Att. 13. Litigamus enim de re qualibet cōtrouersa, non magis in causis forensibus, quàm in alio quouis negotio. et Litigiosus, cōtrouersus, ad rem refertur. de Orat. 3. Ad personam. pro Cecinna.

Literæ,

In plurali numero, quemadmodum in singulari, duplicem significationem habent. Litera enim in singulari numero elementum aliquando significat, ut a, b, c. Fam.15. *Aliquando scribentis manum denotat.* ad Att.2. *Literæ uero in plurali numero pro epistola nonnunquam ponuntur, nonnunquam etiam pro studijs, uel doctrina, uel eruditione.* Fam.5. *Inde sunt hæ loquendi formulæ: Unæ literæ.* Fam.2. *Literæ antemeridianæ.* ad Att.13. *Literæ postmeridianæ.* ad Att.12. *Literæ recentes, uel proximæ, pro recentibus.* ad Att.4. et 5. *Veteres.* Cic. *Etsi tuæ literæ (sed iam nimis ueteres) recte sperare iubent.* *Antiquæ.* ad Att.7. *Literæ humanæ, uel sparsæ humanitatis sale, suaues, facetæ, refertæ officio, amabiles.* Fam.3. *& Literæ aculeatæ, stomachosæ, atroces, odiosæ, ardentes, minaces, acerbæ.* Fam.3. & 9. & 16. *Literæ languidæ, uel somnum afferentes.* ad Att.9. *Literæ disertæ.* Fam.3. *Literarũ sermo.* Fam.11. *Prudentia.* ad Att.6. *Diligentia.* ad Att.7. *Inanes literæ.* Fam.6. *Literæ rerum plenæ.* Fam.10. *Literarum multitudo.* Cic. *De me, meisq; rebus, ne uobis multitudine literarum molestus essem, ad Lælium perscripsi.* *Literarum crebritas.* Fam.3. *Literarum breuitas, uel loquacitas.* Fam.9. & 11. *Literarum exemplũ.* Fam. 3. & 6. *Aliquando pro monumentis, memoria, uel testimonio ponitur, à qua significatione manarunt hæ locutiones,*

tiones, consignare aliquid literis, mandare literis, consecrare literis, custodire literis, extare literis, dare uel dedere se literis, uel referre se ad literas. ad Att. 4. *Da quæso te huic etiam generi literarum.* *Abdere se in literas, uel inuoluere se literis.* Fam. 7. & 10. *Literas attingere.* de Orat. 1. *Discere.* Cic. *Ne habeat Plancus Bursa, apud quem literas discat.* *Vorare.* ad Att. 4. *Literas esse in aliquo.* Fam. 15. *Literas scire.* in Brut. *Literis politus.* in Pison. *Doctus.* in Brut. *Eruditus.* de Diuinat. 2. *Literas nescire.* in Brut. *Dicimus etiã Scribere literas.* Fam. 3. *Exarare, pro scribere. nam Exarare propriè ad rem rusticã & agriculturam pertinet. Translatè, pro scribere. nimirum, qui stilo scribunt, & lineas in codicillis ducũt, ij quasi sulcos aratorũ exemplo ducere uidentur. Obseruabis autem diligenter, in hoc uerbo tacitam quandã breuitatis significationem inesse. Exarare enim ponimus, cum designamus aliquid à nobis uel negotiorum magnitudine oppreßis, uel fastidiosè & negligenter, lenteq; nõ tam penè scriptum, quàm quoquo modo excidisse.* ad Att. 12. *Literas cõficere.* Cic. *Cõficere literas plures nõ potui.* *Literis appellare, uel scripto lacessere.* Fam. 12. & 15. *Literis obstrepere.* Fam. 5. *Literas elicere.* ad Att. 7. *Literas mittere.* Fam. 3. *Literarum mißio.* ad Qu. Frat. *Literas dare. & Literas ei damus, qui laturus est: & ad illũ, qui accepturus est.* Fam. 2. & 4. *Literas committere.* Fam. 1. *Literis committ-*

committere,uel cōmendare.Fam.11. Afferre, uel perferre literas. Fam. 2. & 5. Literas referre. Cic. Erit *quoq; tuæ fidei & humanitatis, curare, ut is tabellarius quem ad te misi, reuerti poßit ad me, & à te mihi literas referat. Literas reddere.Fam.3. Literas dare, pro reddere.Fam.7. Literas accipere. Fam.1. Literas expectare.Fam.2. Vehementer.Fam.10. Auidè.Famil.12. Mirificè.ad Att.1. Maximè.ad Att.5. Literas requirere,uel desiderare. Fam.9. Literas uenire alicui ab aliquo.Fam.11. Literas uolare,id est, celeriter afferri.ad Att.2. Literas commeare.ad Att.8.* Intermittere. Cic, *Nostro more tamē ne patiamur intermitti nostras literas. Literarum intermißio.Fam.7. Literarum interuallum. Fam. 7. Tempus mutum à literis.ad Att.8. Literas conquiescere.Cic.Sed quoniam abes,& scribendi neceßitas nulla est,conquiescant literæ, nisi quid noui acciderit. Literas intercipere.ad Att.4. Literas in alienū, uel in alicuius manus incidere. ad Att. 2. Literas aperire. Cic. Vulturius uerò subitò proferri literas,atq; aperiri iußit.* Resignare. Cic. *Nā quod resignatæ sint literæ,&c.* Recitare.Fam.10. *Literas loqui.Fam.3.*

Literatura,

A Cicerone ponitur pro ipsa scriptura, aut pro doctrina literis & studio cōparata. in Partit. & Philip.2. Literatus.Fam.9. Literatè. in Bruto.

Loco filij habere,

Nõ ita accipitur, quòd ille antea erat ubi tu nũc apud me sis: sed quod in ea charitate & obseruantia, qua ille aut fuit, aut est, aut esset, aut esse debet. Terẽt. *Si te in germani fratris dilexi loco.* & *Loco fratris esse, uel in loco.* Fam.12. & de Orat. 2. *In locum patris alicui succedere.* Cic. *Meq; his in patris locũ successisse existimes. Aliquem alicui esse in maiorib.* Fam. 7. *Esse in, uel erga aliquem.* Fam.2. ad Att.7. *Esse alicui cum aliquo, supponitur Amor uel Amicitia, uel Cõsuetudo.* Fam.15.

Locuples,

Egenti opponitur, & pertinet tam ad res, quàm ad personas. ad Att.7. *Inde uerbum Locupletare, est fortunis ornare, uel diuitem facere.* Fam.2.

Longinquus,

Idem est quod longus, uel diuturnus, uel remotus. & uel de personis dicitur. Fam.15. *Vel de loco.* in Verr. Act.5. *Vel de tẽpore.* ad Att.9. *inde Longinquitas, uel loci est, & opponitur propinquitati.* Fam.2. *Vel temporis est, & ponitur pro diuturnitate.* Fam.6.

Longus,

Significat longinquitate productum, diuturnum, uel procerum. Estq; temporis, uel loci. Cic. *Cupiebam epistolam longißimam facere. Dicimus hinc ex hoc nomine, Ne longus sim, ne lõgum sit, ne longũ faciam.* & *Longum*

faciam,

faciam. & Longum est, uel Longũ esset, id est, longa oratione opus esset, uel est. Cic. De omnibus longum est dicere. Item dicimus, Nihil mihi longius est, pro nullius rei tanta cupiditate, aut expectatione teneor. Fam. 11. itẽ Longulus. Cic. Longulum sanè iter, & uia inepta. uel Longiusculus. Cic. Quod epigramma in eum fecisset tantũmodo alternis uersibus longiusculis. & Lõgitudo, quæ est diuturnitas, lõginquitas, uel proceritas. in Verr. Act. 4. Longè ponitur à Latinis pro procul, id est, longo interuallo. & in hac significatiõe aut loci est. pro Flacco. aut tẽporis. Cic. Longè in posterũ prospicere. Vel cum Esse ponitur. Cic. Bidis oppositum est nõ longè à Syracusis. Vel cum genitiuo. Fam. 11. Vel pro multũ, uel ualdè, ut uel cum superlatiuo sit, uel cum alijs tum uerbis, tum nominibus & particulis indeclinabilibus iungatur. Verbis, ut præstare, superare, tribuere, excellere, antecellere, & pluribus alijs similibus: Nominibus uel particulis indeclinabilibus, ut est Alius, diuersus, dißimilis, aliter, diuersè, secus. Cũ superlatiuo. Fam. 13. Cum uerbis uel particulis indeclinabilibus. in Ver. Act. 7. Cum nominibus uel particulis. Fam. 5. Longius aduerbium. in Bruto. Longißimè. pro Plancio.

Loqui,

Dictãtis uel dißipãtis est: et uel accusatiuũ, uel infinitiuum, uel adiectiuum habet. Fam. 4. & 6. Loqui De. Fam. 8. inde Loqui ad uoluptatem. de Amic. Ad uoluntatem,

luntatem,id est, assentari.pro Quint. In sententiam. Cæs.de bell.Ciuil.lib.1. In eandem rationem,id est, assentiri.in Verr.Act.3. Loqui malè absenti.Terēt.Pergin' hero absenti malè loqui impurissimè? Est etiam congredientiū, & significat sermonem habere, uel uerba facere.Fam.1.& 4. Est etiam uerba tantū facientis,& sermone utentis,huius uerbi significatio.in Bruto. & Latinè loqui,ubi Latinè aduerbiū magis ad animū refertur,quàm ad linguæ sonum:& ponitur pro apertè,clarè, uel planè,nullo astu,nulla malitia, nulla fraude, nullo uerbi ambigui prætextu.Philip.7.& in Verr.Act.6. Extra personam egreditur aliquādo iste huius uerbi usus,& dicitur res loqui, uel literæ, uel annales, uel oculi: ac tum Loqui significat indicare,ostēdere, uel probare. Fam.15. Ablatiuum habet cum præpositione.Fam.9. Aut accusatiuū,cum Inter.Fam.9. inde Loquutio fit,à loqui.in Bruto. & Loquela.de Finib. 4. & Loquax,id est, multus & nimius in loquēdo.pro Flac. & Loquacitas. Fam.6. Loquaciter.pro Murena.

Lucere,uel lucescere,

Cic.Subito consiliū cepi,ut antequam luceret,exirem. Terent.Lucescit,hoc iam cesso pultare ostiū uicini? Et dicitur propriè de eo quod splendet. Cic. Luna luce lucet aliena. Translatè,quicquid excellit & cū quadam præstantia uiget, uel patet, & sicut lux undequaque splendet. Off.1.

Lucrari

Lucrari,

Est lucrum uel quæstum facere.Off.3. & Lucrificare.in Verr.Act.5. inde Lucrum.Cic.Dat de lucro,nihil detrahit de uiuo. Lucrum ligurire. in Verr. Act.4. Lucrum facere.Fam.11. in Lucro ponere.Antiqui ponere se in lucro dicebant, quod uelut præter spem eueniebat.Fam.7. Lucro esse,uel Lucrũ esse.in Verr.Act.7.

Lucubrare,

Vel lucubrari ponitur pro cõponere,uel scribere,sed cũ quadã accuratiõe.ad Att.7. inde Lucubratio.Fam.9.

Lugere,

Cic. Senatum Reip. occasum atq; interitum lugere uetuisti. inde Luctus.uide Cic. lib.4. Tusc. & Luctum haurire.pro Sest. Incidere in luctum. Off.1. Luctũ percipere. Fam.14. In luctu esse . Fam . 9. & Luctum manere. Cic. Equidẽ adhuc miser,in maximis meis ærumnis & luctibus, hoc metu adiecto maneo Thessalonicæ suspẽsus. Luctu confici. Cic. Quare cum me afflictum & confectum luctu audies , existimato me stultitiæ meæ pœnam ferre grauius, quàm eueniti. Luctũ leuare.Fam.4. Tollere uel deponere.Fam.5.

Lumen,

A luce nihil differt.de Diuinat.2. Aliquãdo pro eo, quod uel lumẽ recipit,uel lumẽ emittit,ponitur. in Bruto. Translatè,pro præstantia, aut præstabili nota,et indicio,

uel

uel celebritate.ad Qu.Frat. Interdũ accipitur pro quodam quasi adiumento, quod licet uix extra propriam significationem egrediatur,tamen ad opem,uel subsidium, uel ornamentũ reflectitur.Sed hoc maxime in obscuris,ut Lumen memoriæ adferre,lumen rebus adhibere.de Orat. 2. Obstruere luminibus, significat altius ædificando, uel obiecto pariete,uicinis ædibus lucem detrahere.Tametsi propriè ad res referatur, aliquando etiam eleganter transfertur.Propriè.pro Dom.sua. Translatè.in Bruto. Luminib.officere.pro Rab. Dicimus etiã Lumẽ ciuitatis:& is dicitur, qui ciuitati præ cæteris ornamẽto est, aut cuius uirtute & nomine clara est ciuitas, uel in quo diuina quædã uirtus elucet.pro Mur. etiã Luminare, pro lumine.Philip.2. Lumen præferre, pro cõsiliũ dare,uel mentem inijcere,uel moderari, aut in re aliqua gubernare.Et ductum est ab ijs,qui nobis in tenebris prælucent, id est, qui ante nos lucem uel lumen ferunt, quorum quasi ductu ambulamus & progredimur. pro Sylla.

Lustrare animo,

Est peragrare.de Nat. Deor.2. Est etiam circumspicere,uel circumire,ut lustrare exercitum.ad Att.5. & de Diuinat. 1. Cum imperator exercitum, censor populũ lustraret bonis ominibus, qui hostias ducerent eligebantur. Monet hoc Ciceronis exemplũ, solennem quondam fuisse,aut populũ,aut exercitus lustrandi morem:& Lustrare hoc loco pro expiare poni, hoc scilicet sensu, ut cũ


uel populum censores, uel imperatores exercitum lustrarent, certis & statis quibusdam ceremonijs omen omne, aut à populo, aut ab exercitu deprecarentur: & in hunc modum populum, uel exercitum expiarent. Et *lustrum purgatio est urbis, quæ in sacrificijs fiebat.* Liuius lib. 1. *Omnes centuriæ & equites in Campum Martium conuocati, sue, oue, tauro cæsis, immolarunt. Quod lustrum dictum est, sicq; à sacrificio illo census obtinuit nomē lustri, quod quinquēnale spaciū significat, autore Festo: in quot annos prædia locari olim solebant, ut nunc in ter ternos, id est, nouenos. Lustrum enim à luendo dictum est, id est soluendo, Varrone teste: ideo quod quinto anno uectigalia, tributaq; exigebantur. Lustrum uero à Latinis uocatur, quod Olympias apud Græcos dicitur, id est, quinquēniū.* A *Lustrare, quod expiare est, fit Lustrale, id est, quod ad lustrū pertinet.* Liui. lib. 1. ab Vrb. cōd. *Sacrificiū lustrale in diem posterum parat.* Fit etiam *Lustricus*, unde *Lustrici dies infantium appellantur, quibus infantes lustrantur, & nomina eis imponuntur.* Macrob. 1. Satur. *Lustricus olim dies appellabatur, quo pueri lustrabātur, & nomen accipiebant.* Hodie *Lustricum diem appellare in religione Christiana possumus, diē baptismi.* Tranq. in Claud. *Eiusdem futuræ infelicitatis signum euidens die lustrico extitit. Qui infantes lustrant, Lustratores uocantur. & si fœminæ sunt, Lustratrices.* Latinè etiā appellare possumus *Lustralem aquam, quam Barbari aquam benedictam*

nedictam uocant. Lustrare igitur animo, translatum est, & ab oculis ducitur. nam quemadmodum oculos in ea, quæ lustramus, conijcimus, ita quæ animo lustramus, in ea mentis, animi, & rationis aciem intendimus. Off. 5.

Lux,

Pro claritate & lumine ponitur. Sed etiam pro ipsa die ponitur & numeratur, & pro tempore. Cic. Centesima lux est hæc ab interitu P. Clodij. Ponitur etiam pro uita. pro Qu. inde Lucis usura. in Verr. Act. 7. Lucē aspicere, quod est uita frui. et Lucem accipere, pro in uitam suscipi. pro Cluent. Translatè pro auxilio, uel ope, aut pro dignitatis restitutione. pro Leg. Manil. Etiam pro ornamento, uel capite accipitur. Cic. in Catil. Sumitur etiam pro celebritate, uel nobilitate. Fam. 2. Ante lucem. Fam. 1. Prima luce. Fam. 4. Luci. Cic. Quis audeat luci? quis in militari uia? quis bene comitatum? quis illustrem aggredi? & Luce. Off. 3.

MACTARE,



ROPRIE est sacrificare uictimis cæsis. Interdum pro interficere ponitur, interdū pro augere. & tam in malam, quàm in bonā partem capitur. In bonam. Cic. Ferunt laudibus, mactant honoribus. In malam partem, tam pro interficere, affi cere, quàm plectere. Cic. in Vat. inde Macte dictio, quæ

cũ à Mactus uenit, solũ in uocatiuo usurpatur. & est uox hortantis, & cum genitiuo, uel ablatiuo iungitur. aliquando aduerbium est. De genitiuo, *Martialis: Macte animi, quem rarus habet, morumq; tuorum.*

De ablatiuo. Cic. *ad* Att. 12. *Aduerbialiter. ad* Att. 15. *pro eximie, uel egregiè. Mactare* Deos, *pro* Dijs *mactare.* Cic. *in* Vat.

Maculare.

Cic. At etiam eo negotio M. *Catonis splendorem maculari uoluerunt. & Macula propriè est sordes & turpitudo, qua pannus infici poßit. Sed quoniam maculis infectus pannus, turpior esse solet, fit ut macula à* Latinis *pro turpitudine & infamia ponatur. pro* Cluent. *Accipitur etiam pro foramine retis, uel plaga. in* Verr. *Act.* 7. *Maculam concipere. pro* Rosc. *Amer. Esse maculæ. ad* Heren. 4. *Maculam inurere. Cic. in Sallust. Maculis aspergere. pro* Planc. *Macula afficere. pro* Rosc. *Amer. Maculam suscipere. Cic.* Ne *qua insignis huic imperio macula, atq; ignominia suscipiatur. Maculam eluere. pro Sest. Delere. pro* Leg. *Manil.*

Magis,

Significat plus, uel præter: quod uel simplex poni solet, uel geminatum intertexta coniunctione, aut attexta geminatione. Simplex autem huius aduerbij usus huiusmodi est, ut uel solum sit, uel cum Quàm, *uel* Atq;. Fam. 1. & Off. 1. *Vel cum* Hoc, Eo, Quo, *uel* Multo. Fam. 16.

uel

uel cum Esse *: idq; illustriori, quàm cum cæteris elegantia. Vel accusatiuum habeat, uel aliud aduerbium. ad* Att. 16. *Geminatum.* Fam. 2.

Magister

Dicitur, cuius autoritatem & exemplum in re quauis sequimur, uel cui præcipua rerum cura incũbit. Hinc magistros pagorum, societatum, uicorum, collegiorum appellant, qui pagis, uicis, societatibus, collegijsq; præsunt. Dictos magistros uult Festus, *quod cæteris magis poßint, uel quod magis quàm cæteri diligentiam & solicitudinẽ rebus, quibus præsunt, debent. Interdũ pro præceptore, uel doctore artium. ad* Qu. Frat. *Interdum translatè ponitur, & egreditur personam.* Philip. 2. *Aliquando uero pro eo ponitur, non qui nos disciplinam docet, aut arte instruit, sed quem in re aliqua imitamur.* Fam. 11. *Item ponitur pro eo, qui rei alicui præest, uel cuius præcipua est autoritas in re aliqua. Vnde uocamus* Magistros *societatis, uel rei alius, qui illi rei præfectus est. Hinc dicũtur* Magistri *equitum, uel* Magistri *scripturæ.* Fam. 13. *&* Magister *equitum dicitur, cui summa potestas in equites erat: addebaturq; Dictatori, cui summa potestas erat in populum, unde &* Magister *populi dicebatur.* ad Att. 9. *à Magistro fit Magisterium, sic à ministro ministerium. Est autem Magisterium magistri dignitas, seu officium. de Senect. &* Plaut. *Virtute id factum est tua, & magisterio tuo.*

Magistratus,

Autore Festo, significat eum, qui in potestate aliqua est constitutus, ut est consul, proconsul, prætor, proprætor, & alij qui ciuitatibus & prouincijs præsunt. Sæpius potestatem, seu officium designat. Fam.8. *Et magistratus uitiosus dicitur, qui aut nõ satis enucleatis suffragijs, aut contra augurum, qui de cœlo seruassent, obnuntiationem, neq; saluis auspicijs designaretur. Item dicimus, Magistratum petere.* Fam. 7. *Creare.* Fam.13. *Ordinare.* ad Qu. Frat. *Constituere.* pro Quint. *Facere.* Fam.9. *Legere suffragijs.* Cæs. de bell. Gall.6. *Magistratum mandare.* pro Mur. *Dare.* contra Rull. *Adipisci.* Off.1. *Assequi.* in Pison. *Designare.* Fam. 10. *Designabantur enim Magistratus suffragijs post candidatorũ petitionem. Declarare.* pro Mur. *Renũtiare.* Philip.2. *Accipere.* ad Att.6. *Inire.* Philip. 5. *Ingredi.* Sallust. in Iugurth. *Gerere.* Fam. 4. *In magistratum uenire.* Fam.12. *Esse in magistratu.* Famil.12. *Magistratum peragere.* Fam.12. *Infringere.* de Orat.1. *Abrogare.* Cic. *Qui collegæ magistratũ per seditionem abrogauit. Deponere.* Cæs. de bell. Gall. 7. *Abdicare.* Sall. in Catil. *Abdicare se magistratu.* Philip.3. *Abire magistratu.* Fam.5. *Magistratũ imminuere dicebãt antiqui, id quod etiã dicimus Derogare iuribus, & prærogatiuis officij.*

Magni-

Magnificus,

Dicitur lautus, uel summo splendore præditus, non tenuis aut exilis, sed abundans, & eximiè paratus atq; instructus. Magnificum alijs uerbis nonnulli sic interpretantur, uidelicet qui in magnis pro dignitate sumptum facit, uel qui circa publicam administrationem impensas facit honorificas, ueluti in ludis, in rebus Dijs sacrificatis, in ædificijs, in epulo publico, non qui in seipsum sumptuosus est. Pertinet uero tam ad res quàm ad personas. Fam. 7. & 9. & Magnificentia, est splendor, uel est rerum magnarum & excelsarũ cum animi ampla quadam & splendida propositione agitatio, & administratio. Off. 1. & Tusc. 5. & Magnificè, quod est splendidè, uel lautè, magna copia, uel ubertate magna. Off. 1.

Magnitudo,

Est amplitudo, moles, uel ubertas. Fam. 1. & 2.

Magnopere,

Vel Maximopere, significat summè, uehementer, summo studio. Fam. 1.

Magnus,

Dicitur amplus, non paruus, non mediocris, latè longeq; patens. Et ad personam refertur, & ad res. Et cum ad personam pertinet, ponitur pro præstanti, uel excellenti, aut potenti: uel pro eo, qui præcipua quadam autoritate est, uel celebritate. Ac dicitur aliquis magnus in re ali

qua, uel magnus re aliqua. Off. 2. & 3. Ad res. Fam. 1. Magnum neutro genere positum, illustriorem nõnunquã elegantiam habere uidetur, maximè cùm loco substantiui est. Tusc. 1. Magnum facere, est augere uel efferre: & tam ad personas, quàm ad res pertinet. Et facimus magnum uerbis, laude, fama, bonis, copijs, &c. in Brut. Magno absolutè ponitur, pro magno precio, idq; cum uerbis æstimandi, uendendi, cõparandi, & emendi. ad Att. 5. Et Magni etiam ornatè in genitiuo ponitur, æstimationẽ uel probationẽ habẽs: iũgiq; solet cũ facere, uel esse. Fã. 13.

Maiestas,

Propriè apud Romanos populi erat. Populus enim sciscere solebat, & iubere. Cic. lib. 3. de Leg. & Maiestas uulgo est omnis amplitudo et dignitas, uel principis, uel imperatorum, uel populi, uel Senatus. Transfertur nõ nunquam ad alia. nam & in oratione Maiestatem uocamus, pro graui quodam gestu, & oris cõstantia. de Amic. Inde dicimus Maiestatem cõstituere. Sall. Maiores nostri parandi iuris, & maiestatis constituendæ gratia, &c. Conseruare. pro Corn. Balb. Retinere. in Orat. perf. Imminuere, uel minuere. Philip. 1. Soluere, pro minuere. Liuius de bel. Pun. 2. Lædere. Sueton. in Claud. Ex quibus uerbis apparet maiestatem pop. Rom. læsam maiores ob id existimasse, &c.

Maior.

Maiores dicimus pro superioribus, uel patribus, qui longo

longo interuallo antecesserunt, quorumq; posteriores sumus, ut aui, proaui, attaui, tritaui, & ante hos in infinitũ. Philip.3. Etiam maior ad ætatem refertur, ut In maioribus: sed multo minus est ætatis, annorumq; spacium in Maiore, quàm in Maioribus. ad Qu. Frat. Maiusculus inde. Famil.9,

Maledicere,

Idem quod conuiciari, aut male de aliquo loqui. Cic. Dic mihi, inquit, M. Pinari, num si contra te dixero, mihi maledicturus es, ut cæteris fecisti? inde Maledicus. pro Flac. & Maledictum. Cic. Maledicto quidem idcirco nihil in hisce rebus loci est, quod omnia laus occupauit. inde Maledictum arripere. Cic. Quare cum ista sis autoritate, non debes Marce arripere maledictum ex triuio, aut ex scurrarum aliquo conuitio. Maledicta in aliquẽ dicere. pro Plan. Maledicti loco ponere, uel obijcere in loco maledicti. pro Cluent. Maledictum in aliquẽ cõijcere. pro Plan. Maledicta in aliquem conferre. ad Att. 10. Maledicta congerere. Philip.3. Maledictorum notis inurere. Philip.13. Maledictis figere. de Nat. Deor.1. Vexare. pro Flac. Maledictum extinguere. pro Dom. sua. & effugere. pro Flac. inde Maledictio. pro Cælio.

Maleficium,

Pro animi uitio ponitur, & pro damno quod ab homine malefico infertur. pro Cælio, & pro Rosc. Amer. &

ad Heren.2. Maleficium suscipere.ad Heren.2. Maleficium facere.ad Heren.1.& de Inuent.1.& pro Cæl. Maleficium committere, uel admittere. pro Rosc. Amer. Maleficio se contaminare. pro Rosc. Amer. A maleficio temperare.ad Heren.2. Prohibere à maleficio. Cæsar: Finitimis imperauit, ut ab iniuria & maleficio se, suosq; prohiberent. Maleficium persequi. Sallust. in Catil. Cætera maleficia persequare, ubi facta sunt, &c. Maleficiosus. Cic. pro Cecinna: Cum hoc nouæ litis genus tam maleficiosæ intenderet.

Maleuolus.

Cōtrarium Beneuolo significat.Cic.In te turpiter fuit maleuolus.. & Maleuolentia.Cic.Voluptatis aūt partes hoc modo describunt, ut maleuolentia sit uoluptas ex malo alterius sine emolumento. Inde dicimus, Maleuolentia suffusus,uel infuscatus,id est,maleuolus.Fam.1. Maleuolentiæ occurrere. Fam. 2. Maleuolentia liberare.ad Qu.Frat.

Malum,

Est damnum,incommodum,uel detrimentum.Fam.5. Malum. Hac particula utebantur antiqui Romani,cū aliquem seuerius atq; asperius increpabant. Cic. Quæ(malum)est ista ratio. Dicimus etiam, Malum nasci. Philip.5. Impendere.Fam.6. Erumpere.Cic.Videbam illud scelus tam importunum, audaciam tam immanem adolescentis furentis, nobilis,uulnerati, non posse arceri

ocij

ocij finibus, uidebam erupturum illud malum aliquando, si, &c. Malum manare. Fam. 12. Serpere. Philip. 1. Crescere. Cic. *Qui cum seruitute premeremur, & in dies malũ cresceret, capitalem & pestiferũ, &c.* Ingrauescere. ad Brut. Adferre. ad Att. 7. Facere. ad Brut. Inuehere. Philip. 2. Sustinere. Cic. *Nihil est mali, quod non sustineam & expectem.* In malis iacere, uel esse. ad Att. 2. Mala subire. ad Att. 7. Malum habere, est malum sustinere. Tusc. 1. Malum sanare. pro Dom. sua. Malum sedare. Philip. 2. Malum depellere. de Finib. 2. Ex malis emergere. Terent. *Spero consuetudine & coniugio liberali dehinc facile ex illis sese emersurum malis.*

Manceps

Est quisquis à populo aliquid emit, conducit'ue, quia manu sublata significat autorem se emptionis esse. Vel *mancipes erant, publicanorum principes, Romani homines, qui decumas quæstus sui causa redimebant, aut publica pascua, quorum ratio Scriptura dicebatur.* Manceps à Cicerone pro redemptore sartorum tectorũ accipitur. Plinius lib. 10. *Mancipem pro magistro officinæ posuit, quasi operis opificum redemptis uteretur ad quæstum: uel propolam uoluit intelligi, id est, uenditorem, qui res minoris emptas, pluris postea uendit.* Plinius Iunior metaphoricũs usus est epistolarum lib. 2. *Sequuntur auditores, inquit, actoribus similes, conducti & redempti, mancipes*

cipes, conuenitur à conductis & redemptis. Mancipes, inquit, id est ij, qui causidicos in causis agendis conducta ad hoc corona uulgi plaudentis laudandos redemerunt. Secundum quod mancipes uocari possunt, emissarij homines in creationibus antistitum, qui emerendorum suffragiorum curam, ac nonnunquam etiam emercandorum sibi deposcere solent, quasiq; creandos pontifices redimere, omnem ambiendi molestiam, atq; etiam inuidiam in sese transferentes.

Mandare,

Vulgo committere est. Fam.6. *Et ponitur etiã pro significare, uel imponere, aut negotiũ dare.* Fam.3.& 7. *inde Mãdata.* Fam.2.& 3. *Mãdata deposcere.* ad Att. 5. *Dare.* Fam.11. *Habere.* Fam.4. *Deferre.* Cic. *L.Cæsar mandata Cæsaris ad Pompeiũ detulit.* *Exponere.* Fam.11. *Accipere.* in Verr. Act.4. *Curare.* Famil.7. *Persequi.* ad Qu. Frat. *Digerere.* Ibid. *Explicare.* ad Att.13. *Efficere.* ad Att.1. *Conficere.* Cic. *Si, quæ tibi mandamus, confeceris.* *Exhaurire.* ad Atticum 5.

Mane,

Est primo diluculo, uel prima luce. Fam.9. *Bene mane.* ad Att.4. *Multo mane.* ad Att.5. *et Matutinus, etsi à mano non ueniat, sed à Matuta, tamen significatione cum Mane conuenit, & iungitur cum tempore.*

Manere,

Ad locum pertinẽs, uel absolutum est, uel casum habet loci proprij, qui uerbis sine motu datur, uel ablatiuum loci non proprij cum præpositione In. *Fam.*7. *Manere impersonaliter positũ.* Fam.10. *Manere pro expectare.* Philip.2. *Pro durare uel seruari, idq; absolutè.* Fam.5. *Pro certũ esse.* Off.3. *Pro stare, uel permanere cum ablatiuo & præpositione* In. Fam.4. *Cum accusatiuo & præpositione* Inter. Fam.13. *Cum datiuo.* Fam.2. *inde Mãsio.* Fam.4. *& Mansio extra locũ.* de Finib.3.

In manibus esse,

Dicitur res, uel persona, de qua uel sermo habetur, uel quæ circunfertur, uel in nostra potestate est: aut quæ ita instat, ut differri non possit. in Bruto.

Manubiæ,

Ponũtur pro præda ab hostibus capta. in Verr. Act.3. *Manubiæ quoq; pro ictu fulminum apud antiquos ponebantur.* Sextus Pompeius lib.11.

Maturare,

Est materiam afferre, uel maturum facere. de Senect. *Quod uero maturatur, dicitur maturescere.* et *Maturum propriè de frugibus dicitur. estq; quod neq; crudum, neque nimium coctum, sed in tempore temperatum prouenit, ut poma matura, uel quilibet alius fructus. Maturum uero aliquando extra rem fructuariam est, diciturq;* tempe-

tempestiuũ,id est,quod suo tempore fit. aut pro perfecto, absoluto, uel pleniore, quemadmodũ poma,quæ matura & cocta, perfectiora quodammodo & absolutiora, pleniorac̨; omni ex parte uidentur. Maturũ *in personis figuratè duobus modis dicitur. uno sic:* Ego sum maturus *audiendæ philosophiæ, tu es maturus rei militari: id est, perfectionem temporis habeo, uel habes ad hãc rem.* Vnde *senilis ætas uocatur Matura, quasi omnino perfecta, & tempus debitum assecuta.* altero *sic:* Ego *sum homo maturus, id est, perfectis moribus.* Fam.9. Tusc.1. Translatè.Fam.9. *Item pro grauitate,processu,perfectione,aut accessione.* Fam.4. Maturarè *pro properare.* Fam.2. Maturè, *quod est tempestiuè, celeriter uel cito.* Fam.16. Contrarium *Præmaturè, & Præmaturus.* Fam.10.

Maximè,

Significat summè,uel præsertim,inprimis, potissimũ, aut præcipuè. Ex *qua uoce ea insignior elegantia est,cum relatiuum habet,uel ut,uel superlatiuum.* Et *pro summè.* Off.1. Pro *præsertim uel potissimum, uel præcipuè.* Fam.1. Cum *relatiuo.* Fam.5. Cum Vt.ad Qu. Frat. Cum *superlatiuo. ad* Att.12. Dicimus *quoq;* Maximè *omnium.* Cic. Qui *maximè omnium nobilium Græcis literis studuit.* & Optimum Maximum *non solum de* Deo *dicimus,sed de fundo,agro,domo,&c.* Cicero *pro amplißimo & summo ponit.* Fam.13.

Mederi,

Medemur non solum uulneribus, sed rebus etiã omnibus, illas cũ curamus, et opera nostra explicamus. Fam.1. *Mederi cum accusatiuo.* Terent. *Quàm scitum est eiusmodi parare in animo cupiditates, quas cũ res aduersæ sient, paulò mederi poßis.* & Medicina. *neq; solum uulneribus fit, sed etiam molestijs, & miserijs, & afflictorũ difficultatibus.* Fam.5.& 6. *Inde dicimus* Medicinam afferre. *ad* Att.2. *Adhibere. pro* Sest. *Facere.* Fam.14. & Remedium. *ad* Att.7.

Mediocris,

Dicitur modicus, uel nõnullus, quod uel exiguitatem habere potest: uel mediam inter parum & nimium significationẽ. Fam.5. *inde* Mediocritas. Off.1. & Mediocriter. *ad* Heren.4.

Meditari,

Verbum est, quod semper mentis attentionem & studium habet: & rei omni conuenit, quam cogitatione, studioq; cõplectimur. unde Meditatio *fit, quæ modo cogitationẽ, modo exercitationẽ significat.* Et *aliquãdo absolutè. ad* Att.9. *Aliquãdo cũ accusatiuo ponitur.* Fam.1. *Aliquando cũ* Ad. Fam.2. *Aut cũ* De. Fam.1. *aut* Cum. Off.1. *Meditatus, uel præmeditatus. Deponens.* Off.2. *Paßiuè.* Philip.2. *hinc etiã* Meditatio *et* præmeditatio. *Meditatio est commentatio, uel exercitatio: Præmeditatio*

meditatio nonnihil habet in futurum prospicientis animi.Philip.9.

Melior,

Boni comparatiuus est, & significat potiorem, cōmodiorem, præstabiliorem, uel lectiorē. Cic. Spero meliorē. Meliorem facere uel efficere. Cic. Hircium per me meliorem fieri uolunt. inde Melius, quod est commodius, cui opponitur Peius. Cic. Incipit res melius ire quàm putaram. & Meliuscule, uel meliusculus.Fam.16. et Plaut. Si eris uerax, rem tuam facies ex mala meliusculam.

Meminisse,

Est memoria tenere, uel memoria repetere & cōmemorare. Absolutè. Fam.7. Vel cum accusatiuo: & tam ad rem, quàm ad personā.Fam.4.& 10. Cum infinitiuo præsentis temporis. Fam.2. 3. 4. & 6. Cum infinitiuo præteriti temporis.ad Att.1. Cum genitiuo pro recordari, uel mentionē facere.Fam.1.& 13. Cum præpositione De.ad Att.13.

Memorare,

Cic. Clarorum uirorum laudes in concione memorant, eas'q; ad cantus & ad tubicinē prosequuntor. inde Memor est, qui apud se meminit, et gratiā habet.Fam.13. Interdum dicitur etiam, qui memoriam alicui præstat accepti beneficij. Etiam dicitur, qui rei cuiuscūq; memoriam retinet, uel qui memoria excellit.Fam.1. Memorabilis.

rabilis, Memorabile à Latinis dicitur, quod est memoriâ dignum & celebritate, uel commendatione, ut res gestæ memorabiles, uel facta memorabilia. Philip. 13. Memoriter, & Memoriter aliquid recitare, uel pronuntiare, est sine scripto, & ex memoria. Aliquando dicimus, Ex memoriâ. Cic. in Catil. & de Orat. 1. & Memoria, quæ est priuata & publica. Cum priuata est, significat recordationem: cum publica, monimentũ significat. Et actiuæ, & paßiuæ significationis est. Fam. 1. Memoria, pro ætate, uel tempore. Off. 1. Post hominum memoriam. & Latini dicunt, cum uel maximè laudant, uel maximè uituperant. Adde etiam, post negationem, uel post comparatiuum, uel superlatiuum ferè poni. Fam. 10. Post homines natos idem est, quod post hominum memoriam. Cic. Homo post homines natos turpißimus. In memoriam incurrere, uel incidere. in Bruto. Memoriâ repræsentare. pro Sest. Relinquere. ad Qu. Frat. Afferre. de Finib. 5. Excitare, uel Ad memoriam. pro Sest. Memoria repetere, uel Memoriã. Fam. 5. & 11. Memoriam recordari. pro Arch. Poëta. Colligere. in Bruto. Accipere, uel excipere. de Amic. Memoriâ complecti. in Verr. Act. 1. Comprehendere. Fam. 6. Memoriam prosequi. Philip. 10. Memoriæ mandare. de Amic. Memoriam habere, actiuæ & paßiuæ significationis est. Actiuè significat recordari. Tusc. 1. Paßiuè: ad Att. 4. In memoria habere. Terent. Sosia: In

memoria habeo. Memoriã esse, uel memoria, est recordari. Etiam memoriam haberi dicimus passiuè. ad Att. 13. Et memoria esse, idem est quod memoriã habere. de Orat. 2. In memoria esse. pro Syll. Memoriam tenere, uel per nominatiuum. Post red. ad Quir. Vel per accusatiuum. Fam. 6. Memoria tenere. Fam. 1. Memoriã retinere. de Finib. 3. Memoria retinere. pro Rosc. Amerino. Memoriã usurpare. de Amic. Seruare, uel cõseruare. Fã. 4. Sepire, uel custodire memoria. de Orat. 1. In memoria insidere, uel hærere. de Orat. 1. & Acad. 4. Memoria uacillare. ad Att. 12. Memoriam obscurare. de Orat. 2. Delere. Fam. 2. Extinguere. pro Mil. E memoria euellere. Fam. 5. Memoriam expellere. Cæs. de bell. Ciuil. 1. Tollere. in Brut. Memoriam, uel ex memoria deponere. pro Syll. Memoriam abijcere. Philip. 1. Memoria dilabi, uel elabi à memoria. Philip. 13. Memoriã ab aliquo discedere. de Som. Scip. Mori. post Red. Referre. pro Syll. Refricare, uel Memoria. Philip. 3. Replicare. pro Syll. Renouare. ad Att. 2. Redintegrare. de Inuent. 1. Reuocare ad memoriam. pro Flac. Reducere in memoriam. de Inuent. 1. In memoriam redigere. Fam. 1. Redire in memoriam. pro Quint.

Mendicus,

Est pauper, uel inops, qui non habet, in quo pedem ponat. Philip. 8. Mendicitas. pro Flacco. In mendicitate

dicitate esse.pro Roscio Amerino. & alibi.

Mens,

Pro animo, ratione, sensu, intelligentiaq; capitur. At interdum pro consilio, cogitatione, uoluntateq; ponitur. Fam.4. *Mentem dare.* pro Mil. *Mentem inijcere.* pro Mil. *In mentem impellere.* Fam.1. *Mentem suscipere.* uide *Voluntatem suscipere. Mentẽ ad aliquid impellere.* de Orat.2. *Mente esse.* Fam.6. *Mentem mutare.* in Catil. *A mente desistere.* Fam.5.

Mensis,

Quid sit, designat Cicero de Nat.Deor.2. Mensis autem est, quando luna lustrato suo cursu, solem consecuta est. Fam. 5. *Mensis inire dicitur, cũ incipit.* ad Att. 1. *Mentem ponere, uel cõsumere.* ad Att.6. *Mensem abire.* Terent. *Hæc dum dubitas, menses abierunt decem. inde Menstruus, & Menstruum est, quod singulis mensibus, uel quod mensis spatio fit. Vnde menstruum neutrũ, mulierum est profluuium, quod illis singulo quoq; mense accidere solet.* Plin. lib. 7. cap.15. *& Menstrualis mulier, cui menstruum fluit.* de Nat.Deor.1.

Mentio,

Est sermo, uel commemoratio. Philip.2. *In mentionem incidere.* de Amic. *Mentionem facere cum genitiuo.* Fam.13. *Cum præpositione De.* Fam. 4. & 9. *Mentionem intermittere.* ad Att.5.

Mereri.

Meretur quis & bonũ, & malum: & mereri & promereri, est præstare beneficium. Vergilius: *Quiq; sui memores alios fecere merendo.* Et: *Nunquam regina negabo Promeritam.*

Vel mereri, est aliquid mercedis pro labore sumere. cũ dicimus, Nihil meretur, hoc intelligitur, nihil mercedis dignus est accipere. Sed mereri bona sæpius dicimus, cõmereri uero mala. Vide Vallam lib.5.cap.99. Merere, uel Mereri in malam partem. Plaut. *Vt ut erga me est meritus, tamen cordi est.* Mereri in bonã partem. Fam.6.et 7.

Meritum.

Cic. *Tanta est magnitudo tuorum in me meritorum.* Inde dicimus, *Merita dare.* de Amic. Extare. Cic. *Cuius non extet in me summum meritum.* Meritum constare. Fam.1. Habere. Fam.10. *Merita assequi, uel consequi.* Fam.1. & 6. *Merita ad nihilum uenire.* Fam.6. *Meritò quandoq; aduerbium est absolutum, nõnunquam uim aduerbij habet, & adiectiuò iungitur. & ita loquimur:* Merito tuo te amo, uel odi. Fam.5. Merito aduerbium. Terent. *Illud merito factum omnes putant.* Etiã *Meritum in malam partem apud Plautum capitur, & ponitur pro delicto, uel culpa: neq; id quidem mirum, cũ Mereri ancipitis sit significationis.* Plautus: *Nemo me accusauit merito.*

Meridies

Meridies,

Est media diei pars. & est meridies, quasi medidies. Ponitur etiam Meridies pro ea parte, qua meridiem notant. de Nat. Deor. 2. Meridianus. de Orat. 3. Ante meridianus. ad Att. 13. Pomeridianus. et Postmeridianũ dicebant antiqui, Pomeridianum sequens Ciceronis ætas. de Oratore 3.

Meridiari,

Vel Meridiare dicimus, quod aliquãdo est somnũ capere. Corn. Celsus: Longis diebus meridiari potius ante cibum utile est. hinc Merenda dicta est cibus, qui sumitur ante cœnã. & Meridiatio. Cic. Nũc quidẽ propter intermißionẽ forensis operæ & lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi, quibus uti antea non solebam.

Meum est,

Pro, Meæ sunt partes, Cic. Olim arbitrabar esse meũ, liberè loqui. & Meum est, aliquando ad bona, aut bonorum possessionem, uel ad ius & possessionem cuiuscũq; rei pertinet. Fam. 13. & 16.

Migrare,

Est aliò ad habitandum ire, solum uertere, uel mutare. Fam. 7. & inde Migratio. Fam. 9.

Minimus,

Est tantulus, uel tenuißimus. Off. 3. & Minimum. Cic. Non modo non præmijs, quæ apud me minimum ua-

lent, sed ne periculis quidem compulsus ullis. Inde Minimè aduerbium est negandi, ut Minimũ. in Bruto. *Item ponitur cum genitiuo, ut, Minimè omnium, Minimè gentium. Minimè autem gentium dicebant ueteres, inquit* Festus, *pro eo quod est, omnium gentiũ iudicio, minimè esse faciendum.* Cic. *Quod quidem tu minimè omniũ ignoras.*

Minor,

Parui comparatiuus est, & refertur aliquãdo ad ætatem. de Amic. Aliquando ad alia pertinet. Fam. 9. *& Minus aduerbium. Et interdum Minus & Plus contraria sunt, et tunc Minus sine casu est. Ponitur cũ quàm.* Fam. 5. *Vel cum nominatiuo.* Liuius: *Minus duo milia hominum effugerũt. Vel cum genitiuo.* Plautus: *Si sic alijs mœchis fiat, minus hic mœchorum siet. Vel cum accusatiuo. ad* Att. 8. *Vel cum ablatiuo. pro* Cecin. *Vel pro eo, quod parum, uel non. Et in hac significatione sæpe admittuntur aduerbia, uel uerba, ut minus doctè, minus pulchrè, minus eleganter, &c. Vel minus uidet, minus intelligit, minus ualet, & alia huiusmodi.* Fam. 2. & 7. *item* Minusculus. Cic. *Rescripsi epistolæ maximæ, nunc audi de minuscula.*

Minuere,

Est detrahere, uel extenuare, aut decessionem facere. Fam. 3. *inde Minutus, pro angusto, uel paruo. Cui opponitur grandis: & pertinet tam ad res, quàm ad personas. Quod si ad personas pertinet, Minutus dicitur, qui*

nullius

nullius celebrioris nominis & autoritatis est. de Orat.2. Minutè, pro exiliter. in Bruto. Minutim. Acad.2.

Miser,

Est calamitosus, uel ærumnosus, uel qui in miseria est, & pertinet tam ad res, quàm ad personas. pro Cluent. Miserum habere ponunt Latini pro uexare, uel calamitate afficere. In quo Habere pro facere licet accipere. pro Flac. inde Miseria, est calamitas, uel ærumna. Fam.1. In miseriam incidere. Philip.2. Versari, uel esse in miserijs. Fam.7. Miserijs leuare. Fam.15. Eripere, uel uindicare à miseria. Fã.9. Aberrare à miseria. ad Att.4.

Mittere,

Pro omittere sæpe ponitur, & occupationem habet. ad Att.7. & Fam.15. Inde Missum facere, aliquando est cessare loqui. Fam.9. Aliquando à nostro cõsortio, familiaritate, potestate, arbitrioq; dimittere. ad Att.9. & Mittere translatè, pro literas mittere. Fam.7. & Mittere in concilium, quod est iudices ad sententiam dicendam mittere. Ascon. Pedian.

Mitigare,

Idem est, quod lenire siue placare. Inde dicimus Mitigare odium, labores, &c. de quibus alibi. Cic. Non magna signa dedit animi erga te mitigati.

Modicus,

Moderatum significat, uel mediocre. ad Att.4. Vel

paucum, aut paruũ. de Orat. 2. inde Modicè. Et Modicum non semper à pauco, sed à modo quandoq; cõstat, ut modestiam designet, quæ inter parum & nimiũ uersatur, non paucitatem: significatq; moderatè, uel mediocriter. Aliquando tamen pro parum ponitur, quemadmodũ Modicus pro paruo. Fam. 4. & ad Att. 2.

Mœrere,

Accusatiuo & ablatiuo iungitur. Cic. Cum grauiter filij mortem mœreret. & Fam. 5. inde Mœror, pro graui luctu ponitur & tristitia à Latinis, eoq; maximè utimur, cum perditum & afflictum rerũ statum expreßius designare uolumus. Fam. 5. Inde dicimus Mœrorem aliquem uenire, id est, mœrore affici. pro Quint. Suscipere uel dare se mœrori. ad Att. 2. Mœrore lacerari. ad Att. 2. Vrgeri. Cic. Quanto mœrore urgear, profectò uides. Affligi. Cic. in Catil. Confici. Fam. 14. In mœrore iacêre. Cic. Iacet in mœrore frater meus. Versari in mœrore. Fam. 2. Mœrorem diminuere. Fam. 5. Deponere. Philip. 14. Dicimus quoq;, A mœstitia uocare. Cic. Quod me à mœstitia uocas, multum proficies, si locum Fano dederis.

Molestum.

Cic. Quod ad me de Hermia scribis, mihi me hercule ualde etiam molestum fuit. inde Molestia. Cic. Tu quæso cogita, quid deinde. nam me hebetem molestiæ reddiderunt. inde Molestiam adferre. Fam. 7. Exhibere.

Fam.

Fam.12. Aspergere.ad Qu.Frat. Trahere, uel contrahere. Fam.4. Capere. de Amic. Anticipare. ad Att.8. Habere. nam habemus molestiam, cum molestia afficimur. Habet etiam res molestiam, quæ molestiæ plena, molestiam nobis exhibet. Fam.16. & ad Att.2. Molestia afficere. Fam.1. Molestijs cōflictari. Fam.6. Molestia fungi. Fam.5. Esse in molestia. Fā.4. Molestiam leuare. Ibid. Leuare molestia. Fam.3. Molestias mitigare. Cic. Quāquam permulta essent ornamenta, quibus eam mitigare molestiam posset. Molestiam diluere, uel extenuare. Tusc.3. Molestia laxare. Fam.5. Molestiam dimouere. in Verr. Act.1. Delere. ad Qu.Frat. Sedare. Cic. Pergamus ad ea solatia, quæ non modo sedatis molestijs iucunda, sed etiam hærentibus salutaria nobis esse possunt. Depellere. Fā.2. Demere. Terent. Adelph. A molestia uindicare. ad Qu. Frat. Molestia liberare. Fam.4. Expedire molestia. Cic. Aut expedies nos omni molestia, aut eris particeps. Priuare molestia. Cic. Spero enim me à te impetrasse, ut priuares me ista molestia. Molestiam uorare. Philip.6. Deponere. Fam.14. Abesse à molestijs. Fam.4. Vacuus molestijs, uel à molestijs. ad Att.4. et Fam.11. Aberratio à molestijs. Fam.15. Molestiam renouare. de Orat.3. & Molestus. Cic. Homo minime ambitiosus, minime in rogitando molestus. & de Amic. Molesta ueritas est, siquidem ex ea nascitur odium.

Momentum,

Propriè appellari poteſt, quodcunq; minimum eſt, ut momentum temporis, id eſt, exiguum temporis ſpacium, quod abſolutè uſurpatur. Liuius: *Momento fuſi, & momento arx occupata. Aliquando idem quod pondus: diciturq; res Magni, uel parui, uel nullius omnino mométi, ſcilicet quæ uel magni, uel nihili facienda eſt. pro Mur.* A *Momento etiam fit Momentaneus, id eſt, fluxus, caducus, imbecillis, inanis: ut fortunæ bona momentanea ſunt, nimirum qua leuitate comparantur, eadem dilabuntur, & concidunt, caduca illa quidem, & fluxa. inde Momentum habere. pro Mur. Eſſe momenti, uel momento. de Inuent.* 2. *Eſſe momentum. in Acad.* 1. *& Momentum dicitur, quodcunq; minimum eſt. & refertur uel ad autoritatem, uel ad tempus.* Et ponitur pro puncto *temporis, id eſt, minimo temporis ſpacio. Fam.* 6.

Monere.

Admonere, Commonere inter ſe, neque uſu, neq; ſignificatione differũt. Ponitur cum accuſatiuo. Fam. 1. *Vel cum duplici accuſatiuo. Fam.* 3. *Vel cum de. ad Quint. Frat. Vel cum genitiuo. in* Top. Cic.

Monſtrum.

Cic. *Nõ mihi iã furtũ, ſed monſtrũ, ac prodigiũ uidebatur.*

Monumenta,

Vel Monimentum eſt, quod nos alicuius rei præteritæ

moneat.

moneat, ut sepulchra, statuæ, inscriptiones, libri, carmina, historia, documenta, commentaria, literæ, extructio, publicum opus, trophæum, moles: denique quicquid sit illud, quod nos in alicuius rei memoriam reuocat. Latinè monumentum appellatum Varro dicit à monendo, pro sepulchro. Fam. 5. Monumentum pro ipsa memoria. pro Mil. Monumentum præbere. pro Dom. sua. Monumenta relinquere. Philip. 9. Prodere. de Diuin. 1. Monumentis commendare, uel mãdare, quod est memoriã posteris prodere, idq́; siue literis, aut scriptis, siue statua, aut alio ope collocato. Fã. 5. Monumẽtis celebrare, uel cõsecrare, pro Rab. Posth. Monumẽta extare. Phil. 9.

Mora,

Est cunctatio, prolatio, procrastinatio, uel tarditas. Fam. 10. Moram quærere, uel acquirere. in Verr. Act. 7. Moram afferre, ad Att. 11. Moram inferre. de Inuent. 1. Moram inijcere. pro Cecin. Moram interponere. Philip. 6. Moram adiungere, uel iniũgere. Famil. 15. Moram facere. ad Att. 16. Moram assequi. in Verr. Act. 7. Moram habere, paßiua huius locutionis significatio. ad Att. 13. Moram esse. Fam. 11. Moram esse alicui, pro tardari. Terent. Sed cesso ire intrò, ne mora meis nuptijs egomet siem. Morã esse in aliquo, uel Moram esse per aliquem. Terent. Nunc per hunc nulla mora est. Moram nullam esse, quin. Terent. Nec mora ulla est, quin eam uxorem ducã. Sine mora. Fam. 1.

Mortalis.

Cic. Plato fecit mundum mortalem. Mortales *à Latinis homines uocantur proprio nomine. in Verr. Act. 4. inde* Mortalitas, *quæ ponitur pro mortali uitæ conditione, aut pro communi naturæ fragilitate. de Nat. Deor. 1.*

Morari,

Est moram adferre, interponere, uel inijcere, uel tardare, aut differre, & tunc absolutè ponitur, & nullam habet in alium actionem, sed totum in se consistit. ad Att. 13. Cum alius uerbi infinitiuo. Philip. 5. Cum accusatiuo ad personã relato. Fam. 2. Extra personam. Philip. 5. Pro expectare. ad Att. 13. Pro manere. Fã. 11. Extra personam in eadem significatione. in Pison. Morari, *pro curare, uel æstimare antiqui ponebãt. Plaut. Quin ea ipsa ultro mihi negauit, eius operam se morarier.*

Mordere,

Translatè duplici est usu, mordetur enim & quod irritatur, & cui molestia affertur, uel habetur solicitum. Fam. 3. Dicimus etiam, Mordere se, *scilicet cum uehementer dolemus nos aliquid non fecisse.*

Morem gerere.

Idẽ est, quod obsequi. Terẽt. Mos gerendus est Thaidi. Idipsum etiã Morigerari *dicimus. Cic. Voluptati aurium morigerari debet oratio. Et Terẽt. Metuisti, si nũc de tuo iure cõcesisses paululũ, atq; adolescẽti esses morigeratus.*

Mori,

Mori,

Ad omnem rem pertinet, quam labefactatam, corruptam, aut decrescere, perire'ue designare uolumus. Moritur enim per translationē fama & rumor, qui raucus fit, & extinguitur. Intermoriuntur *apud aliquem officia, qui officiorum memoriam non præstat. deniq; moritur, quicquid in pristina celebritate, præstantiaq; non manet. In qua significatione quoq; senescere usurpatur.*

Motus,

Est agitatio, uel pulsus, sed uenustiori quodam significato à Latinis *ponitur pro perturbatione.* Ducta *metaphora à fluctuum motu, & procellarum agitatione.* Tu *uerò obserua, nōnunquam in bonam partem dici, tametsi nūquā impetu & cōcitatiori agitatione careat. pro* Flac.

Mouere,

Est abire, uel discedere, uel transferre. Fam. 5. *Aliquando pro solicitum habere.* Fam. 15. *inde* Motus *pro perturbatione. ad* Att. 2. *Aliquando pro expellere, uel exturbare.* Fam. 13. *inde* Senatu *mouere, id est, ex senatorio ordine eijcere. pro* A. Cluent. Mouere *tribu. de* Orat. 2. Mouere *uel* Commouere, *pro perturbare, discedere, & sollicitum habere.* Etiam *ponitur pro incitare, & afficere.* Fam. 1.

Mulcta,

Ex *Liuio apparet, moris fuisse, ut* Trib. pleb. *mulctā dicerēt, quæ postea populi suffragijs uel irrogaretur, uel abroga-*

abrogaretur, uel etiam remitteretur, quo tempore mulcta certari dicebatur. non enim tribuni damnare mulctæ poterant, sed tantum rogare populum: apud quem cum reus non iure mulctatum se cõtenderet, lis illa mulctatitia disceptabatur. Mulctam petere. *in* Verr. Act. 3. Mulctã irrogare. *pro* Milo. *inde* Mulctatio. *pro* C. Rab.

Mulctare,

Est condemnare, uel pœna afficere, uel lædere, uel opprimere, quod sæpius cum ablatiuo reperias, quàm cũ genitiuo. De ablatiuo exẽpla multa occurrent. *in* Verr. Act. 3. *contra* Rullũ. *pro* Sestio. & Mulcta, *quæ apud antiquos solutionis pœna dicebatur, quod olim, ut scribit* Varro, *singula ob peccatum exhibebãtur, ut ouis, aut bos. postea multa simul exigi ceperunt, & uinum atque oleum addi.* Plin. lib. 18. cap. 3. Mulctã dicere, *antiqui tum dicebant, cum ad populum, & in comitio mulcta disceptanda irrogabatur, quod ipsi* Certare mulctam *dicebant.* Liuius lib. 5. *secundi bel.* Punici.

Multiplex,

Dicitur *uarius, uel inuolutus, aut copiosus. pro* Flac. *Inde etiã* Multiformis. *in* Academ. & Multijugis *idem est, quod multiplex, uel uagus.* Dicunt nonnulli multijugum, & iugũ nihil significare uolunt, sed protractionem solum demonstrare. *ad* Att. 14. Multifariam, *pro multis modis, uel diuersè & uariè ponitur. de* Orat. 2. & *uerbum* Multiplicare. Cic. Muniẽdi nosmetipsi fuimus aucto

exercitu,

exercitu, auxilijsq; multiplicatis.

Multitudo,

Est frequentia, celebritas, uel conuentus. Ac tam personarum est. ad Qu. Frat. Quàm rerum. de Orat. 1.

Multus,

Est creber, nimius, uel multiplex, aut grandis. Et conuenit tam personis quàm rebus. Fam. 2. & 7. Cum autem personis conuenit, tum maxima elegantia est, si nostra intelligatur opera, aut studium in re aliqua ambitiosius, & affectatius. & Multi esse dicimur in re laudabili, uel uitiosa. sic in utramuis partem capi potest. de Ora. 2. Abiectionē uel contemptionem habet, uel laudis mediocritatem. Off. 1. inde Multum pro ualde, uel non parum. Cic. Publio Sulpitio utebare multum.

Multò,

Vel Multi, uerbis pretij & æstimationis interdū iungi solet. Cic. Statuite, quanti hoc putetis, & quàm multò redemisse. Aliquādo est longè, uel multis partibus, uel longo interuallo, idq; maximè, cum iungitur pòst. Vel cum comparatiuo ponitur. ad Att. 8. Vel cum superlatiuo. Terent. Is quæstus nūc multò est uberrimus. Vel cum superlatiuo & parte. Cic. Qui agri multò maximā partem poßident. Vel cum pòst, antè, malle, præstat, secus, aliter. Cic. Multò secus euenit: &c.

Munerari,

Est munus dare. Cic. Alexion me opipare muneratus est.

Munia.

Munia,

Pro publicis officijs. Cic. *Omnia hæc sunt officia necessariorum, commoda tenuiorum, munia cãdidatorum.*

Munificus,

Conuenit autem tum in dando munificum esse, tum in exigendo non acerbum. Offi.2.

Munus,

Multiplicis est significationis. Est enim aliquando donum, aliquando officium significat, aliquando etiam spectacula, seu ludos, qui à principe, seu ab eo, qui magistratu abit, populo quasi muneris loco exhibentur. Nam *id genus oblectamento antiqui munera nominarunt, quod populus tali spectaculo, perinde ac munere quodam, capiebatur.* Off.2. *inde fit Munerarius, id est, muneris gladiatorij exhibitor.* Differẽtia *inter donum & munus.* Donum *præmium est, et munus etiam præmium: sed* Donum *præmium dijs datur, munus præmium hominibus. & separatim* Donum *deorum est,* Præmium *uirorum est fortium,* Munus *hominum.* Et *donum munusq; tam ante factum, quàm post factum datur:* Præmium *non nisi post factum est.* Donum *uoluntarium,* Præmium *debetur.* Donum *aut munus ut à largo homine,* Præmium *ut à præclaro facinore.* Off.3. *Munus dare.* Famil.9. *Mittere munus.* Famil.9. *Mittere muneri.* in Verr. Act. 7. *Munus collocare.* Ibidem. *Afferre.* de Diuinat. 2. *Concinnare.* Famil. 12. *Verbis ornare.*

Terent.

Terent. Munus nostrum ornato uerbis, quoad poteris. *Munus aliquãdo ponitur pro officio. Cic. Quibus tu eius muneris aliquam partem cõcesseris.* *inde Munus officij,ut scilicet sit officiũ, quod à nobis officiosè præstatur: Munus autem sit, officij functio & exequutio. de Senect. Muneris loco deferre, pro munus deferre, uel mãdare. ad Qu. Frat. 1.* *Munus suscipere. Fam. 6.* *Sustinere. Fam. 10.* *Obire. de Amic.* *Tueri, pro obedire. Fam. 10.* *Munere fungi. Fam. 11.* *Munus exequi. Tusc. 3.* *Conficere. Fam. 2.* *Traducere. ad Att. 5.* *Præstare. de Orat. 1.* *Defugere. Cic. Inuitè Capuã cepi, non quod munus illud defugerem.* *Muneri succedere. in Verr. Act. 6.* *Reuocare se ad munus. de Orat. 3.*

Mutare, uel Immutare.

Cic. Animum tuum immutatum significabant. Fam. 5. inde Mutare solum. Cic. Exules sunt, etiam si solum non mutarunt.

NARRARE.

TERENT. *Bonum ingenium narras adolescẽtis. estq; dicẽdo persequi, &c.* *& Narrare de. ad Att. 16.*

Nauem inhibere,

Est, cum remiges non tantum procursum nauis sustinent & sistunt, sed etiã repente retrorsus agunt. *& Inhibere nauigiũ. Græci* πρύμναν κρούσασθαι καὶ ἀνακρούσασθαι *uocant.*

*quo.*Fam.13. *Esse alicui cum aliquo*. Fam.9. *Colere*.Fam.13. *Conseruare*. ad Qu. Frat. *Necessitudine circumuenire*. Sall. in Catil. *Vel attingere*.Fam.13. *In consuetudinem recipere*.Fam.13.

Negligens.

Negligens dicitur tardus, uel indormiens alicui rei agendæ: quod nomen à Negligere *uenit*. Fam.13. *Negligens rei alicuius dicitur, rem ipsam non curans, uel ad ipsam rem aut cognoscendam, aut exequendam lentus & tardus*. in Verr. Act.5. et *Negligētia, quæ est indiligentia, incuria, uel pigritia*. Fā.2. et Negligēter. pro Cecin.

Negotium,

Est occupatio, uulgariter. Fam.2. Inde dicimus, *Negotium impendere*. Fam.12. *Contrahere*. Cic. *Sin illā alteram secuti eritis, nescio an amplius mihi negotij contrahatur*. *Dare*. Fam.5. *Deferre*. ad Att.1. *Mandare*. Fam.13. *Imponere*. Fam.8. *Præponere*. Fam.15. *Præficere*. Fam.10. *Suscipere*. Fam.2. *Attingere*. Fam.13. *Negotium esse alicui cum aliquo*. Fam.9. *Negotia habere*. Fam.1. *Negotijs impediri*. ad Att.2. *Implicari*. pro Liga. *Detineri*. Cic. *Et tum maxime, cū aliquo maiore negotio detinemur*. *Vel distineri*. Cicero: *Cum tot, tantisq́; negotijs distentus sit, ut respirare libere non poßit*. *Negotijs obrui*. Cic. *Quapropter hoc te primum rogo, ne contrahas, aut demittas animum, ne' ue te obrui tanquam fluctu, sic magnitudine*

negocij finas. Negotiũ *sustinere*. Fam. 6. Negotio *præesse*. Fam. 1. Negotium *tueri*. ad Att. 8. *Agere*. Fam. 7. *Gerere*. Fam. 3. *Administrare*. Fam. 13. *Expedire*. Ibid. *Explicare*. Fam. 13. Negotia *uidere*, pro *procurare*. Cic. *Sed ualebis, meaq́; negotia uidebis.* *Tractare*. Cic. *Vt totum hoc negociũ ita agas, ita tractes, ita conficias, &c.* *Procurare*. Fam. 12. *Conficere*. Ibid. *Frigere*. Fam. 13. *Tumere*. ad Att. 14. *Habere se*. Fam. 2. *Conficere de negotio*. Fam. 1. *Ex negotijs emergere*. ad Att. 5. Negotiũ *recusare*. Fam. 15. *Remouere se à negotijs*. pro Cluent. Negotium *inuertere*. ad Qu. Frat. *Nullo negotio*. Cic. *Cũ id nullo negotio facere poßis.* & Negotium, pro *molestia*. ad Att. 5. *Facessere negotiũ*. Fam. 3. *Exhibere*. Off. 2. *Efficere*. Fam. 12. *inde* Negotiosus, *id est, negotijs plenus*. Plaut. *Si rem seruassem, fuit ubi negotiosus essem.* & Negotiari. Cic. *Qui ibi negotiantur.* Negotiatio. Fam. 6. *Negotiator*. ad Qu. Frat.

Nequitia.

Nequitiam interpretatur Donatus, libidinosam inertiam, eò dictam, quod nihil queat, nulliq́; rei sit apta. Cic. *Tusc. 3. etiam definit nequitiam. Quære locum de Finib. 5. inde* Nequiter. *ad Heren.* 2.

Nescire,

Est ignorare. Cic. *Quicquid erit, tibi erit: sed quid planè esset, nesciebamus. Sed tamen non sine elegantia in hũc*

modum loquimur: Nescio quis homo, uel quid hominis, uel quid rei, uel nescio quo pacto: & his loquendi modis præcipuè utimur, cum aliquid despicimus, aut rem aliquã eleuamus. Aliquando etiam, cum uelut miramur, de Amic. Nescio ad personam relatum. Terent. Deos nescio ego, quod potero nitar sedulo. inde Nescius. Cic. Neq; tamen hæc quum scribebam, eram nescius, quantis oneribus premerere susceptarum rerũ. Et alibi Cic. Iratum te regi Deiotaro fuisse non erant nescij.

Nexus,

Vel Nexum, genus est obligationis ciuilis, qua corpus etiam, ut pignus efficitur. ob hoc Nexi, & Addicti uocati sunt homines obærati, qui lege Duodecim tabularum ob æs alienum creditoribus in temporariam seruitutem addicebantur. Inde Inire nexum, id est, lege nexus addici. Nexu autem solutus dicitur, qui cum addictus esset creditorib. postea ære alieno dissoluto ipse necti desijt. Fã. 7.

Niceteria,

Pro præmio uictorum, & pro sacrificio, uel epulo uictoriæ gratis facto. ἀπὸ τῆς νίκης καὶ τηρεῖν.

Nihil agere.

Pro operam perdere. Fam. 11.

Nimius,

Id est, multus, uel nimis magnus, immoderatus, intemperatus, uel plus æquo. Pertinet autem tam ad personas,

quàm ad res. Off.1. *inde* Nimium,*quod est extra modum,uel præter modum, uel ultra quàm satis est. ad* Att. 12. *&* Nimis, *quod idem est cum* Nimio:*& sine casu est, uel genitiuum regit.*Fam.9.*& ad* Att.7.

Nobilis,

Tam in bonam, quàm in malam partem capitur. De *generis claritate.* Fam.1. Et *pro quacunq; uirtutis fama & celebritate claro.* Tusc.3. Nobilis *in malā partem.in* Brut. *&* Nobilitas *generatim sumitur,pro cuiuscunq; rei celebritate. quemadmodum nobilis non solū dicitur,qui nobili genere natus est, sed qui quocunq; uirtutis aut ingenij documento nomen sibi cōciliat.ideo* Nobilitas *pro generis claritate ponitur. pro* Sest. *&* Nobilitas,*pro quacunq; celebritate. de* Orat.3. *&* Nobilitare.Cic. *Opifices etiam post mortem nobilitari uolunt. & in malam partem.* Off.2.

Nocens.

Nocentes *sunt(inquit* Vall.*lib.6.cap.17.) quicunque ab honesto recedunt, etiam si nemini noceant.* Docta *& ingeniosa* Vallæ *expositio:quam tamen ita diffundemus, ut dicatur* Nocens, *uel qui damnū, calamitatemq; infert; uel qui turpiter aliquid agit, aut maleficium committit, ad* Atticum 8.

Nocere,

*Idem est,quod officere,uel absolutè ponitur.*Off.1.

Vel

Vel cum accusatiuo solo. de Inuent.1. *Vel cum accusatiuo & datiuo.*Fam.3. *Vel cum datiuo solo.* Fam.2.

Nomen.

Pro existimatione & fama. Et dicimus Nomen *multum.*Fam.2. *Amplum.* Cic. *Quoniam apud illos Fabiorum nomen amplissimum est.* *Clarũ.*pro Leg.Manil. *Celebratum.in* Brut. *Nomine dignus.* Cic. *Ex ijs enim,qui nomine & memoria digni sunt, &c.* *Nominis gloria.* Cic. *Quorum interfectores implerunt orbem terrarum nominis sui gloria.* *inde* Nomen *extare.*Fam.11. *Ducere.*Acad.Qu.1. *Adipisci.*Fam.5. *Consequi.ad* Qu.Frat. *Habere.* Cic. *Horum singulorum generum quicunq; uim singulis consecuti sunt, magnum in oratoribus nomen habuerunt.* *Vagari,pro celebrari.*Cic. *Vagabitur modo nomen tuum longè atq; latè,&c.* *Profiteri.*Terent.*in prol.*Eunuch. *Vsurpare.in* Verr.Act.7. *Interponere.* Ibid.5. *Nomen augere. in* Pison. *Vigere.* Tusc.1. *Florere. in* Verr. Act.1. *Inuictum.* Cic. *Cuius usq; ad nostram memoriã nomen inuictũ in naualibus pugnis permanserat.* *Nomini officere.Liuius:* E*tsi in tanta scriptorum turba mea fama in obscuro sit,nobilitate ac magnitudine eorum, qui nomini officient meo,me consoler.* *Nomen fractum, et debilitatum:*pro Flac. & *Nomina aliquando pro debitoribus,aliquando etiam pro ipso debito, & syngraphis debitarum pecuniarum ponuntur. Vnde facere nomina,*

id esse, quod debitores comparare certū est. Quod ipsum plurib. modis fiebat, ut pactis usuris, promißis mēstruis, aut annuis fructibus. Etenim pecunia aut numerata serua batur in arca: aut emptis agris, uel mercibus, in nominib. collocabatur. inde Nomina facere, Latinis idem est, quod debitores cōparare, uel pecuniam multis dare, quos obligatos habeas. Off. 3. Nomina idonea dicūtur, quæ legitima obligatione debentur, et facile expedire possunt, id est, prima creditoris appellatione. Papinianus: Nomina quæ iuste putat non esse idonea. In nominib. habere. ad Att. 8. In nominibus esse. in Verr. Act. 7. Nomina conficere, uel Cōficere de nomine. Fam. 16. & ad Att. 5. Nomina exigere, id est, debitorem ad dissolutionem cogere. in Verr. Act. 3. Appellare de nomine, id est, nomen exigere. ad Att. 5. Nominum diem cedere, uerbū est iuris, significatq; incipere deberi pecuniam, etiam si nondum peti poßit. Pro hoc loquendi modo solet Cic. dicere, Diē uenire. ad Att. 8. Nomina expedire, pro exol uere. Cic. Nomina mea per deos expedi, exolue, sed opus est diligentia, cohæredibus pro Cluuiano Cal. Sext. perso lutū ut sit: id est, quæ debeo exolue. Nomina explicare, id est, dissoluere quod debetur. ad Att. 13. Nomina soluere. ad Att. 6. Nomina expungere. Plaut. Nunc quod reliquum restat, uolo persoluere, ut expungatur nomen, ne quid debeam, id est, ut eximar creditorum tabulis. Nomen tollere de tabula. Cic. Subito nominibus in tabu-

las

lus relatis,nomen suum de tabula sustulit,id est,exemit. Nomen *transferre,est uersuram facere.* Fam.5. *Etiam* Nomina *capita rationum sunt,uel breuiarij,id est,rationis argentariæ. ea nunc uulgo articulos uocamus.* Et *sæpe apud Ciceronẽ nomina pro causis & negocijs, & personis poni inuenies, quibus in cõficiendis rationibus expensæ ferũtur.* Nomina *pro capitibus rationum.* Cic. *Cum tot tibi nominibus acceptum Curtij referrent, quid proderat tibi expensum illis non tulisse?* Nomen *pro debita pecunia.pro* Rosc. Comœd. *Vnde illud prouerbium est apud* Columellam, *Vel optima nomina, non appellando fieri mala, fœnerator* Alphius *dixisse fertur: id est, quamuis locupletes habeas debitores, tamen si diu iudicium ipsum non dictaueris, usurasq; non petieris, mala tandem fieri, uel ipsos tandem tanto æri alieno nõ soluendo fieri, sicq; inanem ad extremum debiti persecutionem, uel nomina cassa factum iri.*

Nonæ.

De his lege Macrob. & Fam.5.*item ad* Att.3.Ex *ante diem* Non. Iun. *usq; ad pridie Calend. Septemb.*

Nonnihil,

Id est,aliquantulum.pro Quint.Nonnihil *cõmoueor.*

Noscere,

Est notitiã habere.noscimus tam personas,quàm res. ad Att.7.& 11. *inde* Notio, *quæ est cognitio, intelli-*

gentia,notitia,uel iudicium. Vel est insita,& antè percepta cuiusq; formæ cognitio, enodationis indigens. pro Cecin. & Notitia significat cognitionem. Off.2.

Nota,

Propriè signum est, quo aliquid notatur, & designatur. Sed quoniam turpitudine aliqua affecti, noti plerũq; esse solent:apud Latinos uulgare est,ut Nota in malã partem capiatur,& labem,turpitudinemq; significet. Off.3. inde Notam inurere,uel Nota inuri.pro Cluent. Notam subire.Cic.Vòs autem sempiternas fœdißimæ turpitudinis notas subieritis. Hinc etiam Notare. Cic.Hunc tu etiam pernitiosa pestis exulem appellare ausus es,cum tantis sceleribus esses & factis notatus.

Notitia.

Cic.Qui sermo?quæ præcepta?quanta notitia antiquitatis? Inde dicimus Notitiam fœminæ habere.Cæs.lib. 6.de bel. Gall. Notitia pro usu & familiaritate. Terent. Quanquam hæc inter nos nuper notitia admodum est. Notio,ut Boëtius.3.Top.inquit,est intellectus quidam,& simplex mentis conceptio,quæ ad res plures pertinet, à se inuicem differentes. Et interdum pro quadam animaduersionis specie à Cicerone ponitur. de Pro. Cons.& Off.3.

Notum,

Cognitũ,perspectũ.Cic. Omnia tibi ut nota sint facio.

Nouus,

Nouus

Est, qui nulla neq; generis, neq; gentilium nobilitate cõmendatur, quem terræ filiũ etiã uocat Cicero. & alibi: Quos quasi nouos & ascriptitios ciues in cœlũ receptos putant. & Nouitas. Cic. *Simul quod uideo, non ut antehac putabam, nouitati esse inuisum meæ.*

Nox.

Cic. *Habui itaq; noctem plenã timoribus ac miserijs.* Nox *intempesta, uel concubia, dicta est à tempestate. & est noctis tempus, uel pars, qua nihil agitur, id est, qua somno sepulti sunt omnes, ut sit media nocte. in* Piso. Nox *concubia, nihil ab intempesta differt, nisi post concubiam noctem intempestã sequi uelis, ut cõcubium sit ante intempestam noctem. dicitur autem* Concubium, *cum omnes cubant. de* Diuinat. 1. Noctem *intercedere.* Cic. *in* Catil. In *noctem se conijcere, quod* Barbari *dicunt mittere, uel ponere se ad noctem.* Et *est nocte instante aliquid aggredi, uel in unum se dare.* Cæs. *de bel.* Ciuil. 3. Noctu. Tusc. 4. Nocte, *pro* Noctu. *pro* Mil. De *nocte, adiectiuũ ascifcit, ut de multa nocte, uel multa nocte, id est, multis tenebris, ut secũda uel tertia uigilia. ad* Att. 4. Nox *per metaphoram, pro rerum confusione ponitur, & caligine, uel obscuritate, aut pro imminutione dignitatis & status, cum quod antea splendebat, & elucebat, nocte quasi offusa in tenebris iaceat. de* Nat. Deor. 2. Pernoctare *fit à* Nocte, *quod solum est, neq; simplex habet. & significat*

Noctem

Noctem transigere, uel traducere. Tusc. 2. inde *Nocturnus. de Senect.*

Noxa, uel Noxia.

Culpam, damnũ, uel uitiũ significat. pro Rosc. Amer. Nocére noxam, est culpam, crimenq́; admittere. Tit. Liuius 9. inde Noxæ *debiti serui dicuntur apud* Iuriscon*sultos, qui ob delictum & damnum datum cæduntur.* Est *enim* Noxæ *dedere, pœnæ dare, siue tradere ob noxam.* Quare Noxales *appellantur actiones, quæ nõ ex contractu, sed ex noxa atq; maleficio seruorũ aduersus nos instituuntur: quarũ actionũ uis & potestas hæc est, ut si damnati fuerimus, liceat nobis deditione corporis, quod deliquerit, euitare litis æstimationẽ. et* Noxæ *dedere, cõtrarium est* Noxæ *eximere. est autem* Noxæ *eximere, gratiam criminis facere: hoc est, remißionẽ dare. Tit. Liuius* 8. *ab* Vrb. *cõd.* Vnde *seruus noxa solutus, id est, uel qui noxam nullam nocuit, uel certè, cuius nomine caput noxa sequi, id est, cuius nomine dominus noxali actione conueniri non potest.* Varro *de re Rust.* 2. Noxæ *soluto, contrarius est obnoxius: estq́; quasi reus.* Munera *aũt & officia obnoxia apud antiquos dicebantur, quorum functio uilis & probrosa erat, quæq́; libertatem ingenuitatemq́; imminuebat. Ductum uocabulum à seruis, uel qui noxã admiserũt.* Noxa *interdũ ponitur pro damno, ut apud Suet. i Cæsaris uita. Dicitur etiã* Noxia. *de Leg.* 3. Quod *si quis earũ rerũ migraßit, noxiæ pœna par esto.* Item

quod

quod in seruis noxa dicitur, id in brutis pauperiem facere dicitur. & Noxius uel Nociuus dicebatur, qui nocebat. de Leg. 3. Noxio uel Nocuo opponitur Innoxius uel Innocuus.

Nudare,

Est spoliare, uel orbare. Fam. 11. *Nam propriè nudari dicimur, cum uestibus positis & exutis, nudi reddimur.* Tusc. 4. *Nudantur etiã angues, aut aliud quoduis animal pelle detracta.* in Verr. Act. 2.

Nudiustertius,

Et *Nudiusquartus, tantùm dici scribit* Valla. *Reperitur tamen apud Ciceronẽ nudiusquartusdecimus, uel nudiusterius decimus.* Cic. *Is & nudiustertius in custodiã ciues* Rom. etc. Philip. 5. *Legatos uero ad eũ mittere, de quo grauißimum iudiciũ nudiustertiusdecimus fecistis.* Idẽ: *Recordamini qui dies nudiusquartusdecimus fuerit, &c.*

Nudus,

Propriè ponitur. pro Flacco. *Translatè, pro spoliato sumitur, uel destituto, uel non fucato & simplici.* Et *ponitur sine casu.* in Verr. Act. 4. *Vel cũ ablatiuo sine præpositione.* Act. 7. *Vel cum ablatiuo & præpositione.* in Verr. Act. 6.

Nullum,

Pro irrito ponitur: & idẽ est, quod inane, & nullius uis. Cic. in Præt. Vrb. *Eius testamentum erat nullum.*

Nummus,

Nummus,

Cic.Plena res nummorũ. Nũmi adulterini. Off.3. Nummos olfacere.cont.Rull. Ad nummos peruenire. Fam.13. In nummis habere. ad Att.8. inde Nummatus.Fam.7. & Nummatio.Philip.2. & Nummarius.ad Att.10.

Nuntius,

Et de re ipsa,& de persona dicitur.Fam.2.&3. inde dicimus Nũtios dimittere.Cæs.de bel.Gall.4. Nuntiũ expectare.Fam.8. Nuntium uenire.Fam.6. Nuntium afferre,deferre,uel perferre.ad Att.2.& Fam.4. Nuntiũ audire. Cic.Vnde uix ter in anno audire nuntium possunt. Nuntium accipere.Fam.2. inde Nunciatio.Philip.2.

Nuncupare

Lingua,pro exprimere uel declarare:unde cum quid uendebatur,uitia rei uenalis lingua nũcupari oportebat. Quod nisi uẽditor expresse & nominatim uitia omnia prædixisset,atque bona fide præfatus esset,quæ celarat, præstare cogebatur, dabaturq́; emptori actio. Obseruabis igitur,Nũcupare esse nõ scripto,sed uerbo cauere,uel dicere,unde testamentũ nũcupare dictum est. de Orat.1. Inde Vota nũcupare,id est,diuis uota polliceri et destinare,uel pro felici rerũ euentu,uel pro alicuius salute: quod apud antiquos non fiebat sine solenni ritu & religione.

unde

unde dicebantur Nuncupata uota, quae Consules, Praetores, Imperatores, cum in prouincias proficiscebantur, faciebant, eaq; in tabulas praesentibus multis referebant. in Verr. Act. ult.

Nutritia,

Pro mercede nutricis, Graecis θρεπτήρια. Vlpian. in tractatu de uarijs & extraordinarijs cognitionibus.

Nunquid,

Dictio est mandatis exposcendis apta. ad Att. 6.

OBEDIRE,



T obedientem praebere se, dicitur. Cic. Appetitum rationi obediētem praebeamus. inde Obedientia. Off. 1.

Obesse,

Idē quod officere, siue nocere. Cic. Nônne tibi satis prodesse uideor, si perficio, ut nolint obésse, qui poßunt?

Obligare.

Obligatus, ut inquit Paedianus, tam in bonis dicitur, quàm in uinculis. Adiungemus etiā id, in uinculis cum est, tunc proprium est: ad bona cum traducitur, tunc translatum est. nam quemadmodum aut crus fractū, aut membrum aliquod luxatum obligatur, ut firmius sit, & nequoquàm uacillet: ita uel fide data, uel sacramento facto, uel

uel beneficijs obligamur, ut tanquam nexu deducti in officio simus, et rem promissam præstemus. Propriè. Tusc. 2. Translatè. *Fam.* 6. & 11. *Obligare nexu.* pro Mur. *Scelere.* Cic. *Populumq; Romanū scelere obligasses, id est, sceleris socium fecisses.* & Obligatus *pecuniæ dicitur,* & *obligatus furti, de quibus* Bud. *Obligare sacramento.* Off. 1. *Iudicio.* in Verr. *Act.* 2. *Obligatio.* ad Brut.

Obliuio,

Est memoriæ intermißio, uel reticentia aut taciturnitas. Famil. 5. & 6. *In obliuionem adducere.* in Verr. *Act.* 2. *Obliuione cōterere.* Fam. 1. *Obruere.* in Brut. *Tegere.* Cic. *Quæ hoc tēpore silere omnia, atq; ea si obliuione non posset, tamen taciturnitate sua tecta eße pateretur.* *Obliuionē capere dicimur rei, cuius memoriam deponimus aut amittimus.* pro Mil. *in* Obliuionem *uenire, uel actiuè.* in Verr. *Act.* 6. *Vel paßiuè.* Cic. in Sall. *inde* Obliuiosus *is dicitur, qui nulla est memoria, uel qui breui obliuiscitur, & nihil ad longum tempus memoria, cogitationeq; sapere atq; custodire poteſt.* de Inuent. 1.

Obliuisci,

Est memoriā rei alicuius amittere, uel deponere, uel absolutè ponitur. Fam. 8. *Vel cum accusatiuo, uel infinitiuo.* Fam. 7. *Vel cum genitiuo.* Fam. 1. & 11.

Obloqui,

Idem quod obstrepere est, ad. Q. *Frat.* *Tu uero ut me & appelles,*

& appelles, & interpelles, & obloquare, & colloquare uelim.

Obmutescere,

Et Obticere idem significãt. Cic. Subito in ciuitate cũ alia ceciderunt, tum etiam ea ipsa, de qua disputare ordimur, eloquentia obmutuit.

Obnunciare.

Cic. 2. de Leg. copiosè de hoc. Ea autem erat obnũtiandi significatio, nimirum cum augures, qui de cœlo seruassent, aliquid agi non licere populo uel magistratibus significabant. ad Att. 4. inde Obnũtiatio. ad Qu. Frat.

Obrepere,

Est latenter aggredi, & fallaciter adire, ut serpentes humi repentes solent. unde fit; ut quicquid sensum fallit, id Obrepere dicatur. ad Att. 6. item Obrepere, pro fallere, hoc est, incautum aggredi accipiatur. Plin. lib. 37. Obrepere etiam ad magistratum dicitur, qui falsa specie, uel improbitatis & integritatis, uel doctrinæ ad magistratus assumitur, & ut uulgo loquimur, per hypocrisim. in Pisonem.

Obscurus,

Ignobilis, non clarus, priuatæ conditionis homo. Cic. Tua uero humilitas S. Sulpiti, tametsi summa est, tamen hominibus literatis & historicis est notior: populo uerò & suffragatoribus est obscura.

Obſecundare,

Eſt omnia ad alterius nutum facere. Terent. *in* Heaut.

Obſequi,

Eſt morem gerere, uel indulgere. Famil. 3. *Obſequium.* Fam. 10. *&* Terent. *Obſequium amicos, &c.*

Obſeruare

Duo ſignificat, nempe idem quod cuſtodio aliquid oculis, animoq́; , in modum ſpeculatoris, ne nos ſilentio tacitoq́; prætereat: ut, Obſerua tranſeuntes, Obſerua filium; Obſerua Dauũ quid agat, quid loquatur: quaſi cuſtodi, et adnota. Hinc fit Obſeruatio, quaſi annotatio, & animaduerſio. item Obſeruo, non ſpeculantis modo, ſed admirantis, uenerantisq́;: et id tantum in homines, nõ in res, quoties quem uel uirtute, uel dignitate ſuſpicimus et colimus. Vnde etiam Obſeruantia, quæ eſt ueneratio quædam, & honoris exhibitio. Fã. 5. et 6. *et Obſeruãs. ad* Qu. Frat. *& alibi:. Ea enim eſt humanitate & obſeruantia, ut eum tibi iam per ſe commendatum putem.*

Obſiſtere,

Eſt reſiſtere, & aliquando impedire. ad Att. 1. *Et ferè ſine datiuo ponitur in hac ſignificatione.*

Obſolere,

Vel Obſoleſcere. Adoleſcunt, quæ creſcunt & augentur: Obſoleſcunt uerò, quæ decreſcunt & inueteraſcunt, atq; deſita eſſe, aut ſordere, & tenebris uetuſtatis opprimi

mi incipiunt. Philip. 2. inde Obsoletus, quod interdũ pro inueterato & desito ponitur. Interdum uero pro sordido. ad Att. 1. Pro sordido, & ad personas, & ad res refertur. in Pison. Obsolete. in Verr. Act. 3.

Obstare,

Translatè pro impedimento esse, aut aduersari. in Brut. Aliud adferat, quod oppositũ probabilius sit, quàm illud quod obstabit.

Obstrepere,

Est reclamare, & obloqui. de Orat. 3. & alibi.

Obstringere,

Pro obligare propriè. Plaut. Laqueo collum quando obstrinxero. Translatè. Fam. 13.

Obtemperare,

Obedire est, & morem gerere. Cic. Itaq; obtemperare cogito præceptis tuis.

Obtrectare,

Interdum absolutè ponitur. Tusc. 4. Interdum cũ datiuo. Fam. 9. Nonnunquàm etiã cum accusatiuo. Philip. 10. inde Obtrectatio. Cic. Quorum maleuolentissimis obtrectationibus nos scito de uetere illa nostra, diuturnaq; sententia propè iam esse depulsos. inde Habere obtrectationem. & id dicitur, in quod cadere potest obtrectatio, scilicet in quo obtrectationis causa inesse uideatur, uel quod obtrectationis argumentum præbeat. Fam.

 10.

10. & Obtrectator. Cic. Habes obtrectatores, quos equidem facillimè sustineo, sed impediunt tamen.

Obtrudere,

Est pellere, uel quasi ui trahere, aut recōdere. in Verr. Act. 6. Terent. Ea quoniam nemini obtrudi potest, &c.

Obuius

Is dicitur, qui nobis occurrit. ad Att. 6. Obuiā mittere. Fam. 3. Obuiam proficisci. Fam. 12. Obuiam properare. Fam. 14. Obuiam ire, & in bonam & malam partem sumitur. Obuiam enim aliquando significat cōtrà, cum odio, simultate, uel dissensione: & tunc planè resistentis est, & contrauenientis. ad Att. 4. Obuiam igitur ire, pro resistere dicitur. Aliâs pro occurrere, id est, obuiū se ferre. ad Att. 11. Obuiam prodire. Fam. 3. Obuiam procedere. Ibid. Obuiam uenire. Fam. 2. Obuiam se ferre, uel offerre. pro Planc. Obuiam fieri. Cic. Obuiam mihi fit tabellarius, qui me offendit, &c.

Occasus,

Est obitus, uel interitus. quod nomen uel proprium est, ut Occasus solis: uel translatum, ut Occasus reipub. uel Occasus alicuius, id est, calamitas, uel dignitatis imminutio. de Nat. Deor. 2.

Occidere,

Est cadere, uel mori, accepto scilicet uulnere letali, uel morbi alicuius grauitate, aut diuturnitate. His tamen re-

bus confecti, licet propriè occidere dicamur: occidimus etiam, cũ de pristina dignitate, uel autoritate deijcimur. Trãslatè tam ad res, quàm ad personas refertur. Aliquando pro obliuione deleri atque opprimi ponitur. Propriè. Tuscul.1. Translatè. Fam.4.

Occupatio,

Et loci, & animi est, ut uerbũ à quo proficiscitur. Sed cum animi est, trãslatè ponitur. Fam.6. *Inde dicimus,* Occupationibus *distineri.* Fam.12. *Impediri.* Fam.10. *Relaxare.* Fam.7. *Expedire ab occupatione. ad Att.* 2. *Occupatus. Off.*1.

Occurrere,

Tam iuuantis est, quàm resistentis. Cic. *pro Deiot. item* Occurrere *alicui, pro obuiam prodire.* Occurrunt *quoq; nobis, quæ in mentem nobis ueniunt, uel quorũ recordamur.* Occurrimus *amicis, qui nobis grati sunt, longo tempore non uisis, cum redeunt. Et in bonam sic partem sumitur. Certum est etiã ijs occurri, à quibus uel uim, uel incommodum timemus, uel quorum impetum propulsare uolumus. unde* Occurrere, *pro obsistere Latinis est. in* Brut. & Occurrere, *est obuiã fieri, uel se obuiã offerre.* Fam.10. *inde* Occursatio. Cic. *Facilis est illa occursatio et blanditia popularis, aspicitur, nõ attrectatur, etc.*

Aliquando pro in mentem uenire accipitur. Fam.3.

Ociari,

Est cessare, & nihil agere. Off.3. Ociosus, *est cessans, nihil agens, opere solutus, curis laxatus, uel uacuus,* ocio *affluens.* Fam.3. *Etiã extra personã egreditur. & uocamus* Ociosos dies, Ociosam *cessationem*, Ociosam *aetatem, &c.* Ociosus *pro securo.* Terent. in Adelph. Ocio *se.* Off.3. *inde* Ocium *propriè dicitur uacatio à labore, uel laboris laxamentum, atq; remißio, uel uitae tranquilli tas. Atq; quia ij, qui studijs operam dant, necesse est ut nõ negociosi sint, sed ociosi, factum est ut* Ociũ *pro literario studio nonnulli accipiant.* Absolutè, *pro studij labore Cice ro ponit. Sic uocat etiam ocium literarium, uel literatum.* Fam.3. Ocium *facere. contra* Rull. Dare. *ad* Heren.1. *Praestare, uel tribuere.* Fam.1. *Ire, uel uenire in ocium.* Fam.12. *Conuertere, cõferre, referre sed ad, uel in ocium, uel deflectere ad ocium. de* Orat. 2. Ociũ *nancisci.* Fam. 2. & 3. *Complecti. ad* Att.2. *Sequi, est causam ocij quaerere, uel ocij studio duci, uel ocio inhaerere. pro* Mur. Ocium *habere.* Fam.10. *Esse.* Fam. 2. *Esse in ocio. in* Verr. Act. 6. Ocio *abundare. de* Orat.1. *Affluere, uel diffluere. de* Orat.3. *Tabescere. ad* Att.2. *Languere, aut hebescere in ocio. de* Nat. Deor.1. Ocium *oblectare.* Fam. 8. *Conterere, uel consumere. de* Amic. *Tenere. contra* Rull. Ocio *frui.* Fam.5. Ocium *confirmare. de* Orat. *Perturbare.* Phil. 2. Ocio *priuare.* Fam.4. Ociũ *redimere. ad* Qu. Frat.

Odisse,

Odiſſe.

Cic. *Qui me odiſſe, quia magna mihi debebat beneficia, cœpit.* Odiſſe *cum quibuſdam aduerbijs eleganter poſitum*. Cic. *Quo neminem ueterani peius oderunt.* *inde* Odium: *& actiuè et paßiuè ponitur.* Dicimus enim, *Magnum eſt odiũ in te patris, uel, Magno es in odio apud patrem.* Fam. 4. & 10. *inde* Odium excitare, *uel* concitare. de Inuent. 1. Struere. de Orat. 2. Conciliare. Cæſ. de bel. Ciuil. 2. Creare. de Orat. 2. Inurere, *uel* inſerere. pro Dom. ſua. Vocare in odium. cõtra Rull. In odium uenire. ad Att. 10. In odiũ incurrere, *pro* uenire. Off. 1. In odium irruere, *pro* uenire. in Verr. Act. 2. Odium ſubire. Cic. *Quanquam quid mea interſit, ut eorum odium ſubeam, non intelligo.* Odium in ſe conuertere. Cic. *Si palàm te interemiſſet, omnium in ſe gentium nõ ſolum odia, ſed etiam arma conuertiſſet.* Odiũ ſuſcipere, *id eſt*, in odium uenire. *& actiuè & paßiuè ponitur.* Dicitur enim & odium aliquis ſuſcipere, *qui odiũ in ſe creat, & qui concipit in aliquem odium. tunc enim aut in aliũ, & hoc actiuè: aut ab alio in ſe, & hoc paßiuè.* ad Att. 6. Odium in aliquem ardere. Cic. *Omnia tum deniq; in illum odia ciuium ardebant deſiderio mei.* Odio premi. Cic. *Quo quidem in iudicio, odio premuntur omnium generum.* Eſſe odio. Fam. 12. Eſſe in odio alicui. Cic. *Se enim ſcire ſummo in odio fuiſſe Cæſari.* Eſſe in odio apud aliquem. Cic. *Ego dubitem, quin*

summo in odio sim? Concipere odium, actiuè significationis est, & aliæ sequentes formæ. post Red. ad Quir. Odiũ suscipere, uel capere. pro Balb. Esse odio in aliquem, id est, odium habere. Cic. Tametsi in hunc hostili odio & crudelitate est, &c. Odio flagrare, id est, odiũ habere. de Orat. 2. Odiũ habere. pro Cluent. Odiũ aliquem tenere. Cic. Summum me eorum studium tenet, sicut odium iam cæterarum rerum. Odium esse alicui cum aliquo. de Pro. Cons. Odium profiteri. Philip. 12. Indicare. Fam. 3. Expromere. ad Att. 2. Saturare. pro Flac. Explere. pro Mil. Lenire. Cic. Vicit is, qui non fortuna inflammaret odium suum, sed bonitate leniret. Subleuare. Cic. Sed me hercule non multum M. Octauius eorum odia, qui Hirrum premunt, quæ permulta sunt subleuat. Mitigare, uel sedare. ad Att. 1. Placare. pro Dom. sua. Restinguere. pro Rab. Sorbere, uel concoquere. ad Qu. Frat. Effundere, uel profundere. Fam. 1. Deponere. Cic. Perspecta uestra uoluntate omnia priuata odia deposuit. Depellere, uel propulsare. pro Cæl. Renouare, uel reuocare ad odiũ. de Orat. 2. Odium incendere. ad Att. 9. Odium pro tædio, uel molestia. Terent. Nunquã tuo odio me uinces. inde Odiosus, id est, molestus & grauis. Plaut. Tandẽ es odiosus mihi. item Odiosus, pro eo qui odio habetur, ponitur. de Senect.

Odorari,

Odorari,

Vel Odorare *dicimus: & est ex odore aliquid deprehendere, ut* Odora *canum uis, qui ferarum ingressus olfacientes eas tandē inueniunt.* ad Att.4. *inde* Odor. Ibid.

Offendere,

Pro lædere ponitur: de quo iam antea. Aliā autem habet significationē, pro impingere. Fam.9. *Quis est enim tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquā incurrat? &* Offendere, *pro eo quod est iritare, aut ingratum facere.* Cic. *Ne cuius animū offenderes.* Absolutè. ad Qu. Frat. *inde* Offensio. Fā.1. *&* Offensus. Fam.1. *&* Offensa. *ubi notabis, inter* Offensam *&* Offensionem*, id tantum differentiæ à* Latinis *constitui, ut* Offensa *sit eius, qui offendit:* Offensio *uerò eius, qui offenditur.* Neq; *hæc postrema uox animo tantum tribuitur, sed corpori etiam conuenit, cum uel læditur, uel concutitur.* Cic. *In corpore ægro odiosa est omnis offensio.* Famil.8. *In offensa esse.* ad Att. 9. *Offensio.* Fam. 13. *Offensionem afferre.* ad Att.1. *Accipere.* ad Att.1. *Sumere.* ad Att.5. *Habere.* de Amic. *Oblitcrare.* Post red. in Senat. *Lenire.* Cic. *O multas & graues offensiones, quas quidem tu das operam, ut lenias.* Omittere. Fam.10. *Deponere.* Fam.13. *Effugere.* Fam.4. *In offensionem cadere.* Cic. *Ne in offensionem Atheniensium caderent.* Offensum *pro eo ponitur, quod offensionem affert.* ad Att.2.

Officere,

Est nocere, uel obesse. Cic. Quæ uidebuntur officere huic partitioni, propulsabimus. Interdum uero est obstruere, uel obscurare. Tusc. 5.

Officina,

Est locus sellæ, atq; operis, et quæstus quotidiani quærendi: ut est officina statuarij, fusoris, cælatoris, excusoris, uitrearij, pictoris, sutoris, fabri. in Verr. Act. 6.

Officium,

Pro beneficio. Cic. De tuis innumerabilibus in me officijs erit hoc gratißimum. Officium polliceri. Cic. Faciam illud quod meum est, ut tibi omnia mea officia, studia, curas, cogitationes pollicear, quæ ad tuam laudem et gloriam pertinebunt. Officia intercedere alicui cũ aliquo. Fam. 13. Esse officio, id est, officiũ præstare. Fam. 5. Officio esse in aliquo. Fam. 13. Residere officium in aliquo. Fam. 5. Officium promereri, id est, conferre. in Orat. et Ante exil. Officiorũ impensam facere. Ibid. Officiorum impensam agere. Ibid. Officium adhibere. Fam. 13. In officio esse. Fam. 14. Officio fungi. Fam. 6. Officium usurpare. de Amic. Officia exequi. ad Att. 2. Officijs deuincire. Cic. Si enim te existimare uelim neminem esse, cuius officijs me tam deuinctum non solum confitear, sed etiam gaudeam. Officijs cõpræhendere. Cic. Quod deniq; omnibus officijs per se, per patrẽ, totam

totam Atinatem præfecturam comprahenderit. Officijs amplecti,uel complecti.Fam.5.& 13. Officijs prosequi.Cic.Domus tua denique tota me semper omnibus officijs prosecuta est. Officium tribuere.Fam.4. Officia præstare. Fam.14. Officium cõferre in aliquem. Fam.13. Officia constare in aliquem. Fam. 3. Officia extare.Fam.13. Officium explere. Fam. 16. & Officium,pro publica muneris functione.Fam.3.& 9. inde Officiũ esse. Terẽt.Nunc tuum est officium,has benè ut adsimules nuptias. Officium suum facere.ad Att.9. Officio,uel officium fungi.Off.2. Officiũ exequi.Sall. in Catil. De officio decedere, est officij grauitatem & dignitatem prætermittere,uel quod ab officij functione alienum sit, facere.in Verr. Act.2. Officium pro honore.Liuius:Scipionem officij causa conuenerat. In officio manere.ad Att.1. Officia seruare. Fam.5. Officia tueri.Fam.3. In officio continere. ad Heren.4. Officium dirigi.Cic.Sed tamen ad extremum utilitate putat officium dirigi magis,quàm humanitate. Officiũ agi. Cic.Cuius præcipuum officium agitur magis hoc tempore. Officijs certare. Fam.7. Officijs uincere. Fam. 11. Officia ponderare.Fam.2. Officia perpendere. pro Mur. Officia reddere. Fam. 5. Officium soluere,uel persoluere. Cic. Atqui in officio persoluendo dissimilis ratio pecuniæ debitæ est,&c. Officijs respondere,uel satisfacere. Fam.10. Officia uincere. Cic. Innumera-

merabilia sunt tua in me officia: omnia uiceris, si ut spero, te ualidum uidero. Officium negligere. Cic. *Amici officium neglexisti, neq; mihi consuluisti.* Officio deesse. Fam. 7. Officia deesse. Fam. 6. Ab officijs deseri. Fam. 5. Ab officio recedere. de Inuent. 2. Ab officio desciscere. Fam. 11. Officium interrumpere. Fam. 5. Officium intermittere, uel prætermittere. Fam. 1. & 6. Officij intermißio. de Amic. Officiũ præterire. Fam. 10. Officium intermori. Fam. 6. Officium desiderare. Fam. 7. inde Officiosus. Fam. 13.

Olfacere,

Est odorare. contra Rull. Terent. *An non sex totis mensibus prius olfecissem?*

Omen,

De Diuinat. 1. Omen bonum. Fam. 2. Omen malum. pro Sest. Omen capere. de Diuinat. 1. Quod dij omen auertant uel obruant, dicimus, cũ pestem casumq; quemlibet infelicem à nobis deprecamur. Fam. 12. & de Arusp. Resp. Quod Dij prohibeant, in eadem significatione est. pro Rosc. Amer. inde Ominari. Off. 2.

Omittere,

Est prætermittere, præterire, non exequi, uel dimittere, aut missum facere. Et accusatiuum habet. Off. 3. Vel ablatiuũ cum præpositione De. ubi tamen infinitiuũ subintelligi crediderim, infinitiuum certe secundũ id, de quo sermo

ſermo eſt.in Piſonem. Interdum etiam habet alius uerbi infinitiuum.pro Cælio. Interdũ eſt rem aliquam penitus dimittere. Interdum prætermittere,uel ſilentio præterire. Fam.3. inde dicimus Omittere recordari. Cic. Nam ut omittatis de uniuſcuiuſq; caſu cogitando recordari,uno aſpectu intueri poteſtis eos. Omittere pro abijcere. Terent.In tuto eſt omnis res:omitte uero triſtitiam tuam.

Oratio.

Latini orationem ponũt pro omni loquutione, etiam pro priuato ſermone & colloquio. Fam.3. Cũ quibuſdam adiectiuis,ut oratio mollis & liberalis.Fam.6. Honorifica et cõtumelioſa. Cic.Cum tu ipſe mihi dixiſti orationem meã non ſolum in te honorificam, ſed etiam in collegas tuos cõtumelioſam fuiſſe. Dulcis. de Senect. Cũ quibuſdã ſubſtãtiuis:ut Orationis diuitiæ.Fam.4. Orationis paupertas. Fam.4. Orationis ſumma. Cic. At ille perpauca loquutus, ſummã habuit orationis, ut ſibi ignoſcerẽ. Orationẽ habere.Tuſc.5. Orationẽ eſſe alicui cum aliquo. pro Seſt. Orationem in aliquo uerſari.de Orat.1. Etiam pro cauſarum actione,uel dicendi exercitatione, uel ſtyli forma accipitur. Cuius nominis præcipua eſt elegantia in adiectiuis & ſubſtantiuis: quæ ita diſtinguemus,ut uel laudẽ habeant. ad Att.14. uel uitiũ.ad Heren.4. Orationẽ aucupari.pro Seſt. Habere dicimur, cum cauſa à nobis dicitur.Fam.5. Dicere.

re. Cic. *Recitetur oratio, quæ propter eius magnitudinē dicta de scripto est.*

Orare,

Duplicem significationem habet, alteram in precibus positam, alteram in causarum actione. Itaq; ponitur Orare *pro orationem habere, uel causam dicere: estq; absolutum, uel accusatiuum regit. in* Bruto.

Orator,

Duplicis & hoc significati est. Ponitur interdum pro legato. de Arusp. Respons. *Interdū pro eo qui causas dicit, uiro scilicet diserto & eloquente. de* Orat. 1. *inde* Oratorius. *de* Orat. 1. *&* Oratoriè. *ad* Heren. 4.

Opitulari,

Cic. *Antea aut obscuris hominibus, aut etiam sontibus opitulari poteram. idem etiam* Opem ferre *dicimus.* Cic. *Profecto aliquid opis occidenti Reipub. tulissemus. &* Opem afferre. *Fam.* 10.

Opera.

Actio est, & labor operantis. Terent. *Illius opera Syre nunc uiuo. inde* Operæ *succisiuæ eo modo dicuntur, quo horæ, uel tempus succisiuum. Est autem tempus succisiuū, quod subtrahitur à rebus necessarijs, & quasi secundo loco ad rei alicuius usum accommodatur. Sunt igitur operæ succisiuæ, quas in rebus minus necessarijs, minusq; instātibus atq; urgētibus uelut furtim collocamus.*

Philip.

Philip.1. Profiteri operā.Cic.Ad ea tollenda operam suā profiteretur,ſeq; adiuuaret. Exigere.Off.1. Conferre ſe ad operā.Cic.Totosq; nos ad forenſem operā,laboremq; contuliſſe. Præbere operam.Cic.Multam tamen operam amicis,& utilem præbuit. Tribuere.de Orat.3. Ponere.Off.2. Conſumere.Fam.6. Dare operam ut, uel ne. Fam.13. Dare operam alicui, id eſt, aliquo præceptore uti,uel aliquem ut præceptorē audire. Fam.7. Dare operam alicui,id eſt, eius cōmodis inſeruire,uel obſequium præſtare. Fam.16. Dare operam auſpicijs, id eſt, auſpicia obſeruare,uel colere. Fam. 10. Liberis.Off.1. Memoriæ alicuius,id eſt, recordari,uel memoriā ſeruare aut celebrare. Fam.8. In rem aliquam. Tuſc.1. Operā nauare.Fam.10. Operam nauare abſolutè, pro conſequi.de Orat.2. Operam locare & figere. Item Tradere operas mutuas,id eſt,mutuum officium præſtare. Terent.in Phor. Cōſumere. de.Nat.deor.1. Vti alicuius opera. Fam.2. Operæ parcere.Fam.13. Detrahere de opera.Acad. quæſt.2. Remouere operā à re aliqua. Acad.quæſt.1. Operam perdere.Fam.7. Ludere.Terent.In illis fructus eſt,in illis opera luditur. Perire.ad Att.2.

Operæ.

Operas etiam perſonas ipſas dicimus,quæ aliquid faciunt,ut ſectatores,aſſeclæ,clientes.ad Qu.Frat. Operas cogere.in Verr.Act.4. Eſſe in operis, id eſt, quod

Barbari

Barbari dicunt, esse factorem alicuius societatis. Fam.13. inde Operosus, quod & actiuè & paßiuè à Latinis ponitur. estq; Operosum, quod difficile & multi laboris. Actiuè ad personas refertur. & Operosus est, qui rebus gerendis operam dat. de Senect.

Operari,

Vulgò est, operã dare. Colum. lib. 13. Si rebus, inquit, venereis fuerit operatus, uel uir, uel fœmina. Aliquando est, religiosè, et cum summa ueneratione sacrificijs litare, uel cõuiuari. Iuue. Vt matutinis operatur festa lucernis.

Opes,

Sunt diuitiæ, fortunæ, uel potẽtia. Fam. 1. Opes habere. Fam. 6. uel Opibus præditũ esse. pro Cluen. Aut affluere. contra Rull. Opes frangere. Fam. 6. uel Euertere. contra Rull.

Opperiri,

Est expectare. & per duplex p scribitur. ad Att. 11. Cum ex Epeiro redieris, de repub. scribas ad me uelim, si quid erit quod opperiare: id est, si quid uidebis, quod expectandum ducas. in quo tamen Ciceronis loco alij etiam Operere, id est, agas, legere malũt. Terent. in Adelph. Opperiar hominem hic, ut salutem & colloquar, &c. Idẽ uero etiam Præstolari dicunt.

Opplere.

Eiusdem est significati & usus, cũ Explere, implere, complere, &c. de Nat. Deor. 2. Aegyptũ Nilus irrigat, &

& cū tota æstate obrutam, oppletāq; tenuerit, tū recedit.

Oppidò,

Significat ualde, multum. Ortum est autem hoc significatum ex sermone inter se confabulantium, quantū quisq; frugum faceret, ut quæ multitudo significaretur, sæpe respondebatur, quantum uel oppidò satis esset. Hinc in consuetudinem uenit, ut diceretur oppidò, pro ualdè, uel multum. Itaq; si qui in alijs rebus eo utuntur, utputa si qui dicant, oppidò didici, spectaui, ambulaui: errant, quia nulli eorum subijci potest. Hæc Festus. & Fam. 14.

Opprimere

A Premere componitur: quod uerbum aliquando nullam uim, aut molestiam habet, sed tantum est preßius iungere, uel quasi agglutinare. contra Rull. Et aliquando uim habet, & idem est quod urgere, instare, uel afficere. de Orat. 1. Opprimendi significatio acerbior est, quàm deprimendi, et molestiam, uimq; grauiorem habet. Interdum uero pro operire est. de Diuinat. 2. Oppressor. Cic. Cum in Græcis ciuitatibus liberi tyrannorū oppressis illis eodē supplicio afficiātur, &c. Oppreßio. Off. 3.

Orbare,

Est priuare, uel spoliare, sed re præcipuè chara, ut liberis: quæ tamen proprietas ad alia generatim transfertur, quibus priuamur. Off. 1. inde Orbus. Vall. lib. 4. cap. 106. Ad cuius expositionem hoc addere potes: Orbum in-

A terdum

terdum etiam dici, qui oculis & luce priuatus est. Iuuen. Dudum uigilantibus orbis. Pro orbitate liberorũ uocat aliquando solitudinem Cicero, pro Dom. sua. Absolutè. Fam. 3. Vel cum ablatiuo. Fam. 4. Vel cum ablatiuo & præpositione. pro Flac. Orbitas. Fam. 10.

In ore habere,

Dicitur id, de quo multus est sermo & creber. Fã. 5. et In ore uersari dicitur, de quo paßim dißipatus est sermo, uel ubiq; peruulgatus. in Verr. Act. 3. In ore esse dicitur, de quo dißipatur rumor. de Amic.

Ornare,

Est laudibus, uel beneficijs afficere, aut augere, aut alicuius existimationi seruire. Fam. 1. & 3. & 15. inde Ornamenta. Fam. 6. Esse ornamento. Fam. 3. Ornamentis afficere. Cic. Videte nunc eos, qui à uobis nihil potestatis acceperunt, quanto maioribus ornamentis affi ciãt, quàm omnes nos affecti sumus. Ornamenta ab aliquo proficisci. Fam. 2. Ornamenta congerere. Cic. In quem cum dij atq; homines omnia ornamenta congeßissent, tum tu ipse plurima & maxima. Ornamentis redundare. Cic. Præsertim cum tu omnibus uel ornamẽtis, uel præsidijs redundares. Ornamenta obtinere, id est, retinere. Cic. Si quæ pudore sibi ornamẽta peperit, ea potest contra petulantiam te defendente obtinere. Ornamentis spoliare. Fã. 5. Ornamenta amittere. Fã. 3. Vel recuperare. Fam. 12. Ornamẽta uero sua, quæ recuperãt?

Opimus,

Opimus,

Significat diuitem & copiosum, fœcundum, abundantem, uel pinguem: cui opponi potest, gracilis, tenuis, strigosus. pro Flacco.

Opinari,

Est putare, suspicari, uel opinionem habere, & usurpatur tam in actiua, quàm in deponenti significatione. Famil. 7. *Inde uenit* Opiniosus. Cicero *uocat philosophos opiniosos, qui scilicet omnia opinantur, nihil asserunt, tanquam nihil certi comprahendi poßit.* Acad. 2. & Opinator *est ille, qui omnia in dubiũ uocat, nihil satis disputatũ aut certum habens.* Acad. 2. & Opinabilis. *inde* Opinabiles *artes, quæ nulla certa scientia, aut ueritatis norma, regulaq́; cõstant, sed quæ opinione tantum & coniectura concipi possunt.* Opinabile, *quod in opinione positũ est.* lib. 1. de Diuinat. Opinatio. Tusc. 4. Inopinatum. Fam. 12. Ex inopinato. de Nat. Deor. 2. Nec opinãs. Cic. *Nec opinãtes mors opprimit.* Nec opinatũ. Off. 2. Nec opinato. Philip. 2. *inde* Opinio. *quod tam actiuè, quàm paßiuè sumitur. Opinionem enim de aliquo habemus, uel habetur de nobis opinio. estq́; aliquando dißipata quædam fama, sed paulo confirmatior: aliquando pro suspicione ponitur.* Terent. *in* Heautont. *Concurrunt multæ opiniones. Interdum pro spe uel opinatione sumitur, sed sæpius pro iudicio & existimatione dum actiua est, poni uideas.* Tusc. 3. Opinionẽ esse. Fa-

 mil. 1.

mil.1. Vt fert opinio, pro puto. Cic. Nec, ut opinio, & spes, et cōiectura fert, firmißima beneuolētiā hominū muniti sumus. Opinionem aucupari. de Orat.2. In opinionem irrepere. de Arusp. resp. Opinionem facere. in Brut. Opinione inflari. Off.1. Ut opinione relinquere. in Verr. Act.1. Opinionem adferre. Off.2. Opinionem præbere. Cæs. de bel. Gall.3. Opinionem tradere. de Orat.1. Opinionē inserere. in Brut. Opinione imbuere. ad Att.14. Dirigere in opinionem. Ibid. In opinionem adducere. Fam.1. Opinionem peruadere. pro Leg. Manil. Opinionem imbibere. in Verr. Act. 2. Opinionem accipere. Fam.1. Opinionem cōpræhendere. pro Cluent. In opinionē incidere. ad Heren. In opinionem discedere. Fam.6. In opinionem uenire. Fam.8. Opinionē habere. de Amic. Esse in opinione, pro opinionem habere. ad Att.8. Esse in opinione, paßiuè positum. pro Dom. sua. Opinionem tenere. Cæsar de bel. Ciuil.3. Opiniones confirmare. Fam.6. Opinionem duplicare. Fam.16. Opinioni respondere. Fam.2. Opinionem uincere, uel superare. Fam.5. Opinionem fallere. Fam.1. Opinionem inueterascere. in Verr. Act.2. Mouere ex opinione. de Nat. Deor. Opinionem euellere, uel conuellere. pro Cluent. Opinionē deponere. pro Cluēt. Opinionē amittere. ad Att.3.

Oppugnare.

Propriè oppugnantur urbes & oppida, castraq́;, cū

ea dux belli ui expugnare attentat. Transfertur tamen ad alia, scilicet & ad res nihil cum re bellica commune habentes, & ad personas. Fam.1. & 5.

Optimas

Dicitur, qui primum in ciuitate locum tenet. cui opponi solet Popularis. *Est igitur* Optimas, *primarius, princeps, uel qui in reipub. & bonorũ causam incũbit. Off.3.*

Optimus,

Est lectißimus, uel beneficentißimus: unde Iouem optimum uocant Latini, pro beneficentißimo. Optimo *autem opponi solet* Deterrimus. *in* Brut. *inde* Optimè, *id est, præclarè, eximiè, absolutè, summa cum laude, summa cum industria, arte, uel prudentia. Fam.4.*

Opulentus.

Cic. *Ex quo Sardanapali opulentißimi Syriæ regis error agnoscitur. &* Opulentia. *Sallust. Cui potest esse dubium, quin opulentiam istam ex sanguine & miserijs ciuium parauerìs?*

Opus,

Cum substantiuum est, ponitur pro artificio: uel generatim pro re omni, quæ nostra opera fit, siue in literis uersemur, siue in re alia qualibet. Pro artificio. Tusc.5. Pro *alijs rebus. Fam.1. & 16. & ad* Att.9.

Oscitare,


Vel Oscitari, *est dormitare, aut non attentum esse, sed*

remissum, & negligentem, uel securũ, & nihil prouidentem. unde Oscitatio, id est, ocium, & animi securitas. Oscitare autem dictum uult Donatus, *ab ore ciendo, id est, commouendo, ut fit præ somno aut tædio. Quod cum toto corpore fit,* Pandiculatio *appellatur. Transfertur eleganter ad multa: sed quoquo modo transferatur, languorem tantum habet & negligentiam. pro* Cluent. *inde Oscitanter. in* Bruto.

Ostendere,

Grammatici definiunt sic, ut sit os tendere. Sed quoniam os pro facie sæpe ponitur, faciesq; non solum pro toto corpore hominis, sed etiam pro cuiuslibet rei specie sumi solet, usu uenit, ut ostendere Latinis *sit, quod demonstrare, declarare, significare.* Fam. 7. *inde Ostentum dicitur, quod ostendat aliquid.* Fam. 8.

PAR.



IC. *Tu modò uideto in tanto ocio, ut par in hoc mihi sis. inde* Par ac, *uel atq;.* Cic. *Neq; enim mihi par ratio cũ Lucilio est, ac tecũ fuit. Par substantiuum, & in masculino genere. in orat.* Post red. *& in neutro reperies. de* Amic.

Parare,

Aliquando est ornare, instruere, uel moliri. aliquando est

est acquirere. Terent. Cupio aliquot parare amicos beneficio meo. & Cic. Alijs parare sua uolũtate cõsuescerent.

Parens,

Ponitur eleganter pro eo, cui de salute nostra summa cura est: aut cui & ob salutem nostram defensam, et ob dignitatem conseruatam omnia accepta referre debemus. ad Quint. Frat.

Parentare,

Pro pœnas ab aliquo persequi, à Latinis usurpatur. Et est propriè, mortuis iusta facere, uel soluere: sed non ferè sine hostili uictima. Itaq; fit, ut Parentare, et pœnas persequi, pœnas expetere, idem significet. pro Flac.

Párere.

Cic. Si quintum pareret mater eius, asinum fuisse parituram. inde Partus, us, ui, significat fœtum, uel pariẽdi tẽpus, aut actũ. Cic. Feræ partus suos diligũt. item Parere pro acquirere, uel afferre, & gignere. Fã.4.& 10.

Pars,

Ex cæteris alijs significationibus, quas uarias habet, interdum ad sectæ significationem accedit, non pro certa quidem aut disciplinæ forma, aut uitæ ratione: sed pro factione: usurpaturq; tam in singulari, quàm in plurali numero. Post red. & Philip. 5. & Partes ponitur pro officio & munere, quibus fungimur. Fam. 3. & 11. inde Partes deposcere. Cic. Potißimum tibi partes istas depoposcisse.

poscisse. Partes imponere, uel dare. ad Att.10. & Famil.9. Suscipere. Fam.3. Sumere. Cic. Quas enim partes mihi ipse sumpserã, eas praeoccupauit oratio tua. Obtinere. pro Quint. Agere. Fam.3. Transactae dicũtur partes, cũ suscepto negotio functi sumus. de Orat.2.

Participare,

Est communicare, impertiri, uel partem subire. Tusc. 2. Particeps est socius, cui opponitur expers. Fam.16. Participem facere. Fam.10.

Partire, & Partiri.

Partior idẽ est, quod partes facio, partesq; distribuo. Verg. Et socios partitur in omnes. Partiri paßiuum. pro Syll. Vel deponens. in Verr. Act.3. inde Partitor. in Vatin. Partitio. pro Syll. Pars etiã est uel muneris, uel loci, uel membri, id est, diuisionis magis expressae. Cum loci est. Fam.12. Membri partem cum esse dicimus, rei cuiuslibet diuisionem intelligi uolumus. & refertur tam ad incorporea, quàm ad corporea. Fam. 1. Dicimus etiam, Vocare in partem. pro Cecin. Facere partem. ad Att.13. Habere partem. pro Rosc. Comoed. Dare partem. Cic. Tu nostri imperij partem dedisti. Dicimus similiter, Bona pars, pro magna parte, uel maiori parte. de Orat.2. Etiam eleganter dicimus, Bona, maior, maxima pars. pro Corn. Balb. Maximae parti, si multo adiungitur, tũc insignior est elegãtia. pro Leg. Manil. Pro multò maxima parte, ponit interdũ

Cicero, Multis partibus: & id etiam cum uerbo affectus incrementum & acceßionem habente.de Finib.3. *Pro bona,uel maxima parte ponitur ab eodem Cicerone,propè* Pars, *in oratione pro Mur. Cū accuſatiuo.* Fam.4. *Item dicimus,Maximam partem nonnulli,id eſt,maxima pars,ut plurimum,uel maximè.* Tuſc.4. *Iungitur cū præpoſitione* In,*uel* Ex. *Et uel habet accuſatiuum.* Fam. 4. *Vel ablatiuum.* Off.1. *Cum præpoſitione* Ex. Fam.2. *Partitè.* in Brut. *Partim ponitur ſimpliciter.ad* Att.11. *Vel geminate.* Fam.1. *Aut cum caſu, ſcilicet cum genitiuo.* Off.2. *Nonnunquam etiam cum ablatiuo, interiecta præpoſitione* Ex. Philip.8.

Parturire,

Grammatici interpretātur pro cupere,párere:ut eſurire pro cupere,edere.pro Mur.

Parumper,

Eſt aliquantum,uel pauliſper, quaſi per parum: & refertur ad tempus.

Parum,

Significat paulum, & iungitur cum uerbis, aut nominibus,aut aduerbijs. Tuſc.1. *Parum cum* Eſt.pro Seſt.

Paruus,

Dicitur exiguus,uel modicus, tenuis, minutus, anguſtus,uel breuis. Et cum ad perſonam attinet, ſtaturæ, uel ætatis eſt. Terent.*Ibi tum matri paruulam puellam dono*

quidam mercator dedit. *Vnde ducitur hic loquẽdi modus, scilicet* A *paruulo, id est, à prima ætate, uel ab adolescentia.* Et *cum extra personam est, pertinet uel ad rem, uel ad locum, uel ad tempus, uel ad aliud quodlibet, quod pusillum sit.* Off.1. *inde* Paruipendere, *quod fastidientis, uel contemnentis significationem habet.* ad Att.15.

Patefacere,

Idem quod aperire est, Cic. *Quod ij, qui ea patefacere possent, propter metum reticuissent.* Et *dicimus* Patefacere *aditum, &* Patefacere *aures, de quibus suo loco.*

Patronus

Non semper in causis est, sed is dicitur, qui tam uerbo, quàm facto imbecilliorem, uel afflictum sustentat. inde Patrocinari, *&* Patrocinium. Famil.3. *&* 13. *&* Patrocinium, *pro omni defensione ponitur.* Sed *interdum nominatim pro aduocatione: & si quod uerbum admittit, cum suscipere, uel recipere ponitur.* de Orat.1. *Aliud etiam significat, cum scilicet* Patronus *liberti est.* Famil.13. Patronum *adoptare, scilicet in omni nostro periculo, uel causæ, uel cuilibet alij nostro negotio.* Philip.2.

Paucus,

Est exiguus, uel rarus. pro Mur. *inde* Pauculus. ad Att.9. *&* Paucitas. Fam.2.

Paulisper,

Est aliquantum, uel paulum, uel ad breue, aut minimũ tempus.

tempus.Fam.3.& 7. Paulisper dum. pro Mil.

Paulum

Significat aliquo modo, uel aliquantũ.Fam.1. Paululũ.Fam.6. & Paulò, quod cum quolibet cõparatiuo iungi potest,ut paulò doctius, literatius,eruditius,elegantius,uenustius,suauius:uel Paulò indoctius, ineptius,stultius, stolidius, agrestius, &c. Cic. Cuius haud paulò melior, quàm isti nostri.Paulò antè,significat modò, uel dudum.in Verr. Act.6. Paulò post,id est,breui post tempore, uel paucis interpositis uersibus, ut cum scribendo aliquid aliò à nobis differtur. Fã. 1. Paulò minus. Cic. Auri pondo centum paulò minus. Paulò nimium. de Orat.2. Paulò plus.Cic.Quisquis audierit de arte paulò plus,omnia uidere poterit. Paulò amplius.Cic.Aurũ uiginti pondo paulò amplius. Paulò magis.in Verr. Act.2. Paulatim,quod est sensim,uel minutatim.Fã.8.

Pauper,

Dicitur tenuis, & humilis, cui parua & angusta res familiaris est.in Paradox. Et Paupertas,quæ est tenuitas,egestas,uel angustia rei familiaris.Off.2,

Peccare,

Absolutè dicimur, uel in aliqua re,uel in aliquem, uel aliquid.Famil.13. In quo etiam si peccat, magis ineptijs quàm improbitate peccet. Peccare in aliquem.ad Att.2. & 7. Peccare cum accusatiuo. Fam.3. Peccari, uel

peccari

peccari aliquid. Terent. in Eunuch. Peccare syllabam. Plaut. in Bacch. Si unam peccauisses syllabam, fieret coriũ tam maculosum, quàm est nutricis pallium. inde Peccatum: quod eius esse potest, qui animum diligenter aduertat: sed uel consilij inopia, uel rerum rudis, rem prudenter sapienterq; non gerat. Peccatum quoq; in re quauis consistit, siue in negotiorum procuratione, siue in artium aut literarum rectè & scienter appellandarũ ignoratione. Peccare etiam in re qualibet dicimur, cũ id quod ex rei dignitate uel natura est, prætermittimus, uel omittimus. ad Att. 11. Omnia sunt faciliora, quàm peccati dolor. Peccatum oboriri. Terent. in Adelph. Peccatum portare, id est, habere. Terent. in Heaut. Peccatum transferre. Terent. in Adelph. Peccatum corrigere. ad Att. 11. Peccatum sedare. Terent. in Adelph. Peccato carere. Famil. 5.

Peculium

Dicitur, quicquid labore nostro partum est, in quacunque persona: licet in seruis iura uelint dominorum accedere consensum. in Paradox. Peculium igitur est, quicquid proprium alicuius est. inde Peculiatus dicitur, peculio eximiè instructus. Fam. 11. & Peculiaris, pro re ad peculiũ pertinente ponitur, siue peculij propria. Sed usu iam receptum est, ut peculiare dicatur pro præcipuo, non cũ alijs cõmuni, sed speciali. in Verr. 5. Dicitur etiã Peculiare edictũ, id est, ad aliquod tẽpus propriũ. et pro Flac.

& Peculiariter, quod significat præcipuè, uel maximè propriè. Plin. lib. 27.

Pecunia,

Vnde appellata sit, indicat Columel. lib. 6. Et ponitur pro fortunis, diuitijs, uel nũmis. Fam. 7. & 12. inde dicimus Pecuniã pẽdere. in Piso. Attribuere. Fam. 2. Vel decernere. Fam. 11. Pecuniã erogare. ad. Q. Frat. Vel dare. Philip. 5. Pecuniam uenire, uel pecuniam alicui uenire, aut ad aliquẽ peruenire. de Orat. 2. et in Verr. Act. 3. Pecuniã effundere, dißipare, dilapidare, adedere. Cic. Quid effusio pecuniæ significat? Idem: Quis tam perditus & profusus nepos, non adesa iam, sed abundanti pecunia sic dissolutus fuisset. inde Pecuniosus. Cic. Nocens & pecuniosus reus. & Pecuniam conciliare. in Verr. Act. 4. Vel parere. Cic. Magni æstimabat pecuniã non modò nõ cõtra leges, sed legibus partam, &c. Pecuniã facere, est pecuniam conciliare, uel quærere, aut cogere. Cic. Ista ratione pecuniam innumerabilem facere posset. Pecuniam conficere, interdum est pecuniã exhaurire, uel dißipare. pro Flac. Interdũ pro facere & quærere. pro Sylla. Pecuniam redigere. contra Rull. Exigere. in Piso. Cogere. ibidẽ. Aceruare, uel congerere. Philip. 5. in Pecuniã inuadere, uel pecuniã corripere. pro Rosc. Amer. Pecuniã auertere. in Verr. Act. 3.

Pellere,

Est mouere, uel agitare. quod uel cum iniuria & eie-

ctione

ctione est, & cum ablatiuo sine præpositione ponitur, aut cum ablatiuo & præpositione E, *uel* In. Off. 3. pro Mil. *Vel ponitur sine iniuria, uel eiectione: & est commouere, uel afficere*. Off. 3.

Pellicere,

Quod etiã Allicere & Allectare, item Illicere et Prolicere dicitur. Cic. *Huius socrum, mulierem imbecilli cõsilij, satis locupletem pellexit* Decianus *ad sese*.

Pendere animi,

Est *dubitare, quod etiam hærere animi & animo dicimus*. Cic. *Ego animi pẽdeo, quid illud sit negotij.* Pendere *absolutè positum, pro pendere animi*. ad Att. 4.

Penuria,

Dicitur inopia rei cuiuslibet, quam tamẽ propriè nõnulli dici uolunt carum rerum, quæ in pœnu recondi solent. de Amic.

Percelli,

Vel *perculi, pro commoueri*. Cic. *Sed hoc scito, tuos ueteres hostes, nouos amicos, uehementer literis perculsos*. Tusc. 5.

Percipere,

Pro *discere, uel sensu comprehendere*. de Orat. 1. *inde* Perceptio. Off. 2. *Translatè*. Acad. 2.

Percrebrescere,

Eadem *significatione est, qua* Increbrescere. Off. 3.

Percon-

Percontari,

& Contari, translatè est diligenter inquirere. Vide Cõtari. Terent. Tua quod nihil refert, percõtari desinas.

Percurrere, uel Decurrere,

Vulgare est, duo hæc uerba propriè cursus esse concitatioris. Sed quoniam in cursu celeritas inest, & quasi quoddam uiæ compendiũ, propter contentionis uehementiam fit, ut translatè Percurrere dicamus, id est, celeriter & quodam uerborum compendio explicare. atq; tametsi non in usu frequẽti sit decurri, uel præcurri: participia tamen Latini non repudiant. Cic. de Orat. Sed pauca etiã requirimus, imprimisq; ea, quæ ualde breuiter à te Crasse de ipsa arte percursa sunt. Ibidem: Attamẽ ista, quæ abs te breuiter de arte decursa sunt, cupimus. Percurrimus ea scilicet, quæ strictim attingimus, uel quæ breuiter percensemus. Et percurrimus oratione, uel animo. quæ animo percurrimus, comprehendi, percipi, cognosciq; significantur. Cic. Hæc percurrere oratione facile est. inde Percursio dicitur. Tusc. 4.

Perdere,

Est damnum facere uel contrahere. Fam. 4. Interdum uero amittere, uel iacturam rei alicuius facere. Ponitur etiã pro affligere, & euertere. Fam. 14. & Perditor. pro Planc.

Perdi-

Perdiſcere,

Amplius paulo quàm diſcere eſt. Cic. Quod certe ita fieret, ſi tu maluiſſes beneuolẽtiæ, q̃ litiũ iura perdiſcere.

Peregrinari,

Eſt peregrinatorem, uel peregrinum eſſe, uel iter peregre facere. & ponitur abſolutè. Fam.8. Cum ablatiuo. in Bruto. Cum accuſatiuo. Tuſc.5. Translatè. pro Mil. inde Peregrinator, uel Peregrinus. Fam.6. Peregrinatio. Fam.2. Peregrinitas & Peregrinatio itineris eſt uel uiæ, & in loci mutatione: peregrinitas uerò uel in uerbis, uel in rebus eſſe poteſt. & uocamus Peregrinitatem nouam quondam formam et inuſitatam. Fam.9. Peregrè, uerbis & motum habentibus, & nõ habentibus iungitur. Philip 5.

Perendie.

Cic. Ego hinc perẽdiè mane cogito. hinc Perẽdinus. Cæſar: Qui, ſi per te liceat, perẽdino die cũ proximis hybernis cõiunctim cõmunẽ cũ reliquis belli caſũ ſuſtineat.

Perennis,

Eſt cõtinuus, iugis, uel perpetuus. Fam.1. inde Perennitas. de Nat. Deor.2.

Perferre,

Pro nuntiare. Fam.1. Hæc cũ ad me frater pertuliſſet.

Perficere,

Eſt abſoluere & perpolire. ad Att.13. inde Perfectus,

ctus, pro absoluto, & suis partibus omnibus elaborato, perpolito. Fam.5. Perfector. de Orat. 1. Perfectio, pro absolutio. de Orat. 4. Perfectè, pro absolutè, plenè, cumulatè. de Orat. 1.

Perfuga.

Off. 3. Magnum illud bellum perfuga unus, & graue aduersarium imperij sustulisset. Perfugium autem locus, in quem fugiendo nos uelut in portu recipimus: Cic. Sed nescio quomodo ipsæ illæ excludere me à portu & perfugio uidentur.

Pergere,

Significat, quod semel cœptum est persequi, aut in re cœpta perseuerare. Sed ut plurimum ad iter pertinet. Ponitur absolutè. Fam. 10. Cum præpositione Ad. Tusc. 5. cum In. Cic. Italiam percensuisti, perge in Siciliã. Cũ De. in Brut. Cum accusatiuo locali. Cic. Equidem suasi, ut Romam pergeret. Et alibi: Perge, reliqua gestio scire omnia. Et infinitiuum subintelligere potes, scilicet scribere, narrare, uel mãdare. Cũ alius uerbi infinitiuo. Fã. 15

Peripetasmata,

Peristromata & peripetasmata uoces sunt græcæ. & Peripetasmata sunt instrata, quæ alio uerbo aulæa appellantur, ab aulis regũ, in quibus expanduntur. sed Peristomata dicuntur, ex eo quod triclinijs obtendi soleant, ut aulæa ab aulis dicta tradidimus, idẽ Attalica. Plin. li. 8.

Babylonica, tapetes, uel tapetia, stragula uestis, stragulum, beluata, pallium: unde Palliatæ fabulæ.

Perire,

Aliquando uitæ extinctionem habet, aliquando uero quandam status & dignitatis immutationem, atq; cõuulsionem designat. Fam. 14. Perire ad rem relatũ, pro frustra & inaniter consumi. ad Att. 2.

Peritus,

Significat scientem, gnarum, & intelligentem: ponitur q; absolutè. de Orat. 1. Cum genitiuo. Off. 3. Cũ ablatiuo. Off. 1. Cum accusatiuo, & præpositione Ad. pro Font. Peritè. de Orat. 2.

Permittere,

Est potestatem facere, uel concedere. Interdum est cõmittere. ad Qu. Frat. Interdum condonare. pro Sest. Ponitur uel cum infinitiuo, uel Vt, uel absolutè. Fam. 6. & 13. Vel cum datiuo & accusatiuo. pro Syll. Vel cũ datiuo, uel cum particula Vt. Fam. 4. Permißio. ad Qu. Frat. inde Permissus, us, ui. in Verr. Act. 5.

Pernities,

Est calamitas, uel exitiũ. Fam. 5. Incumbere in pernitiem. Cic. Quid? Serg. Galbam nónne proauo tuo fortißimo atq; florentißimo uiro M. Catoni incumbenti ad eius pernitiem pop. Rom. eripuit? Instruere ad pernitiem. Cic. Quod non iam ad unius pernitiem, sed ad uniuersorum

uersorum instruitur calamitatem. Pernitiem moliri, *uel comparare. Cic. in Catil.*In pernitiem incurrere*. de* Nat.Deor.3. Pernitiem depellere. *pro* Dom. *sua. inde* Pernitiosus,*est exitiosus,uel capitalis,uel qui pernitiem adfert.de* Amic. Pernitiosé. *de* Leg. 2.

Perorare

*Tantum extremam orationis partem continet,& epilogum.*Ponitur *absolutè.ad* Att.4. *Vel cum accusatiuo.*Et *in hunc modum loquendi paßiuas locutiones conijcimus, quæ perinde sunt, ac si accusatiuum expressum haberent. in accusatiuum enim resolui possunt. in* Verr. Act.4. *inde* Peroratio,*est epilogus.de* Orat. *Alij conclusionem orationis, & quasi perorationem collocant: alij iubent,antequàm peroretur,ornãdi aut augendi causa digredi.*

Perpetuare.

Cic. *Semper Cecilius in calamitate fratris sui iudicum potestatem perpetuandam, legis acerbitatem mitigandã putauit. inde* Perpetuitas.Fam.10. Perpetuò.Fam. 4. *In perpetuũ,pro perpetuò.*Fam.3.&4. & Perpetuus *idẽ est aliquando, quod continens, uel contextus, non interruptus, aut concisus.* Appellantur *etiam* Perpetuæ *uiæ,* Perpetuus *ager,* Perpetuæ *trabes, fossæ,* Perpetui *montes,* Perpetuæ *ualles. quæ significatio* Perpetui *propria est.Alia uerò translata,cum dicimus* Perpetuam *orationem,*Perpetuam *historiam,*Perpetuum *tempus.*Fa

mil.5. Aliquando uerò est temporis spacio non intermissus, sed perennis; constans, atq; æternus, uel sempiternus. Off.2.

Perpolire,

Poliendi, & expoliendi perfectionem continet. Fam. 5. Perpolitus. Cic. Explicatio illustris & perpolita. Perpolitio. ad Heren. 4.

Perscribere,

Est usq; ad finem scribere. Fam. 5. Reconditioris etiam est significati hoc uerbum, & significat in tabulas publicas, in acta q; referre: quod in registro uulgò dicũt, uocabulo à regestis corrupto. Fam. 1. Perscriptor est, qui eá quæ perscribuntur notat. Perscriptionem posuit Cic. in Verrem, pro cautore, qui formulas concipit. Scribam, inquit, tuum dicit Verres huius perscriptorem fœnerationis fuisse. Perscriptio inde. Perscriptiones autem dicebantur ea, quæ perscribebantur, quas ponunt interdum Latini pro syngraphis. Fam. 5.

Persequi,

Pro insectari. Fam. 6. Aliquando ponitur pro explicare. Cic. Singula persequi non est necesse.

Perspicere,

Oculis est, sed ad animum etiã transfertur. estq; plenam & certam rei, de qua agitur, cognitionem habere. Cic. Quæ facilius perspicere potui, quàm scribere. inde

de Perspicuum propriè est pellucidum, uel translucidũ, uel per cuius medium uidemus, sed magis ad incorporalia spectat: ut, Perspicua sententia, oratio, id est, quæ non est perplexa, uel obscura. Fam. 4. & Perspicuitas, id est, facilitas. Acad. Quæst. 4. & Perspectum. Cic. Ac primum tibi perspectum esse iudicium de te meum lætor.

Persuadere

Vehementius est, quàm Suadere. estq; probare, ad credendum adducere, uel fidem facere. Fam. 5. Persuasum esse. in Verr. Act. 6. Persuasum habere. in Verr. Act. 7. Suasor. ad Att. 16. Suasio, uel suasus. pro Cluēt. Dicimus quoq; non ineleganter, Persuadeas tibi uelim. Cic. Hoc uelim tibi penitus persuadeas.

Pertæsum,

Vt Tædere, genitiuum regit. ad Qu. Frat.

Perturbare.

Cic. Visus est mihi uehemēter esse perturbatus. Inde Perturbatio. Tusc. 4.

Peruadere,

Ponitur cum accusatiuo, & præpositione Per, uel In. Accusatiuum solum sæpe habet, aut aduerbium locale accusatiui uice fungens. in Verr. Act. 3.

Peruagare,

Est pedibus obire, uel lustrare, & concursare. Off. 3. Extra personã, uel translatè. pro Mil. inde Peruaga-

tio.Philip.2. & Peruagari, quod ablatiuum uel accusatiuũ habet.Cic.Molestiæ,lætitiæ,cupiditates,timores,similiter omniũ mentes peruagantur. Peruagatus pro diuagato,peruulgato,uulgari,uel communi. pro Planc.

Peruenire.

Primo dicitur res ad alicuius aures peruenire,cuius fit certior. in Verr. Act. 6. Peruenit etiam ad quempiam pecunia.pro Rab. Posth. Peruenimus quoq; ad annos. pro Quint.

Peruulgare,

Est diuulgare:& aliquando rei librariæ conuenit,aliquando non conuenit.Fam.5.

Pestilentia.

Pestilentiam uix cum pestis significatione conuenire puto, cum loci ferè sit semper, & rectè salubritati opponatur,ut Pestilens salubri.Quis enim aliquem Pestilentia correptum dicat?aut Pestilentia laborare? Famil. 14. & Off.2. Pestilens.Fam.5.

Pestis,

Pernitiem significat,non morbum: atq; extra corpus est,pertinetq; tam ad res,quàm ad personas. Quod si nomen translatum esse uelis à morbo,sic appellato,qui præsens uitæ periculum habet, uimq; inprimis exitialem, nihil certè impedio.Fam.4.5.6.& 11. Pestem machinari.Cic.in Catil. Pestem adferre,uel importare..pro C. Rab.

Rab. *Pestem depellere,uel auertere. ad* Brut. *Pestē comprimere, uel reprimere. pro* Mil. *Pestem exsecare,uel extinguere.pro* Sest. *inde* Pestifer,*qui est perniciosus:uel pestem,id est,damnū, calamitatemq́; inferens. ad* Att.2.& 8.

Petere,

Dicimus *uel absolutè,uel honores,uel magistratus.*Cic. *De his, qui nunc petunt,* Cæsar *certus esse dicitur.* In*terdum est inuadere,uel aggredi feriendi causa.*Interdum *est poscere,postulare,quærere,uel contendere.*Interdum *quoq; est optare,ut petere laudem,diuitias, &c.* Aptū *est etiam ad magistratum, ut* Petere *consulatum, tribunatū.* Etiam *est ire.*Fam.14. *inde* Petitio.Cic.*Petitionis nostræ,quam tibi summæ curæ esse scio,huiusmodi ratio est. inde dicimus,*Petitioni *se dare.* Fam.3. *Petitionem adornare.pro* Mur. *Petitionem oppugnare.*Fam.1.

Pietas,

Pro charitate, siue beneuolentia alicuius in aliquem. Cic.*Periucundæ mihi fuerunt literæ tuæ,quibus intellexi te prospicere meam in te pietatem. Quid enim dicam beneuolentiam, cum illud ipsum grauißimum & sanctißimum nomen pietatis, leuius mihi meritis erga me tuis esse uideatur?*

Piger,

*Ignauus,negligens.*Fam.7. *Pigritia,quæ est negli-*

gentia, uel ignauia. Off. 1. & Pigritari dicitur, ut grauari. Cic. Tu, quæso, quicquid erit noui (multa autem expecto) scribere ne pigrere.

Pigere,

Personale apud antiquos fuit. Plaut. Adolescens, quæso, loquere tuũ mihi nomen, nisi piget. Frequentius tamen legitur impersonaliter in tertia persona, uel in infinitiuo. ad Att. 5.

Placare,

Offensioni contrarium est: & idem est, quod mitigare, lenire, &c. Cic. Cur eadem respub. quæ me in amicos inflammare potuit, inimicis placare non poßit. inde Placabilis. Cic. Nam si ita esse statueris, & irritabiles animos esse optimorum sæpe hominum, & eosdem placabiles, & esse hanc agilitatem. &c.

Placere,

Placent ea, quæ probamus. quid enim nisi gratum probemus? Hic prorsus uel in cõsilio capiendo, uel dando consistit. Fam. 1. Quemadmodum homines religiosi Sybillæ placere dixerunt.

Plaga,

Aliquando rariora retia ad capiendas feras. in Verr. Act. 7. Aliquando pro cœli uel terræ spatio amplißimo, quod etiam tractus & clima dicitur. de Diuinat. 2. Aliquãdo pro uulnere, uel percußione. pro Planc. Translatè

latè idem est, quod calamitas, damnum, exitium, uel offensio. Fam. 9. & 16.

Plaudere.

Plaudimus quidem, cum pulsamus, & strepitum facimus, uel lætitiæ, uel indignationis, uel derisionis signum dãtes, quoties scilicet alicui pro re bene gesta congratulamur. aut ob malè gestã tædio affecti, uel satietate defatigati obstrepimus. Raròtamen in malã partem sonat, in bonam ferè semper. Tusc. 5. inde Plausus, uel Applausus, quæ est secunda admurmuratio, & uox populi studium suum indicantis. ad Att. 4. Plausum quærere. Tusc. 5. Plausum captare. Tusc. 2. Plausum excitare. pro Sest. Plausum dare. ad Att. 4. Plausum impertiri. ad Att. 2. Plausum tribuere. Philip. 1. Plausum mori. ad Att. 2. Cæsar cum uenisset mortuo plausum Curio filius est insecutus. Plausibilis, & Plausibile, quod gratum est & acceptum. Tusc. 3.

Plenus,

Est cumulatus, confertus, uel affluens: & opponitur uacuo, inani, exili, uel enecto. Ponitur autẽ sine casu. Off. 1. Vel cum genitiuo. in Verr. Act. 6. Vel cum ablatiuo. Fam. 10. inde Plenitudo. ad Herẽ. 4. & Plenè, pro planè, perfectè, uel cumulatè ponitur. Off. 1.

Pleriq;

Interdum pro maxima parte ponitur, interdum pro

nonnullis. In quo nomine is præcipuus est ornatus, cum iungitur genitiuo, uel cum dicimus Plerosq; omnes. Fam. 5. Dicimus etiam, Pleriq; omnes. Terent. Quod pleriq; omnes faciunt adolescentuli, ut animũ ad aliquod studium adiungant. & Pleraq; omnia. Terent. Dixi pleraq; omnia. Item dicimus Plerũq;, pro magna, uel maiore ex parte, uel persæpe, aut ferè. Fam. 13.

Plurimus,

Superlatiuus Multi. Terent. Plurima salute suum Parmenonem impertit Gnato. & Plurimum, aduerbium. Cic. Mihi, ut te plurimum diligam, facere necesse est.

Plus,

Vel absolutè ponitur. ad Att. 6. Vel cum quàm. de Orat. 1. Vel cum genitiuo. Tusc. 2. Vel cum accusatiuo. ad Att. 5. Vel cum ablatiuo. Fam. 3. Geminatũ etiam ponitur. Plaut. Dij faciãt, ut sict: plus, plusq; istud sospitent, quod nũc habes. Inde dicimus Plus satis, pro satis. Terent. Accede ad ignem hunc, iam calesces plus satis. Plusculus. Terent. Vxori emunda ancillula est, tũ autem plusculа suppellectile opus est. Plusculum, pro paulò plus. Fam. 5. Plura, in plurali. Fam. 1. & Pluris esse dicimus, pro excellere et præstare. Cic. Quis Carthaginensium pluris fuit Annibale, cõsilio, uirtute, rebus gestis? qui unus nobiscum tot annos de imperio, de gloria decertauit?

Pœna,

Supplicium est, à pendendo, teste Varrone, quo quis ob delictum afficitur. ad Heren.4. *inde* Pœnam *consti tuere. ad* Qu.*Frat.* *Comparare. ad* Heren. 4. *Pœnas persequi.* Fam.1. *Pœnam petere ab aliquo. ad* Att. 1. *Pœnas expetere. pro* Mil. *Repetere, pro expete re. pro* Rosc.*Amer.* *Pœna afficere.* Off.2. *Pœnas cõuerti in aliquẽ. pro* Dom.*sua.* *Pœnas appropinquare.* Philip.4. *Pœnam peruenire ad aliquem. ad* Brut. *Subire. in* Pison. *Suscipere. pro* Leg.*Manil.* *Sustine re. pro* Dom.*sua.* *Ferre. pro* Flac. *Capere, pro labo rem suscipere, uel subire.* Sallust. *in* Iugurt. *Pendere. ad* Att. *Pœnas dependere. pro* Sest. *Dare.* Fam.12. *Dedere. ad* Att.9. *Soluere, uel persoluere. pro* Milone. *Luere. ad* Att.3. *Pœnas reddere, id est, luere.* Sallust. *Teneri. ad* Qu. *Frat.* *Pœnam effugere.* Famil. 16. *Pœna liberare. de* Orat.1.

Pœnitere

Significat, quod feceris, fecisse molestè ferre. Deinde *pro pigere ponitur, uel tædere: in quo nullus facti susceptus dolor inest, sed tantũ contracta sua sponte molestia atq; offensio, eaq; siue animi ægritudine, siue alia quauis causa.* Ponitur *etiam pro paruum, uel parum uidere. Accusatiuum regit cum infinitiuo, ut* Pœnitet *me hoc fecisse: uel accusatiuum cum genitiuo, ut* Pœnitet *me mei consi- ij: uel duplicem accusatiuum, uel accusatiuum cum dati- uo, pro*

uo, pro moleſtè ferre feciſſe, quod feceris. Fam. 1. 2. & 9. Vel pro tædere, uel pigere. Fã. 1. & 6. Vel pro paruũ, uel parum uideri. Off. 1. inde Pœnitens, uel Pœnitendus. & Pœnitens eſt, quẽ pœnitet rei alicuius. Philip. 12. Pœnitendum etiam pro parui æſtimando ponunt, Columella lib. 2.

Polire,

Eſt limare. de Orat. 1. Politus tam ad res, quàm ad perſonam pertinet. Et dicimus aliquem politũ re aliqua. Fam. 1. & 12. Politè. pro Cælio.

Pondus,

Quod librãdo ad ſtaterã ponderatur. Sed quod propriè põderoſum eſt, hoc graue eſſe uidemus. ſic fit, ut põdus tranſlatè à Latinis pro grauitate dicatur: & res etiã uel homo nullius ponderis uocetur, qui nullo numero eſt, & pro nihilo ducitur. Fam. 15. Inde dicimus, pondus afferre. ad Att. 9. Vel habere. Fam. 1. Eſſe ponderis, uel pondere, pro pondus habere. Fam. 2.

Ponere,

Vel proponere, uel ſtatuere ante oculos, aut in conſpectu animi ea dicimur, quæ uel in memoriã reducimus, uel ita explicamus & exprimimus, ut ea uidere uideãtur ij, qui audiunt. Fam. 16. Ponere abſolutè, pro beneficium ponere. Fam. 13. Dicimus quoq; eleganti modo, Ponere in gratiam, uel in gratia, aut conſtituere in gratia. ad Att. 5.

Att.5.& 6. & Ponere in uitio. Cic.Tusc.5. Confidens mala cõsuetudine loquendi in uitio ponitur. Item, Esse uitio, uel in uitio. Tusc.4. Off.1. de Finib.5.

Ponere pedem,

Dicitur pro uestigiũ facere, uel imprimere, uel pedem inferre. pro Cecin.

Populari,

Est diripere, uel uexare. Off.1. inde Populatio. Liuius: Vsq; ad aquas Sinuessanas, populatio ea peruenit. Populationem facere. Liuius ab Vrbe cond.3. In populatione esse, est populari. Liuius: Nihil aliud, quàm in populationibus res fuit. Populatione prohibere. Cæsar. Suos à prælio cõtinebat, ac satis habebat in præsentia, hostem rapinis populationibusq; prohibere.

Popularis,

Populo gratus dicitur, uel qui populi studia & fauorem, aut largitione, aut alia quauis ratione captat. ad Att. 2. Interdum popularis ad populum spectat, uel est plebeius. Off.2. & Populariter interdum est abiectè, humiliter, & quasi pro populari inscitia, atq; infantia, uel uulgò. Cic. Homines enim populariter annum tantũmodo solis, id est, unius astri reditum metiuntur. Interdũ capitur pro plausibiliter uel seditiosè. Off.2.

Portendere,

Est præmonstrare, denũtiare, uel prædicere. in Verr. Act.6.

Act.6. inde Portentũ,quod est,quicquid portendit ali quid futurum,& tam in bonam quàm in malam partẽ ca pitur. Portenta autem ex augurijs & auspicijs significar tionem accipiebant. Ponitur etiam Portentum pro re ina ni quapiam,& irridenda, & id per ironiam:uel per exe crationem, pro re inaudita & nefaria. de Arusp. resp. & in Pisonem.

Portorium,

Dicitur uectigal portus,uel fluminum,uel lacuum,uel stagnorum. nam & Portitor iell dicitur,qui traducit ho- mines, ac uehit nauigio, uel de naui ad littus, uel ad ulte- riorem fluminis,lacus,stagniue,seu ripam,seu littus. Acci pitur etiam pro eo,qui portorium conduxit:id est,qui fru ctus pecuniarios ex portu conduxit, & à uenientibus il- los exigit. Off.1.

Portus.

Pro perfugio. Cic. Tutißimũ sibi portum prouinciam istam ducit esse.

Posse,

Absolutè. Cic. Qui uidetur in suffragijs multum posse Galba. Inde dicimus Posse apud aliquem. Fam.6. uel Posse cum ablatiuo. Fam.4. Posse à re aliqua quem piam dicimus, eo quidem modo, quo paratum benè, uel malè à re aliqua. Terent. in prol. Heaut.

Possidere,

Est tenere,uel in potestate habere,aut cõpotem & do minum

minum esse. Et poßidemus bona, prædia, domũ, & similia, uel alia. Ad bona relatũ, est ex edicto poßidere: quod est, rem nobis iudicis sentẽtia adiudicatam poßidere. pro Quint. *Vel publicè poßidere, quod in manum regiam ponere leguli dicũt.* Fam.13. *inde* Possessor. Philip.5. & Possessio, *quod aliquando proprietatem & usum, siue actum poßidendi agri, aut ædificij, non ipsum fundũ, aut agrum significat. aliquando uero bona ipsa designat. Sic igitur erit pro iure poßidendi, siue pro re possessa.* Possessio *quoq;, ut* Poßidere, *non solum bonorum est, sed rerum etiam aliarum, quod facile in exemplis cognosces. Obserua autem id possessionem fiduciariam à* Latinis *dici, quod sub manu regia poßidere hoc tẽpore dicũt.* Titus Liuius de Bell.Maced.2. *Dicitur etiã* In possessionem *mittere iudex ex edicto, qui rem alterutri litigãtium adiudicat.* pro Quint. Possessionẽ *dare.* Dat *aũt ex edicto possessionem iudex, qui in possessionem mittit: uel possessio à priuato datur, muneris beneficẽtiæq; causa.* Fam.9. *Irruere in possessionem.* Cic. *Te ex iure manu consertum uocarent, quod in alienas possessiones tam temerè irruisses.* uel *Venire.* Cic. *Qui ex edicto meo in possessionẽ uenerit.* uel *Proficisci in possessionẽ.* Cic. *Proficiscenti tibi in possessionẽ, Prætor ipse palàm dixit.* In possessionem *pedem ponere.* Philip.3. *Possessionem usurpare, uel occupare.* de Orat.3. Fam.11. *Possessionẽ habere.* Fam.13. uel *Possessionem esse alicui.* in Parad.

In possessione esse, uel cõsistere. pro Cecin. & de Orat.2. Possessionem tenere. Fam. 7. uel In possessione retinere. Off.2. Manere in possessione, est possessionem tenere, quod actiuæ significationis est. Fam.11. Possessione pellere. ad Brut. Cedere possessione. pro Mil. uel Decedere de possessione. cõtra Rull. His contraria sunt, Possessionem recuperare, uel restituere in possessionem. de Orat.3.

Posteritas,

A posteris dicitur: et Posteri ab adiectiuo, quod est posterus, a. um. Posterus autem est consequens, ut posterus dies. Dicimus prospicere uel prouidere in posterum, uel differre in posterum. Item, In posterum dicimus sine uerbis modò notatis. ad Att.9. inde Posterior comparatiuus. ad Att.6. Ornatior est loquendi modus, cum opponitur antiquiori & chariori. ad Att.10. & alibi: Quorũ utriq; semper patriæ salus & dignitas posterior sua dominatione, & domesticis commodis fuit. & Posterius, pro tetrius, uel flagitiosius. in Pison. Posteri autẽ dicuntur, qui inferioris sunt ætatis, scilicet proles postea nascens. ad Qu. Frat. Posteritas nihil aliud est, quàm posterum, id est, sequens seculum. Fam.1. & 5. Posteritati seruire est, cum rebus gestis nostris memoriã posteritatis aucupamur. & Postremus. Cic. Quod si Romanos nos esse meminissemus, non audacius dominari cuperẽt postremi homines, quàm id nos prohiberemus.

Postridie,

Postridie,

Vel absolutè. Fam. 11. Vel cum Quàm. Fam. 16. Vel cum genitiuo. Fam. 3. Vel cum accusatiuo. Liuius: Postridie idus rebus diuinis supersederi iussum est. Posterus dies. Off. 3. In posterum aliquãdo breuioris est temporis, aliquãdo longioris. ut Longe in posterũ prospicere, aut aliquem bonis in posterum priuare. Fam. 10.

Potentia,

Est ad sua conseruandã, & alterius obtinenda idonea rum rerum facultas. Hæc igitur in opũ magnitudine uersatur, aut potestate, uel autoritate. Off. 3. inde Potens dicitur, qui in magna potentia est, uel magnis opibus & copijs præditus atq; affluens. quod nomen genitiuum habet. de Diuinat. 2. Vel ablatiuum. pro Corn. Balb. Vel sine casu est. Fam. 9.

Potiri,

Est tenere, uel frui. Et ponitur sine casu. ad Att. 7. Vel cum genitiuo. Fam. 1. Vel cum accusatiuo. Tusc. 1. Vel cum ablatiuo. Off. 2.

Præcedere

Translatè pro antecellere. Cæsar: Qua de causa Heluetij quoq; reliquos Gallos uirtute præcedunt. Quod etiam Præcellere dicimus. Cic. Priuatus uero ne quis uir, & animo, & uirtute præcellens, pro nostro imperio periculo suo dimicaret, sanxissent.

Præcipere,

Est præcepta dare, uel tradere. In quo nonnullam imperandi & iussus speciem habet: Sed id non tam imperiosum est, quàm eruditioni affinè. Extra hanc significationem *sæpe significat iubere*. Fam. 1. *Aliquando ponitur pro antè capere*. Philip. 13. *Est igitur præceptis instruere: & præcipimus aliquid alicui, uel præcipimus de re aliqua*. pro Mur. *inde Præceptor, qui dicitur doctor*. Fam. 5. *Præceptio pro disciplina, uel artium traditione, aut institutione*. Off. 1. *Præceptum*. Fam. 5. *Præcepta dare*. Tusc. 2. *Præcepta tradere*. de Orat. 1. *Præcepta accipere*. de Orat. 3. *Præceptum tenere, proseruare*. Off. 2.

Præcipitare,

Actiuum est, uel neutrum. Cum actiuum est, significat præcipitem agere, uel in præceps deijcere. Cum uero neutrum est, significat celeriter descendere, uel ruere. Actiuè. Tusc. 4. *Cum neutrũ est, & tam ad personas*. de Orat. 3. *Quàm ad res*. de Finib. 5. *Præceps interdum ad locum pertinet, & dicitur Præceps locus, unde quis se præcipitem dare facilè poßit: uel uia præceps est, in qua uix licet sine aliqua prolapsione consistere. Dicitur etiã Homo præceps, qui nullo capto consilio ad omnia proiectus est, uel omnia inconsultè & temerè aggreditur, nulla utens prudentia, nulla deliberatione. Ponitur uero interdum pro uehementer celeri & subito, id quod tam ad res,*

quàm

quàm ad personas refertur. etenim appellamus Præcipitem profectionem, discessum, reditum, & similia: quorum susceptio plena temeritatis est, & inconsulti animi. Vel ad locum. Acad.2. Vel extra locũ pertinet, & ad personam, uel res. ad Att.9. Præcipitem agere, est exturbare. Latini aliquem à furore, uel furijs, uel amentia præcipitem agi, qui furoris, uel amentiæ plenus uidetur, dicũt: & quasi per furorẽ, uel amentiã à mente et ratione deiectus. in Verr. Act.3. & Præcipitem ferri cum dicimus, qui præceps agitur. unde Præcipitẽ amentia ferri. Præcipites etiam ferri dicimur, cum nimia celeritate utimur, & non satis consideratè, aut consultè aliquid agimus. de Amic.

Præcurrere,

Est anteire, uel antecedere. Translatè significat superare, uel præcellere. Cic. in Catil. Et dicimus aliquem re aliqua præcurrere, uel alicui re aliqua. Propriè positũ ferè accusatiuum habet, uel absolutũ est. Off.1. inde Præcursor, qui cum emissarij significatione cõuenit. in Verr. Act.7. Præcursio. Cic. Alia autem præcursionẽ quandam adhibent ad efficiendum, id est, antecessionem.

Prædari,

Est prædam facere. Off.3. inde Prædator, uel Prædo, qui prædatur. de Orat.3. Præda. Fam.11. Prædæ esse. Sallust. Ciuitas magna, atq; opulenta, penè cuncta ob hoc prædæ fuit. dicimus etiam Prædã facere. in Verr.

Act.5. Prædam agitare, uel agere. Salust. Et mancipiorum prædas agitabant. Cæsar: Præda ex omnibus locis agebatur. Prædã párere. de Pro. cons. Prædæ dare. Liuius: Inter paucos dies oppidum capitur, captũ prædæ datum. Prædam capere. pro Dom. sua. Prædã diuidere. Sallust. in Iugurt. Vel cõdonare. Cæs. de bel. Ciuil. 4. A præda cohibere. Cæs. de bel. Ciuil. 5.

Prædia

Bona, uel optimo iure prædia dicuntur. Bona prædia, autore Pædiano, dicuntur bona satisdationibus obnoxia, siue sint in mancipijs, siue in pecunia numerata. Prædes autem sunt fideiussores, quorum res bona prædia uno nominè dicũtur. in Præt. Vrb. & Prædiatores uocabantur ij, qui rerum prædialium periti erãt. ad Att. 12.

Prædicere,

Est antè dicere, præmonstrare, prænunciare, uel oraculũ edere. Fam. 6. inde Prædictio. Fam. 6. & Prædictum. de Diuinat. 2.

Præferre,

Aliquando pro Præ se ferre, uel ferre antè, uel signo illustri indicare, id in nobis esse. in Verr. Act. 6. Et alibi: Quid enim non debeo uobis, quem uos hominem à se ortum hominib. nobilißimis omnibus honorib. prætulistis?

Præhendere

Apud antiquos id erat, quod nos corpore prehendere dicimus,

dicimus: uel quod Barbari *dicunt, ad corpus capere.* Et Præhensio *est manus iniectio.* Gell. *lib.13.cap.12.* *inde* Præhensare, *&* Præhendere *inter se differunt.* Præhensa*bant propriè honorum petitores, qui magistratus ambiebant: &* Præhensatio *erat ambitus quidam, uel contentio gratiosa, & blanda, qua scilicet præhẽsando, id est, amica & familiari præhensione exorando suffragia eblandiebantur.* ad Att.1. *Præhendere autem, amicam & uiolentam significationem habet. Amicæ significationis.* de Orat.1. *Violentæ.* Cæs. de bel. Gall.1.

Præiudicare,

Est aliquem exemplo alieni iudicij damnare. uel Præiudicare *est, certa quadam animi inductione aliquid iudicare, atq; existimare.* de Nat. Deor.1. *inde* Præiudicium *est, quod iudicibus exemplum præbet ad iudicandũ postea in eadem causa, uel paribus causis.* pro Cluent. Præiudicium *facere.* in Verr. Act.5.

Prælíari,

Propriè est prælio dimicare, prælium facere, uel committere, rem ferro gerere, manu pugnare. Etiam ad concertationem pertinet, quæ extra bellum est, pro contendere & concertare. ad Att.1.

Prælucere,

Apud antiquos dicebatur, qui tædam nuptialem nouæ nuptæ præferebat, isq; seruus, qui eã præferebat, δαλοῦ

xὰ Græce est.de Amic.

Præmeditari.

Cic.*Est enim sapientis,quicquid homini accidere possit,id præmeditari ferendum modicè,si euenerit,esse.*

Præripere,

Est in suos usus proprios rapere, ut neq; præpositio ulla anteceßionem temporis declarat. Fam.5.

Præsagire.

De Diuinat. 1. *Præsagiebat animus frustra me ire, cũ exirem domo. Sagire enim,sentire acutè est.ex quo Sagæ anus, quia multa scire uolunt: & sagaces dicti canes. Is igitur qui antè sagit,quàm oblata res est, dicitur* Præsagire,*id est,futura antè sentire.*Fã.8. *Præsagitio,*de Diui.1.

Præsens.

Cic. *Nostrãm fidem omnes & amorẽ tui absentis præsentes tui cognoscent.* Dicimus *etiam,* Viuus & *præsens.* Latini *hoc modo loquendi uel ad rei fidem augendã utuntur,uel ad rei præsentiam magis exprimendam.*de Orat. 2. Terent. *O indignum facinus: nunc ego & illam scelestam esse, & me miserum sentio: & tædet,& amore ardeo: & prudẽs,sciens,uiuus,uidensq́; pereo.* Præsens *animus dicitur, dum in id quod propositum uel susceptũ est,totus incumbit, nec ulla alia cogitatione ad aliud auocatur.*Off.1. Præsentia *animi,pro fortitudine.*pro Mil. Præsens *pro subito,uel efficaci,uel potenti.*Et *tam in ma-*

lam,

lam, quàm in bonam partem inclinat: ut Præsentissimum periculũ, Præsentissima medicina, præsentissimum remedium, uenenum, Præsens pestis, Præsens auxilium. In bonam partem pro propitio interpretari potest. In malam rem sumptum, pro uehementer pernitioso. Tusc. 1. & ad Att. 15. Præsens pro parato, uel in promptu. Off. 2. In rem præsentem uenire, non tempus, sed locum significat: & idem est quod ad locum uenire, de quo controuersia sit. In rem uero præsentem olim tum ueniebant, cũ locum oculo ac digito designari uolebant: ut hodie, cum aut iudex pronunciat, aut inter litigantes conuenit, agrum quem controuersum facere uolumus, aut re designari, aut testibus per inquisitionem demonstrari certis finibus circumscriptum, uidelicet ut ille deliberare de re controuersa possit, cedere nec'ne uindicanti debeat, ij ut certi sint testimonij sui. Off. 1. Cũ in rem præsentem uentũ est, in re præsenti disceptatur. In præsenti. Fam. 2. In præsens. ad Brut. In præsentia. Cic. Cedam tibi in præsentia foro. In præsentiarum. apud Corn. Tacitum inuenies. inde Præsentia. Fam. 5.

Præsentire,

Est cogitatione prænoscere, uel futura antè scire. de Nat. Deor. 2. Præsentire in posterum. pro C. Rabirio. & Præsensio. de Diuinat. 1.

Præsidium,

Pro auxilio & adiumento. Fam. 9. inde Præsidiũ

ferre, uel afferre. ad Brut. Præsidio esse. Fã. 3. Præsidijs redundare. Cic. Præsertim cum tu omnibus uel ornamentis, uel præsidijs redundares. Præsidio nudare. Cic. Qui mea pericula non modo suo præsidio, sed etiam uestra deprecatione nudarũt. Aliquãdo numerũ et stationẽ militũ ad urbis uel arcis custodiã designatorũ significat. In plurali numero partes et castra denotat. pro Lig.

Præstare,

Pro excellere. Fam. 6, inde Præstare ad. de Nat. Deor. 2. Absolutè, pro melius esse. pro Sest. Pro superare cum datiuo. Off. 1. Præstare alicui re aliqua. de Orat. 1. et Præstare aliquẽ re aliqua. Præstare in eadẽ significatione cum solo ablatiuo. Cæs. de bel. Ciuil. 3. inde Præstantia. de Amic.

Præsto esse,

Significat præsentem esse, uel adesse, & totum ad corpus pertinet. Et tu obserua, quandam inesse oportunitatis significationem & celeritatem sese offerendi. Fam. 3. Præsto, pro parato. de Inuent. 2. Præsto esse, pro aduenire. Cic. Hirundines æstiuo tempore præsto sunt, hyeme pulsæ recedunt. & Præsto esse, etiam Latini dicunt, cum & aliquis nobis fit obuius, & cum opem fert in tempore. Famil. 4.

Præstolari

Is dicitur, qui antè stando ibi, quò uenturum excipere uult,

pult, moratur. Et pro expectare ponitur. Cũ accusatiuo. ad Att.2. Cum datiuo. in Catil.

Prætergredi, uel Transgredi.

Cic. Fam.3. *Currens Lepta uenit, mihiq; nũtiauit, te iã castra prætergressum esse*. Idem: *Nisi forte postea cœperint legare, quàm ego Taurum transgressus sum*. inde Transgreßio. de Orat.3.

Præterire,

Latinis est prætergredi: uel ultra id progredi, quò iter præfinitum sit. Fam.11. & *Præteriri in petitionibus dicebatur, cuius non habebatur ratio, aut qui repulsam in suffragijs ferebat*. pro Planc. Inde eleganter dicimus, *Hoc me præterit*. Cic. *Sed te non præterit, q̃ sit difficile sensum, in rep. præsertim, rectũ & cõfirmatũ deponere*.

Prætermittere,

Est consulto aliquid præterire silentio, uel tacitum relinquere. Cic. *Non prætermittã, ne illud quidem. Sed non semper ad unam & eandem rem conuertitur*. *Prætermittimus enim & officium, & tabellarium, & rem*. Fam.1. *Dicimus etiam Prætermittere in literis dandis, aut scribendis*. Fam.16.

Præteruehi,

Propriè & translatè ponitur. Cic. *Emersi iã è uadis, & scopulos prætervecta est oratio mea*. in Verr. Act.7.

Præteruolare,

Est prætergredi, aut præterlabi. Et dicitur *res uel oratio sensus nostros præteruolare, quæ uel nimia celeritate, uel subtilitate sensus nostros quodammodo fallit, aut à nobis percipi non potest: uel præteruolat oratio, quæ in animis non insidet.* Et ponitur *absolutè, uel cũ casu.* de Fin. 5.

Prætoria cohors,

Quæ consuli, aut prætori in prouincia præsto semper erat, & quasi latus eius cingebat. ad Qu. Frat. Et *comites consulares, & prætoria cohors idem.*

Pridie,

Absolutè positum. Fam. 5. Pridie *quàm.* Cic. Pridie *quàm excessit è uita.* *Usq; ad* pridie. ad Att. 2. *Ad* pridie. Fam. 10. *Cum genitiuo.* Fam. 1. *Cum accusatiuo.* Cic. Pridie *compitalia.* *Cum ablatiuo.* ad Att. 9.

Primæ,

Inde Primas *deferri dicimus, & significamus primas partes alicui concedi.* in Brut. *Cũ uero* Ferre *primas aliquis dicitur, id significatur, illic primas auferre & tenere.* Dare *primas.* Philip. 8. Primas *tenere.* in Brut. *&* Primarius, *qui primas partes tenet in repub. aut alijs.* Cic. *Hoc dicam, quod ostendam multos ex te uiros primarios audijsse, cum diceres ignosci tibi oportere.*

Primores

Latini uocant, qui primariæ sunt autoritatis, uel qui primum

primum locum in re aliqua obtinent: uel Primores in ciuitatibus dicuntur optimates. Apud Ciceronem ad personas relatum non legi, apud Liuium sæpe. Liuius ab Vrb. cond. 7. & pro Cælio.

Princeps

Est, non qui rerum aut regni alicuius potitur, sed qui primas in re aliqua tenet, uel qui primaria est autoritate, uel qui alacrius studium in re aliqua suscipienda profitetur, et operam paratißimam defert. adiectiuumq́; semper est, non substantiuum. nam tametsi substantiuum, cui est iungendum, subticeatur: nunquam tamen substantiuo caret. cum enim principem aliquem uocamus, uirum subintelligimus. Fam. 12.

Principalis.

Principale interdum est, quod ad principem pertinet, uel à principe proficiscitur, ut Principales deliciæ & luxus, uel principalia edicta & leges. Interdum pro principe, id est, primario, uel quod in re principem locum tenet. de Fato. Princeps etiam genitiuũ admittit: & est idem quod autor rei alicuius, uel dux, uel quo res tota nititur, Fam. 3. Inde dicimus, Esse in principibus. Fam. 1. Principem locum tenere, uel obtinere. pro Dom. sua.

Principatus,

Pro primo loco in re aliqua uel priuata, uel publica. Cic. Quod quanquam intelligo me cum multis esse facturum,

rum,tamen appetam huius rei principatum. & Principatum tenere, uel obtinere. Tusc. 1.

Priscus.

Idem cum uetere & antiquo. Cic. Ioues quoq; plures in priscis Græcorũ literis inuenimus. Priscè. pro Cæl.

Priuare,

Est auferre, uel adimere, excludere, uel expertem facere: aut quod proprium alicuius sit, extorquere, quod uel in malam, uel in bonam partem capitur. Priuamur enim tam bonis quàm malis. Quod si priuationis effectus malus est, & noxius, tunc in malam partem poni dicitur. Famil. 4. & 5. Si uerò bonus & utilis, tunc in bonam capitur. ad Att. 1. Inde Priuatio, quæ est amotio, uel spoliatio. de Finib. 1. & Priuatus. Et interdum is dicitur, cui aliquid ademptum est. Interdum uero Priuatum appellatur, quod uniuscuiusq; propriũ est. unde Priuatæ feriæ apud antiquos uocabãtur sacrorũ temporũ, uelut dies natales, fulgurum procurationes, & huiusmodi priuatæ, quæ fiebant pro familijs singulis ab hominibus. Priuatus item appellatur, qui nullum publicũ munus obit. Priuati igitur ea significatio fit, ut priuatum appellemus domesticum, uel proprium. Off. 1. Priuatim, cui opponitur. Publicè. Famil. 4.

Probabilis.

Probabile dicitur, quod est uerisimile, scilicet quod probari

bari potest. Etiam ponitur pro eo quod probari potest, id est, gratum & acceptum haberi, idq; maximè cũ ad personam refertur. Fam. 11. Probabilis in altera significatione. in Brut. Probabilitas. Acad. 2.

Probare,

Duplicem significationem habet. Etenim probamus, quæ recta uideri uolumus. Probamus itidẽ, quæ nobis placent, uel quæ accepta habemus. unde Probatũ & approbatum opus dicitur, quod magistri opificiorũ euocati inspectũ, retulerunt esse idoneum, & rectè factum. Cic. Locatur opus id, quod mea pecunia reficiatur, &c. ut opus tradam approbatum. Item, Cum alijs aliquid approbamus. Fam. 7. Probare se in bonã partẽ, est mores suos & naturã probatam reddere. Aliàs est se admirari & nimium diligere. ad Heren. 4. Probare de. Cic. Quibus de meo celeri reditu non probabam: id est, qui causam mei reditus tam celeris non accipiebant. Probare pro. Terent in Eunucho. Probari. Fam. 1. Probatus homo, id est, gratus. Fam. 13. Probari in uulgus. in Parad. Dicimus etiam rem probari à nobis, quam et persuademus, & persuasam habemus, uel acceptam & gratã. Probare cum est acceptum habere. Fam. 1. Item probare & laudare Cicero sæpe ornatus gratia cõiungit. inde Probator. Cic. Philip. 2. Quid enim interest inter suasorem facti & probatorem?

Probrum.

Probrum,

Dicimus iniuriam uel infamiam quoquo modo conflatam, & tam actiuè quàm paßiuè ponitur. Capitur etiam pro stupro, uel adulterio, uel flagitio. ut apud Roman. *lege sancitum fuit, ut probrũ uirginis Vestalis capite puniretur. lege* Vall. *lib.* 6. *cap.* 44. *Off.* 1. *inde* Probrũ *obijcere. de* Orat. 2. *Inferre. pro Cælio. Ingerere.* Liu. *His freti incursant portis, ingerũt probra, ægrè abstinẽt.* Probro *esse. pro* Dom. *sua.* Probris *uexare. pro* Flac. Ex probris *emergere. in* Verr. *Act.* 5.

Procedere,

Dicitur alicui bene uel malè procedere, quod ex sententia, uel minus ex sententia cadit. Cic. Rem quæritis præclaram iuuentuti ad discendũ, nec mihi difficilem ad procedendũ. Et est idem quod progredi. Et ponitur cum *accusatiuo loci, uel cum præpositione* Ad *uel* In. *Propriè.* Fam. 16. *Translatè cum ablatiuo, uel præpositione* In, *uel cum accusatiuo et præpositione* Ad. *Philip.* 5. *de* Finib. 3. *inde* Processus. *in* Bruto.

Procella.

Dicitur uis uenti cum pluuia, idq; in terra. nam & in mari & in terra procella est. aut in mari undas, fluctusq; irruentes designat. Off. 2. *Translatè. in* Verr. *Act.* 2.

Prodere,

Interdum in malam partem ponitur, & significat deserere,

ferere,uel decipere, aut hosti, aut inimico tradere. ad Q. Frat. inde Proditor, quod nomen in malam etiam partem ponitur. Fam.1.& 12. Proditio. Fam.5. Prodere flaminem, interregem. pro Mil. Prodere diem, pro constituere. pro Dom. sua. Etiam pro mãdare, uel scribere ponitur, & uariũ habet usum. Vel absolutè. Off.3. Cũ accusatiuo solo. Tusc.1. Vel cũ datiuo solo. Fam.6. Vel cum accusatiuo & datiuo. Fam.8. Vel cum accusatiuo & præpositione Ad. pro Rab. Posth. Vel cum datiuo & ablatiuo, interiecta præpositione De. in Bruto.

Prodesse,

Est utilitatem, uel fructum adferre, aut emolumentum facere. Fam.2. & 6.

Prodigium,

Cic. Hetrusci autem prodigiorum exercitatißimi interpretes extiterunt. Et consimilia sunt Prodigium, monstrum, ostentum, portentum, &c.

Proferre,

Pro commemorare, uel citare, uel in medium adferre, aut exhibere. in Verr. Act.2.

Proficisci,

Est accedentis & discedentis. Fam.2. & 6. Trãslatè pro manare. Etiam paßiuè ponitur, pro duci & conferri. Fam.2. & 4. Profectio inde. Fam.1.

Profiteri,

Profiteri,

Interdum est polliceri, uel præ se ferre, uel deferre. unde manarũt hæ locutiones, Profiteri operã suam, studiũ. ad Qu. Frat. Pro præ se ferre, offerre, uel ostentare. Fam. 5. Item profiteri est publicè, & apud acta aliquid enuntiare, ut cum magistratui deferimus, quantũ rei alicuius à nobis possidetur: id est, ut uulgò dicitur, designamus possessiones, & redditum nostrum, uel bonorum nostrorũ magnitudinem. Sic ex prouincijs decedẽtes quondam Imperatores profitebantur inter certos dies. Antiqui porrò liberos natos sibi profitebantur apud acta. Iuuenal. Tollis enim libris & actorum spargere gaudes Argumẽta uiri, foribus suspende coronas, Iam pater es. inde Professio. Fam. 16. Profiteri etiã idem quod disciplinã artemúe aliquam tenere se significare. de Orat. 2.

Profugere,

Porrò fugere est. Cic. Itaq; Syracusis illa nocte profugit. inde Profugium. idem alibi: Quod enim mihi poterat esse profugium?

Profundus,

Propriè. Cic. Mare profundũ & immẽsum. Translatè pro immenso accipitur, ductum à maris profunditãte. in Pisonem.

Progredi,

Est progreßionem, uel progressum facere, uel procedere.

dere. Ponitur cum accusatiuo loci, ut Progredi uiam triū dierum, uel progredi tres pedes, aut duo miliaria, duo stadia. Interdū cū præpositione Ad uel In, aut cū aduerbio loci. Fam.10. Translatè. Fam.9. Progressus, us, ui. Philip.11. Trāslatè. Off.1. Progressum facere. Tusc.4. Progressum habere. de Nat. deor.1. Progreßio. Off.3.

Prohibere,

Pro obstare, inhibere, uel arceri ponitur. Et maximè eleganter in paßiua uoce utimur. Cic. ad Oct. Cum accusatiuo. Fam.12. Vel infinitiuo. ad Att.1. Vel absolutè. in Catil. Cum ablatiuo. ad Att.4. Cum præpositione. Fam.6. Quod dij prohibeant, ab hoc uerbo manat: quam locutionem in re aut tetra, aut crudeli, aut impendente periculo usurpare solemus, deos scilicet obtestantes, ut pestem à nobis arceant, uel incommodū propulsent. pro Rosc. Amer.

Prolectare,

Frequentatiuum est uerbi Prolicere. Cic. Viatico publico, priuata etiam benignitate prolectat.

Proletarij,

Qui in plebe Romana tenuißimi, pauperrimiq; erāt, neq; amplius quàm mille & quinquaginta æris in censum deferebant. Qui uerò nullo, aut perquàm paruo ære censebantur, Capite censi uocabantur. Proletariorum tamen ordo honestior aliquanto & re, & nomine, quàm ca-

pite censorum. Nam & asperis reipub. temporibus cum iuuentutis inopia esset, in militiam tumultuariã legebantur, armaq; his sumptu publico præbebantur, & non capitis censione, sed prosperiore uocabulo à munere, officioq; prolis edendæ appellati sunt, quod cum re familiari parua minus possent rempub. iuuare, sobolis tamen gignendæ copia ciuitatem frequentarent.

Prolixus

Propriè pro laxo ponitur, uel pro eo quod longũ est, & latum. Terent. Capillus passus, prolixus, circum caput reiectus negligenter. Ponitur etiam interdum pro superfluo & lõgo, unde Prolixa oratio, Prolixũ iter, Prolixa uerba. Trãslatè idẽ est, quod largus, à quo manat Prolixè, quod est largiter, uel liberaliter, et benignè. Fam. 4.

Promere,

Est proferre, uel edere. unde Promus etiã dicitur, qui esculenta, poculentaq; promit apud Plaut. & Fam. 5.

Promereri

Sæpius de bono, sed de malo quoq; interdum. Cic. Bene de multis promerendum est. inde Promeritũ. Cic. Quare hoc maius est in nos uestrum promeritum, quod non multitudini propinquorum, sed nobismetipsis nos reddidistis.

Promptus,

Tam ad personam, quàm ad res pertinet. Cum ad per sonam

ſonam refertur, ſignificat hilarem, alacrem, ardentẽ, erectum. Fam.3. Cum uero ad rem refertur, ponitur pro parato, expedito, uel expoſito. Fam.5. inde In promptu eſſe dicimus: & idem eſt, quod patere, uel expoſitũ, manifeſtũ, uulgareq; eſſe. Et dicimus Eſſe in prõptu. Of. 2. In promptu habere. Off.1.

Propagare,

Propriè ad uites pertinet, & eſt uitem uetulam ſupprimere, ut ex ea una plures fiant. unde Propagatio, & Propago propaginis, uel Propages propagis. de Senect. Translatè ſignificat proferre, extendere, uel dilatare. pro Seſtio.

Propellere,

Pro impellere & educere ponitur. Tuſc.4.

Propenſus

Nihil ab addicto, & dedito differt, niſi conſtructionis diſſimilitudine: & præpoſitionem In, uel Ad recipit. cum Ad. Fam.4. cum In. Off.2.

Properare

Non magis animi eſt, quàm corporis. Fam.7. Cum infinitiuo. ad Att.1. Properatio. Fam.5. Properatũ, pro properatione. pro Roſc. Amer. Properus, præproperus, properè. Plaut. Properã uideo ancillã uenientẽ, id eſt, uenire properãtẽ. Præproperus eſt idẽ, quod quaſi modũ properationis excedens præ nimia feſtinatione. Fã.7.

Propitius,

Huic uoci contrarius est Infestus, *uel* Iratus. *est enim propitius, quo amico, fauente, facili, & nobis consulente utimur. ad* Att.2.

Propositum,

Est mens, uel consilium, aut ratio rei alicuius proposita, uel institutũ. ad Brut. *In proposito manere.* Off.1. *A proposito declinare, uel egredi. de* Orat. 3. *& in* Brut. *Ad propositum redire, uel reuerti.* Tusc.3.

Proprius.

Proprij alicuius sumus, cuius toti re ipsa sumus: uel aliquid nostrum est Proprium, *cuius dominium directum & proprietatem habemus.* Fam.7.

Propugnare,

Est pugnando oppugnantibus resistere, & aliquid uehementer defendere. Famil.11. *inde* Propugnatio. Cic. *Propter tuam propugnationem salutis meæ. &* Propugnator. Cic. *Video* P. *Sestium meæ salutis, uestræ autoritatis, publicæ causæ defensorem, propugnatorem, autorem, reum.*

Propulsare,

Est repellere, uel arcere: & tam in malam partem, quàm in bonam ponitur. Etenim *cum dicimus,* Propulsare *impetum inimicorum, periculum, iniuriam, frigus, famem, tunc in bonam partem positum est.* Off.1.

In ma-

In malā partem.Philip.5.Idem etiā Propellere significat.

Prosper,

Est secundus, felix, ad uoluntatem nostram cadens. Propriè dicimus, homines felices: deos autem, tempora, loca, actiones, fines, successus prosperos. Off. 2. *inde Prosperitas.*de Finib.2. & *Prosperè.* Fam.3.

Prospicere,

Pro præsentire, uel absolutè.in Verr.Act.4. *Vel cū accusatiuo.*Fam.4. *Vel cum datiuo consulere significat.*Fam.3. *Prospicere in posterum.* Fam.2.

Protegere,

*Tueri, ac defendere est.*Cic.M.Halienum *Pelignū scuto protexit, gladiumq́; hosti in pectus infixit.*

Protrudere,

Est porrò trudere, ac propellere. Cic. *Vt qui protrusit cylindrum, dedit ei principium motionis, &c.*

Prouidere,

Interdū prospicere significat, & ante uidere. Fam.2. *Prouidere in posterum.*Philip.3. *Prouidere, procurare, uel operam dare, & aduigilare.*Fam.1. *Prouidere de.*Philip. 2. *Prouidere cum datiuo, est consulere, uel cautionem adhibere.* ad Heren. 4. *inde* Prouidus. de Leg.1. *Prouidus cum genitiuo.* de Diuinat.2. *Prouidens pro prouido.*Fam.6. *Prouidentia.*de Inuent.2. *Prouidenter.*de Nat.Deor.3.

Proximus,

Et loci, & tẽporis, & affinitatis eſt. De loco. ad Att, 1. Translatè pro penè æquali ponitur, uel proximè accedente: aut ita accedente, ut nemo propius accederet. in Brut. De affinitate. Off. 1. Item dicimus, Proximis literis, Anno proximo, Seculo proximo, Proximis nonis, Proxima nocte: id eſt, ſuperiori anno, ſeculo, &c. Famil. 10. Dicitur etiam Proximus tam de futuro, quàm de præterito,

Prudens, uel Prudentia,

Elegantem ſignificationem habet, & uenuſtam, ſcilicet cum aliquis quicquam prudens, uel prudenter feciſſe dicitur: id eſt, ſcienter, cõſultè, de induſtria, dedita opera,

Publicani

Apud Romanos dicebantur magiſtri tributorum, qui operam in portu dabant inferendarum rerum, & efferendarum uectigal exigentes. uel Publicani à maioribus uocabantur, qui uectigalia, & alios populi Romani redditus exigendos certo conſtituto precio redimebant. uel, ut tradit Vlpianus, Publicani ſunt, qui aliquid à fiſco conducunt. Horum ordinem & numero ampliſsimũ, & perſonarum dignitate nobilem fuiſſe conſtat. ſiquidem principes Equeſtris ordinis olim publicani fuere, floſq; equitum Rom. publicanorum ordine continebatur. pro Plan. Poſtea uero deprauatis moribus mancipes, qui prærogatiuam

tiuam inter publicanos habebant, pro concione ab imperatoribus, uelut præcipuo munere aureis annulis donari cœpere. Fam. 13.

Pueri.

Solent hanc uocē usurpare Latini pro tabellarijs. Puerorum enim opera utebantur Romani in literis ferendis, uel itinere faciendo. ad Att. 4.

Pugnare,

In controuersia, & rei cuiuslibet contentione cōsistit. Fam. 4. inde Pugnax, id est, contentiosus, uel controuersus. de Orat. 2. Pugna. de Diuinat. 2. Pugnaciter. Acad. 2.

Pulsare,

Non ciectionem habet, sed agitationē uehementiorem & uerberationem. in Verr. Act. 4. inde Pulsus, us, ui, quod motum uel agitationem significat. de Orat. 1.

Punire, uel Puniri,

Est pœna afficere propter delictū. ad Heren. 4. Nā si istū impunitū dimiseritis in uosmetipsos, mihi credite, feram et truculentā bestiā Iud. immiseritis. pro Mil. Tu me iratum Sexte putas tibi? cuius tu inimicißimū multo crudelius etiā punitus es, q̃ erat humanitatis meæ postularet.

Pusillus

Breuem significat, uel maximè paruū. Translatè pro abiecto, uel humili ponitur. Fam. 2. & 12.

Punctum

Mathematici definiunt, quod magnitudinem nullam habeat: ideo fit, ut pro eo ponatur, quod maximè breue, uel minimum sit. Translatè uero pro minimo temporis spacio ponitur. Ponitur autem interdum Punctũ pro quadam quasi assensione, uel concessu, uel pro primis partibus, id est, præcipua rei alicuius gloria. pro Mur. Sumitur etiam Punctũ pro eo, quod Latinè dicimus caput. Barbari principale dicunt Punctum. de Orat. 2. Pro temporis momento. Fam. 6.

Pungere.

Pũgimus propriè gladio. Sed translatè omnis res pũgere dicitur, quæ lædit & offendit. Verum magna est differentia, cũ pro solicitũ habere ponitur, aut pro irritare, uel offendere. Fã. 2. Est uero etiam mordere. Propriè enim est acu, uel telo lædere: sed extra proprietatis fines aliquando egreditur, in alienaq; commigrat, quo tunc utimur, cum nos aliquid solicitare significamus. Fam. 7.

Putare,

Est propriè purgare, unde & arbores, & uites putare dicimus: id est, infructifera à fertilib. resecare. Colum. lib. 2. Latini pro cogitare accipiunt, quia cogitando superflua mente rescindimus. Accipitur & pro attentius considerare & cogitare, pro existimare uel iudicare. Philip. 10. Putare, pro æstimare. Fam. 1.

Quærere,

QVAERERE.


EST informationem facere, & legib. uindicare. unde Rem quæsitam dicebant, cum ad uindictam criminis aliquid statuebatur de reis, aut ad tormenta seruorũ iretur pro crimine cõperiẽdo. Hinc fit etiã, quod sæpe quæstio ad seruos pertineat. pro Cluent. Sed Quærere et Inquirere differunt. nam Quærere iudicum est & magistratuum, Inquirere aliorum. in Verr. Act. 1. unde & Inquisitor. Interdũ pro captare ponitur: ut, Quærere causam rixæ, Quærere sermonem. interdum pro comparare, ut Quærere diuitias, uictum. & pro disputare, atq; etiam pro interrogare. inde Quæsitor, qui iudicijs publicis præerat, à quo more Romano tabellæ ternæ iudicib. dabantur, absolutionis scilicet, cõdemnationis, & ampliationis. Absolutionis nota erat A, quæ eam ob rem à Cicerone litera salutaris dicitur: condemnationis autem erat C, quæ eam ob rem tristis dicebatur: ampliabant autem iudices, cũ de causa non liquebat, id est, quærebãt, quãdo probationes et argumenta non satis erant idonea ad dijudicandam causam. hinc ampliati rei erant, quorum damnatio differebatur: aut quia coram sistendi testes erant, & cum illis committendi (quod Barbari dicunt accarandi, uel cõfrontandi:) aut quia nondum planè liquebat uel de crimine, uel de pœnæ modo. Aliquando pro comparare, ut rem, bona, diuitias,

opes, fortunas, copias, aliquid'ue simile quærere. Et *Quæsitum, pro comparato*. Et ponitur *Quæsitum* loco *substantiui, perinde ac si diceres, rem quæsitam, uel bona quæsita*. pro Cluent. *Aliquando pro disputare, consulere, uel discutere, cum accusatiuo*. Fam. 9. *Vel cũ præpositione* De. Fam. 10. *Ponitur aliquãdo pro percontari, dicimusq́; Quærere de aliquo, uel ab aliquo, uel ex aliquo*. Fam. 4. 5. & 6. & *Quæsitorẽ* Cicero *in* Bruto *uocat prætorem, in cuius erat potestate dimittere conciliũ, cum libuerat, & dare ueniam abeundi coactis iudicibus, quod interdum iudices tædio affecti postulabant, horam non expectantes*. Per *syncopen etiam Quæstor dicitur*. in Catil. *inde Quæstio extra forum, est dubitatio, disputatio, uel disceptatio*. de Amic. *In quæstionem uocare*. de Orat. 3. *Quæstionem adferre*. in Brut. *Quæstionem imponere*. de Orat. 1. *Quæstionem habere, ad rem etiam forensem conuenit: & actiuè, & paßiuè sonat. nam dicitur res quæstionem habere, quæ dubia est, & de qua quæritur*. Actiuè. de Finib. 5. *Paßiuè*. in Brut. *Quæstionem tractare*. Acad. 2. & *Quæstio uel forensis est, uel extrà forum*. A *forensi quærendi significatione quæstio pro iudicio publico accipitur. inde iudex quæstionis* Prætor *dicebatur, idem qui & Quæsitor, qui iudicijs publicis præerat*. Id *uero obseruandum est, Quæstionem etiam in iudiciali materia dupliciter accipi*. Altero *modo quo dicimus multas quæstiones habere controuersiam,*

quo

quo etiam minores omnes cõplectimur. Altero quo significamus summam illam, in qua causa uertitur, ex qua nascitur status, an factum sit, an recte factum sit. pro Cluent. Quæstionem postulare eius est, qui iniuriam sibi factam queritur, aut alteri, quam uindicare ad eũ pertineat. T. Liuius ab Vrb. cõd. 2. Postulare in quæstionẽ. pro Cluẽt. Quæstionem ferre est, uindicandũ facinus iudicibus præbere, & mandare: uel potius ad senatum referre. pro Mil. Quæstionem decernere, uel constituere, est statuere ut quæratur de crimine, ut in reos animaduertatur. de Fin. 2. Exempla cõstitutæ quæstionis. pro Mil. & Philip. 2. Quæstionem habere dicitur, cum res quæritur, & crimen uindicatur. pro Cluent. Quæstionem exercere, pro decernere. Quæstioni præesse. Cic. Accipiet'ne excusationem is, qui quæstioni præerit.

Quæstus,

Est lucrum, uel compendium, uel merces. Off. 1. Quæstum comparare. in Verr. Act. 7. Quæstum facere. Fam. 15. Quæstui habere. Off. 2. inde Quæstuosus actiuæ uel passiuæ significationis est, sed sæpius passiuæ. Tusc. 3.

Quandiu,

Vel interrogatiuè, uel sine interrogatione ponitur, & significat quantum, quoad, quousq;. Off. 1.

Quanquam,

Sæpe in orationis principio, sæpe extra sententiã ponitur.

nitur.Fam.13.Quanquam qui cum loquor.& de Orat.2.

Quantopere

Significat quanto studio,quanta cupiditate, quanto labore, quanto conatu, quàm: uel significationem assumit, pro uoce cui adiungitur. Fam.13.

Quamuis,

Ponitur siue in principio orationis, siue in medio, siue pro quamlibet, aut quantumuis, & tūc absolutè. Fam.6. Quamuis iniqua conditione pacem cupiebam, &c.

Quies,

Est curæ laxamentum, cessatio, animi tranquillitas, uel remißio.Off.1. Ponitur etiā pro somno.de Diuin.1.

Quiescere.

Gell.lib.6.cap.15.& est decumbere,uel consistere,nō commoueri, quieti se dare.Fam.11. inde Quietus, est tranquillus, bene animo compositus & constitutus, non turbatus. Fam.10. Quietè.de Senect.

Quotannis,

Pro in singulos annos,uel singulis annis interdū capitur, interdum aliud etiam significat. Cic. Siculi ex censu quotannis tributa conferunt.in Verr.Act.4.

Quotidie,

Et cū uerbis incrementi,& sine incremento ponitur. Fā.4. Et sine incremento capitur pro singulis diebus.ad Att.5. inde Quotidianus est cōmunis,aßiduus,uel uulgaris.

ris.Fam.1. & Quotidianũ est, id est quotidie accidit. Cic. Nõ solum enim usitatum, sed etiam quotidianum est. Quotidiana forma, id est, uulgaris. Teren. O faciem pulchram: deleo omnes dehinc ex animo mulieres, tædet harum quotidianarum formarum.

RAPERE.



EST trahere, aut cũ festinatione capere, uel per uim inducere, aut uocare ad aliquid. de Arusp. resp. Est etiam auferre, uel cõpilare. Off. 3. inde Raptus, a, um, pro sublato ponitur. pro Sest. et Rapax est auidus, uel rapinis intentus. in Verr. Act. 5. Rapacitas. pro Cælio. Raptus us, ui, quod nõ ad stuprũ refertur. Tusc. 4. & Rapina, quod ad rem refertur, & est ablatio rei. Fam. 14. Raptio. Terent. Disperij, Ctesiphontem audiui filiũ unà in raptione fuisse. Raptim, pro cursim aut in transcursu, cũ festinatione, aut succisiuis (quod dicitur) operis, uel horis. ad Att. 2. Rapidus, pro ueloci, uel maximè celeri, ut amnis rapidus, &c. de Finib. 2. Rapidè, est cum celeritate & uelocitate. in Bruto. Raptare inde uenit, frequentatiuum, & uexationem atq; agitationem habet. Tusc. 1.

Rarus.

Rarum propriè dicitur, quod non est densum, ut rari capilli, rarus pulmo. de Nat. deor. 2. Hinc hominem uocamus

mus rara & singulari doctrina, uel eloquentia, quod pau ci sint simili doctrinæ uel eloquentiæ laude. de Amic. Inde rarò, quod est insolenter, non sæpe. pro Rosc. Amer.

Ratio.

Multas elegãtes habet significationes. Dicimus rationes putare, cum summa colligitur. Inde perputatæ rationes, id est, exactè discussæ. ad Att. 4. Rationes conferre. ad At. 5. Rationem subducere, id est, computum facere. Fam. 1. Subducere summã. ad Att. 6. Rationum summa quadrans dicitur, in qua nihil excurrit, & in qua nulla sunt reliqua, id est, cũ æqualis est summa accepti atque expensi. Illi contraria est summa excurrens. Cic. in Præt. Vrb. Rationes tractare. ad Att. 7. Conficere. Fam. 5. Referre. Referre ad ærariũ rationes & quæstores, et reliqui magistratus dicebãtur, pro eo quod nũc cõputum reddere dicũt. Imperatores quoq; exercituum ex prouincijs decedentes, rationes suas ad ærarium referebãt. Fam. 5. Rationes edere, id est, referre. ad Att. 7. Rationem dare, pro rationẽ referre. Cic. Cum sæpius mater & auia pueri postularẽt, ut si non redderet pecuniã, nec rationem daret, diceret saltem, quantum Malleoli pecuniæ deportasset. Rationes deponere. Fam. 2. & 5. Rationem habere est, quod illiterati dicunt, respectũ habere. Habebatur igitur ratio in honoribus deferendis non tam præsentium, quàm absentiũ scilicet, cum absentes secundum præsentes tractabantur. Quandoq; factione & odio

odio aliquo intercedēte nulla absentium ratio habebatur, quod in Cæsaris causa factum est: quicum confecto decennio in Gallia, consulatum secundum peteret, à Senatu obtineri non potuit, ut eius absentis ratio haberetur. unde armis patriam adortus, regni cupiditate ius omne uiolauit. Fam.6. Ponitur quoque ratio pro communi prudentia, uel eo sensu, quo à belluis distamus. Ponitur etiam pro modo, forma, proposito, instituto, institutione, statu uitæ, commercio, probatione, argumento, æquitate, causa, & ut Barbari dicunt respectu. Et pro æquitate, aut æquabili uitæ statu. Off.1.& Fam.5. Dicimus etiā Mea ratio, hoc est, idem quod sequor, uel ita factus sum, aut ita sum, uel institutum meū est. Fam.3. Non ratio est, pro non commodum est, uel non æquum est. in Verr. Act.1. Ratio pro commertio, uel societate. pro Cælio. Ratio pro causa. Famil.1. Ratio pro probatione, uel argumentationis summa. de Orat.2. Post aūt diuidere causam aut proponere: nostra cōfirmare argumentis ac rationib. deinde contra refutare, &c. supple iubent, &c. Rationem reddere, est causam subijcere, uel suggerere. Et sic rationem reddere & rationem referre differunt: alterum magis priuatum est, alterum publicum magis. Rationem uero reddere est, facti causam, rationemq; adferre. in Verr. Act.4. Rationem habere rei alicuius idem est, quod consulere & prospicere. Refertur etiam ad personam, quod sæpe in magistratuum & bonorum ordinatione

tione uersatur. Et dicebatur apud Romanos ratio alicuius haberi, cum absens secundum præsentem tractabatur: id est, cum in comitiorum ratione perinde absentium ratio habebatur, ac si præsentes in honorum petitione fuissent. Rationem habere absolutè positũ idem est, quod cõsiderare, uidere, cogitare, despicere, cõstituere. Fam.3. Item dicimus ratio itineris, ratio dierũ. Rationem habere. ut Fam.3. Rationem habere cum genitiuo. Habere rationẽ rei alicuius non semper est rei seruire, aut prospicere: sed interdum est rem perpendere, attẽdere, & ut par est, rei rationem seruare. Est & cõsulere, & prospicere. ad Att.5. Habere rationẽ cum. ad Att.2. Rationem ducere, id est, habere. Fam.7. Rationem inire, est consilio inito modum uiamq; rei alicuius faciendæ reperire. Fam.4.

Ratiocinari,

Esse quidam tradũt eorum propriè, qui nummariam rationẽ conficiũt. Ego uerò generatim poni puto pro rationem habere, uel inire, uel secum reputare. de Inuent.2. Ratiocinor. Off.1.

Ratum

Nobis est, quod probamus: Irritũ, quod improbamus. & pro firmo ponitur. Ad nonnulla eleganter quadrat, ut ad testamentorum & contractuum approbationem, uel improbationẽ. de Orat.1. *Item* Pro rata portione, *uel pro rata parte dicimus.* Tusc.1. *Ratũ tempus, pro stato. de*

to. de Diuinat. 2. Ratum habere. Cic. in Partionib.

Recedere.

Propriè. Cic. Recedat à Mutina, desinat oppugnare Brutum, &c. Translatè. ad Att. 6. inde Recessus, qui est discessus. Ponitur aliquando pro secessu, & quadã solitudine. de Orat. 1. & ad Att. 12.

Recipere se,

Idem est, quod redire, pedem referre, discedere, abire. Fam. 3. & 7. inde Receptus, quod est refugium, uel reuocatio à bello. Vnde Receptui canare, id est, tuba è prælio copias certantes reuocare. Fam. 10. & Tusc. 3. inde Receptus pro profugio. Cic. Animaduerti nullum aliũ receptum Antonium reliquiasq́ꝫ, quæ cum eo essent, habere, nisi in his partibus.

Recitare,

Est de scripto dicere: ut, Recitare literas, senatusconsulta, &c. de quibus alibi.

Reclamare,

Est uocis strepitu repugnare: & ponitur sine casu, & cum casu. ad Att. 2. Cum datiuo. Philip. 5. inde Reclamatio. Philip. 4.

Reconciliare

Rursus conciliare, & in gratiam reuocare est. Cic. Reconciliaremq́ꝫ me Lepido, fidemq́ꝫ haberẽ orabat. Dicimus autem, Reconciliare uoluntatem, animum, gratiã,

in gratiã, existimationẽ, in libertatẽ. De quibus suo loco.

Recordari,

Est memoria tenere, uel custodire, aut in memoriam redire. Vel *absolutè. Fam.5.* Vel *cũ accusatiuo, uel infinitiuo.Fam.2.& 5.* Vel *cũ genitiuo. ad Att.4.* Ponitur *uel cum præpositione* De.pro Planc. Vel *cũ præpositione* Cum.Fam.5.& 15. *inde* Recordatio, *quæ est memoria.Fam.1.& 5.* Recordationem dare. *Fam.5.* Recordationem repetere. *de Orat.1.* Recordationem *habere.ad Att.6.*

Recreare,

Est reficere, uel releuare.& Recreamus *tã res, quàm personas.* Et *ponitur uel cũ accusatiuo. Fam.1.* Vel *cũ ablatiuo, et præpositione* A *uel* Abs, E *uel* Ex.*ad Att.12.*

Recuperare,

Est recipere, uel redimere, aut quod iam amissum erat, iterũ acquirere.pro Cluent. inde Recuperator. *&* Recuperatores *dicebantur, quibus prætor post constitutum iudicium iurisdictionem mandabat priuatarum causarũ, qui delegati iudices postea appellari cœpti sunt à recentioribus.in Verr.Act.5.*

Recurrere,

Regredi, reuerti. Cic. Cum primum poterit, istuc recurrere non dubitabit.

Redama-

Redamare,

Durum censet Cicero.eo enim nisi uerbi duriciem præfatione molliens, non utitur. de Amic.

Reddere

Interdum est persoluere, quod ab alio accepimus, uel quod debitum est officij, uel præmij, mercedisq́; nomine. Cic.*Ea quæ acceperis utenda, maiore mensura iubet reddere Hesiodus.* Redditur porrò,*quod nõ debitum est, sed quod non admittimus, aut quo uti nolumus.ad* Att.2. *item* Reddere,*pro efficere.*Cic.Reddere *memoriam alicuius immortalem.*Item *pro exprimere,uel referre.ad* Att. 4. *Ponitur etiã pro restituere. ad* Qu. *Frat.* Interdum *pro acceptum restituere accipitur*. Fam. 3. Item *pro facere,præstare,uel efficere.* Fam.7.& 9.

Redimere,

Nonnunquam pro emere ponitur. Cic. *Qui merces redimunt, ut statim uendant. Aut enim recuperationem habet.*Philip.13. *Aut liberationem, & quandam quasi purgationem,uel incommodi propulsationem.*Et *uel accusatiuum solum habet; uel accusatiuum & ablatiuũ interiecta præpositione.* Fam. 2.& Off.2. *Aut cõductionem habet.*Et *conducere de eo dicitur, qui precium accipit,quod &* Redimere *dicitur.in* Verr.Act.2. *inde* Redemptor *dicitur,siue operis faciendi,siue uectigalium conductor,qui & manceps à* Cicerone *uocatur.*Philip.9.

& Redemptio. in Verr. Actione secunda.

Redintegrare,

Est renouare. Fam. 11. *inde* Redintegratio. *Teret. Amantium iræ, amoris redintegratio est.*

Redire.

Est reuerti, uel se recipere. accusatiuum ad locum habet, uel ablatiuũ à loco. Fam. 1. *Translatè*, *Redire ad gratiam, ad sanitatem, ad ingeniũ, in uiam, in memoriã, in gratiam, in pristinum statum; redire rem in eum locũ, rem redire alicui.* Dicimus etiam, *Redeamus domum, id est, ad res priuatas & domesticas.* Cicero *sæpe dicit, sibi redeundum esse ad id, cuius nullam antea mentionem fecerit: & tũc* Redire *pro uenire ponitur.* Item Terent. *dicit, Vt ad pauca redeam: id est, ut paucis, uel breuiter dicam, uel ut rem paucis complectar.* *inde* Reditus, *uel* Reditio. *Fam. 1.* *Reditum aperire, uel conficere. Fam. 6. Reditum patere: de Amicitia.* *Reditum prohibere. Philip. 8.*

Rediuiuus.

Rediuiuum dicitur, quod ex uetusto renouatur: ut, Lapis rediuiuus, id est, ex uetusto renouatus. Cic. *Vtrũ existimatis maius opus esse columnam efficere ab integro nouam, nullo lapide rediuiuo, an quatuor illas reponere? Irrediuiuum pontem uocat Catullus irreparabilem, & qui refici non possit.*

Redun-

Redundare,

Est superfluere, uel supereſſe: aut quod uulgo dicitur, ſuperabundare. Et *proprium eſt fluminum, dum exuperantibus undis diffluunt, & ſuis ripis non continentur. Ponitur autem uel abſolutè.* de Orat.2. *Vel cum ablatiuo.* Fam.3. *Vel cum datiuo.* ad Qu. Frat. *Vel cum accuſatiuo & præpoſitione* Ad. pro Cæl. *uel* In. pro Sylla. *Vel ablatiuo & præpoſitione* De. in Verr. Act. 5. *Vel cum* Ex. de Orat.1. *Vel cum* In. de Orat.2. *inde* Redundantia. in Brut.

Reduuia,

Eſt morbus, cum circà unguem cutis reſoluitur, nõ ſine dolore id patientis, dicta à Rediuiendo. Rediuire *enim ueteres pro reſoluere uſurpabant.* Plin.29. cap.2. & pro Roſc. Amer.

Referre

Aliquando ad inſtaurandi & renouandi ſignificationem accedit, & pro reuocare, aut reducere interpretari potes. in Verr. Act.1. *inde* Referre gradũ, *pro pedem referre.* Liuius: *Interfectum inquit rati gradum retulerunt.* & Referre pedem. Cæſ. *Pedem referre, & loco excedere non turpe putabam.* Et Referre ſe, *eſt redire: & nos referimus tam ad locum, quàm ad alia, quæ antea deſerueramus, uel abieceramus.* Fam.1.

E 3 Refer-

Refercire,

Est replere,uel congerere. Tusc.2. inde Refectus, quod plenum significat. & sine casu est, uel cum ablatiuo. Tusc.5. Vel cum genitiuo. de Orat.2. & Tusc.3. Pro denso ponitur. Liuius: Se in confertißimam turbã recipit. inde Cõfertim. Liu. Cõfertim pugnãt et cædũt.

Reficere.

Reficitur propriè, quod uel ruina, uel demolitione, uel quouis casu, impetu'ue dissolutum est, & disiectum. in Verr. Act.3. Translatè. pro Planc. Est etiã recreare, uel restituere. Pertinet autem tam ad corpus, quàm ad animũ, nẽpe ut reficiatur corpus morbo, ualetudineq; exhaustũ. Animus uerò dolore et molestijs afflictus. Fam.7.

Refragari,

Est aduersari, quod Suffragari opponitur. Philip.11.

Regnare

Est instar regum, ad quorum nutũ relata sunt omnia, multa esse & præstanti in re aliqua autoritate. Poniturq; absolutè, & cum præpositione In. Fam.11. & 15. inde Regnum, pro celebritate singulari. Fam.9.

Relaxare.

Propriè de ijs dicitur, quæ cum stricta sunt, remittuntur ac dissoluuntur. Transfertur autem ad multa, & præcipuè ad animum. Absolutè ponitur uel cum accusatiuo & ablatiuo sine præpositione, aut cum præpositione. ad

Att.10.

Att.10.& 12. Propriè. de Nat. Deor.2. inde Relaxatio.Fam.7.

Reliquum

Dicitur, quicquid restat, uel superest, ex re iam cœpta siue in sermone, siue in actione, siue in persona consistat. Fam.9.& 13. Reliquum pro futuro ponitur aliquando.Fam.10. Reliquũ facere. Fam. 3. Habere.Fam. 9. Reliquum est, pro sequitur, uel restat. Fam. 7. De reliquo, significat, quod reliquum est, uel quod ad reliquum pertinet. Fam.6. & Reliqua sunt, quæ ex ratione reddita restant, uel ex annua præstatione, aut menstrua fœneratitia, aut alia. Dicimus etiam Reliquari, uel reliqua trahere, id est, nõ omnino æs alienum dissoluere, uel æs alienum ex reliquis rationum contrahere. Fam.2.

Reliquiæ

A Latinis ponuntur pro uestigijs, et monumentis: uel pro eo generatim, quod superest. Fam.9.

Releuare,

Est relaxare, sed longe diuersa ratione. nam alterũ à constrictione est, alterũ à pondere & oppreßione. Releuare igitur liberationẽ habet, uel relaxationẽ. pro Flac.

Remanere,

Ad locum pertinet. Fam.6. Et extra locũ est. Off. 2. inde Remansio. ad Qu. Frat.3.

Remigrare,

Retro migrare est, ac redire, siue referre se. Cic. Trã quillis autem rebus Romanis remigrauit Romam.

Reminisci,

Est recordari: uel, ut ait Varro, est cum ea, quæ tenuit mens ac memoria, cogitando repetuntur. Fam. 4.

Remittere,

Est interdum retromittere, ut Remittere nuntiũ, Remittere uxorem marito, Remittere aliquem Romam, Remittere librum, & similia. Interdum est cõdonare, ut Remittere animaduersionem, uel supplicium, quo in aliquẽ uti liceat. Interdum est decessionem de summa facere, uel minuere. Est etiam relaxare, uel laxamentũ dare: cui opponitur intendere. Est autem uerbum translatum & ductum ab arcu, uel habenis. Arcum enim cum relaxamus, remittere dicimur. Habenas etiam posteaquàm adduximus, equo deinde remittimus. ad Att. 10. Remissus. pro Mur. Remissio. Fam. 5. Remissè. de Orat. 1.

Remorari,

Est differre, aut mora retinere. Cic. Ne calamitas remorata longius serpat, atq; progrediatur, præcauete.

Remouere,

Est dimouere, uel reijcere. Cic. Catonem à legibus remouit. & Remouere se ab aliquo. Cic. Quid sit, quod se à me remouit; si modo remouit, ignoro. inde Remotus,

tus,pro alieno,uel abhorrenti ponitur, aliquando pro separato uel seiuncto. Cic. Locus arbitris remotus. dicitur Aliquid alicui deesse,pro remotum esse.ad Att.5.

Remunerare,

Vel Remunerari, est præmium ob susceptum nostra causa laborem, uel ob acceptum beneficiũ in aliquem conferre.Fam.3.& 9. inde Remuneratio.de Amic.

Renouare,

Est redintegrare,uel instaurare. Fam.4.& 7. inde Renouatio.Fam.11.

Renuntiare,

Pro minari.Fam.8. Itẽ pro nuntiare.Terẽt.Quasi tibi non renuntiata hæc sint sic fore. Dicimus aũt,Renuntiare auspicium, magistratum, legationem, &c. de quibus suo loco.

Repedare,

Est aliquod uiti,uel alij arbusculæ sustentaculum adhibere:unde uineæ pedatæ dicuntur. de Leg.3.

Repellere,

Est propulsare,uel obuiam ire & refutare: quod tam in malam,quàm in bonam partem capi potest. In bonum capitur,cum malum repellitur. In malum uerò, cum uis fiet,aut iniuria.Accusatiuum autem solum habet,uel accusatiuum cũ ablatiuo, interiecta præpositione. pro Cecin.

Replere,

Est refercire, uel complere. de Orat.1.

Repugnare,

Est aduersari, obsistere, uel reclamare. & ponitur interdum impersonaliter. Cic. *Repugnat enim rectè accipere, & inuitum reddere. Interdum absolutè.* Fam.1. *Cũ datiuo.* Fam.5. *Et cũ præpositione* Contrà. pro Rosc. *A Latinis uero ea quæ repugnant, inter se pugnare uel cõfligere dicuntur, scilicet quæ sibi contraria sunt, & dissidentia, & etiam interdum absolutè pugnantia dicuntur.* Tusc.1. *Item Pugnare cum præpositione* Cum, *est repugnare.* de Finib.2. *Repugnantia.* Off.3. *& Repugnanter.* de Amic.

Repulsa

Dicitur, cum aliquis in petendis magistratibus & honoribus, quod ambit, non obtinet, neq; magistratum obtinet. Off.2. *Repulsam ferre, id est, in suffragijs præteriri.* Tusc.5. *Accipere.* Cic. *Qui duabus ædilitatis acceptis repulsis, septies cõsul factus est.* *Referre.* Cic. *Hic summi & clarissimi uiri filius in domum multiplicatam repulsam non solum retulit, sed ignominiam & calamitatem.* *Pati.* Ouid. Metamorph.2. *Nullã patiere repulsam.*

Repungere,

Pro uicissim lædere, uel offendere: Trãslatè. Cic. *Quoniamq; illi haberent suum Publium, darent mihi ipsi aliũ*

Publium.

Publium, in quo possem corũ animos mediocriter lacessi tus, leuiter repungere.

Reputare

Aliquando simpliciter pro Putare *ponitur, sed tamen sæpius attentioris nescio quid considerationis & deliberationis habet. atq; tum ad præteritum, tum ad præsens, tum ad futurum pertinet. Fam.1.*

Requiescere,

Off.3. Ille requiescens à reipub. pulcherrimis muneribus, &c. & Requies: *duplicem accusatiuũ habet,* Requiem, *uel* Requietem. *ad Att.1.*

Requirere,

Pro quærere, quod etiam Exquirere *dicimus. Famil. 1, & 6.*

Reri,

Reor, reris, est opinor, existimo, arbitror. Off.2. Vultu stabilem se gloriam consequi posse rentur.

Res,

Pro negotio, uel pro rerum statu. Fam.1. Et dicimus, Res integræ. *Fam.1.* Rem esse in integro. *Fam.5.* Rem esse loco, *id est, statu. Fam.12.* Rem in locum adducere, *uel* deducere, *id est, statum. Fam.16.* Rem adducere in discrimen, *id est, in eum statum, qui huc uel illuc inclinaturus sit. Fam.5.* Rem habere se. *Fam.3.* Res magna. *Cic. Magna enim res est, et multæ cautionis: id est,*

id est, in qua dilig̃ter cauendũ est, uel in qua multa proui dendã sunt. Res luculenta. *Cic. De re filiæ, quod scribis, erit mihi curæ. est enim res luculenta.* Res operosa. *Cic. Res operosa est, et hominis perdiligẽtis.* Res plurimi ocij *id est, in qua explicãda multo otio opus est. ad Att.* 4. Rerũ natura. *Fam.* 6. *Cursus. Fam.* 4. *Status. Fam.* 12. *Tumor. Cic. Ne desererere uiderer hunc rerum tumorem, cui rectè si possem mederi, odisse non deberem.* Grauitas. *ad Brut.* Asperitas. *Cic. Sed tamen in his uel asperitatibus rerum, uel angustijs temporis obsequar studijs nostris.* Varietas. *Fam.* 2. Perturbatio, uel confusio. *Fam.* 1. & 4. Turba. *Cic. Exponerem etiã quẽadmodum hic & quanta in turba, quantaq́; in confusione rerum uiueremus.* Rem esse in motu. *ad Qu. Frat.* Res perturbatæ. *Fam.* 6. Conuersæ. *Fam.* 1. Turbulentæ. *Fam.* 9. Dubiæ. *Fam.* 5. Incõmodæ. *Fam.* 6. Aduersæ. *Fam.* 4. Deteriores. *Cic. Summũ meorum studiũ tenet, sicut odium iam cæterarum rerũ, quas tu incredibile est quàm breui tempore quanto deteriores offensurus sis, quàm reliquisti.* Calamitosæ. *pro Leg. Manil.* Periculosæ. *Cic. Nam si quisquam est timidus in magnis, periculosisq́; rebus, semperq́; magis aduersos rerum exitus metuens, quàm sperans secundos, is ego sum.* Desperatæ. *Fam.* 5. Contractæ. *Fam.* 7. Perditæ. *Fam.* 12. Euersæ. *Fam.* 6. Saluæ. *Fam.* 4. Bonæ, uel opimæ, *id est, secundæ. Fam.* 4. Secundæ. *Fam.* 15.

Fam.15. Amplißimæ.Fam.5. Rerũ interitus.Fam. 6. Res familiaris.Ibid. Inde dicimus, Rem familiarem amplificare. Off.1. Diminui, uel re familiari comminui.ad Att.4. Dißipare. Fam.4. Conficere, id est, profligare. Cic. Qui cum rem suam nõ minus strenuè, quàm postea publicani confecisset, egestatem & luxuriã domestico lenocinio sustentauit. Rei familiaris naufragia. Fam.1. De re familiari impertire. Off.2. Res sine adiectiuo, pro re familiari. Fam.13. Res domesticæ.Fam.2. Militaris.Ibid. Pecuaria.Cic.Erat ei pecuaria res ampla, & rustica, sanè benè culta & fructuosa. Frumẽtaria. Fam.6. Pecuniaria. ad Brut. Res pro negotio cũ uerbis, ut Res remouere.ad Qu.Frat. Rem gerere.Fam.5. Res gestæ.Fam.1. Rem agere.Fam. 4. Alias res agere. Isto loquendi modo utebantur Latini, cum rei superuacaneæ operam dari significabant, uel cum aliquid non præsenti animo audiri designabant.Cic. Ita furebat, ut mirarer tam alias res agere populum, ut esset insano inter desertos locus. Rem ad aliquem deferre, uel alicui cõmittere. Fam.1. Rem suscipere. Cic. Suscepit rem. Procurare. ad Att.7. Rebus adhibere cautionem.ad Att.1. In rem præsentem uenire.Vide Budæum. Rem ire, pro expediri. Cic. Incipit res melius ire, quàm putaram. Inclinari. Fam.1. Confice-re.Cic. Et me Hercule confecta res ex mea est sententia. Differre. Fam.10. Reijcere. Fam.5. Refrigere. ad

Att.1.

Att.1. Abijcere. Cic. Quin hunc ipsum non dubito rem tantam abijcere. Res pro facultatibus uel utilitate. Plaut. Qui item, ut nos, in iureiurãdo malo quærũt rem. Rem facere. Terent. in Adelph. Nasci. Terent. in Hecyr. Adolescere, id est, augeri. Sallust. Sed res Persarũ breui adoleuit. In rem suam conuertere. Off. 1. Satagere rerum suarũ. Terent. in Heaut. In rem esse, est idẽ quod utile esse. Terent. Si in rem est utriq;, ut fiãt, accersi iube. Ex re. Cic. Sũma erit hæc, statues ut ex fide, fama, req; mea uidebitur. Res pro contentione, uel certamine. Fam. 9. Rem habere cum aliquo, id est, amorem. Et id Latini dicunt honesto loquendi modo, pro coniunctionem uenercam cum aliquo habere. Ita enim turpitudinem rerũ uerbis honestis tegimus. Terent. in Eunuch. Ita res habet, uel res ipsa indicat. pro Rosc. Amer. Res pro imperio. Cic. Quod ij, q potiũtur rerũ, præstaturi uidẽtur. Res pro experientia. Terent. in Adelph. Res pro patrimonio. Terent. Tu illos duos pro re tollebas tua. Pro pecunia. Plaut. Amicos res inuenit. Rem diuinam facere. Cæs. Postero die diuina re facta, &c. Pro re nata, uel è re nata, antiquo loquẽdi modo idem est, quod pro occasione oblata, uel ut occasio fert.

Rescribere.

Dicimus rescribo tibi, uel ad te: & rescribo de omnibus, uel ad omnia. Fam. 1. & 5.

Rescire,

Rescire,

Est occulta cognoscere, uel factum aliquod cognoscere. de quo uerbo multa Gell. & Valla. Rescimus autē non solū quæ nūciantur, sed etiam quæ cognitione nostra consequimur. Terēt. Resciui omnē rem. Dicimus idem etiam Rescíscere. Idem Terent. Me à te immeritò esse accusatā, post modò resciscas.

Residere,

Pro eo quod est repositum esse, uel manere apud aliquem. Cic. Facile plus officij residere apud me patior. Vergil. Manet alta mente repostum Iudicium Paridis. inde Residuus. idem est quod reliquus. Fam. 1. & 10.

Resistere,

Cic. In discrimen extremū uenimus: nihil est iam, unde nos reficiamus, aut ubi lapsi resistamus. Et proprie pro consistere capitur. Tusc. 5. Est etiam sese opponere. Neq; solū in bello hostibus resistimus, sed in re omni nobis aduersantibus. Fam. 1. Resistere cōtra. Cic. Hoc cum sentit Saturius esse apertū, resistere & repugnare contra ueritatem non audet.

Respicere,

Proprie est retro aspicere. Terent. Huc respicio ad uirginem. Et Latini dicūt respicere aliquem, pro cōtueri & demum iuuare. ad Att. 1. & 7. Respicere se, id est, sibi prospicere, uel rebus suis cōsulere. Fam. 10. Respicere.

Cic.

Cic.Respice, quæso, aliquãdo Rempub. Et inde Respectus cum à respicio uenit, pro inspicio: & actiuè uulgò ponitur, & pro eo interdũ quod respicitur. Cic. de Diuinat. Fugientibus miserabilem respectum incendiorum fore: id est, horrendũ spectaculum. Sed cum à respicio deducitur, dum se quenquam respicere dicimus, tunc rationem significat, quæ in deliberatione & consilio de re aliqua capiendo uersatur, sicq; loquimur, respectũ habere ad aliquem, scilicet rationem alicuius habere, uel ducere. Philip. 5.

Respirare,

Propriè est spiritum uel animam è cœlo ducere. In quo nonnunquã transitiuũ est, & accusatiuum habet. de Nat. deor. 2. Translatè interdum significat intermitti, & quasi conquiescere, tumq; maximè ad res pertinet. pro Quint. Est etiã quiescere animũ erigere, recreari, uel refici. Et dicitur tam de rebus quàm de personis, absoluteq; ponitur. Fam. 6. Vel cum ablatiuo & præpositione A. pro Cluent.

Respondere,

Vna significatio huius uerbi est, cũ pro satisfacere ponitur, uel quasi exæquare. ut Respondere officijs, uel respõdere maioribus suis, aut maiorũ suorũ honoribus, atq; gloriæ: id est, dignam officijs memoriã præstare, uel officia ipsa gratia assequi, aut maiorum suorum dignitatem gloriãq; exæquare. Alias significationes habet, ut respondere ad interrogata. Etiam pro conuenire & consentire

ponitur,& tam ad incorporea quàm ad corporea detorquetur. Pro *perpetuari,produci,peruenire, attingere.* de *Arusp.resp.* Ad *incorporea.* Fam.2. *Aliquando pro satisfacere: & rei cuilibet cõuenit, qua nobis satisfactum uelimus.* Fam.5.

Respublica.

Cic. *Nos hic in repub.infirma,misera,cõmutabiliq; uersamur.* Inde *dicimus,* Reipubl. *forma.* Fam.2. *Status.* Fam.6. *Summa.* Totus *scatet hac uoce Cicero, Latiniq; omnes,cum sermonem de* Repub. *habent. Huius autẽ nominis ut proprietatem scias,omnino & rationem,& formam,& statum* Respubl. *complectitur.* Fam.13. Rem*publicã serere,pro cõstituere.* Tusc.1. *Aedificare.* Fam. 9. *Constituere.* Off.2. *Constituere* Rempub. *pro stabilire uel cõfirmare.* Fam.6. *Amplificare.* de Leg.Man. *Stabilire.* pro Sest. *Capessere: interdum ad* Rempubl. *se conferre.* Fam.1. *Interdum* Rempubl. *administrare.* Off.1. *Interdum* Rempub. *defendere.* Sall. *Quare capesse per deos* Rempub. *et omnia aspera, ut soles,peruade.* Accipere. *post* Red. *ad Quirit.* Attingere. Fam.1. *In* Rempublicã *incũbere.* Fam.10. *Conferre se ad* Rem*publ.de Amic.* Rempubl. *gerere.* Fam.2. *Tractare.* Fam.6. *Administrare.* Fam.1. *Gubernare.* Fam.1. *Regere.ad* Att.7. *Tẽperare.* Tusc.1. *Sustinere.* pro *Mur.* *Tenere pro gubernare.* Fam.4. *A* Republi*ca deficere.* Fam.12. *Rempubl. oppugnare.* pro *Sest.*

Tenere,pro occupare. Fam.1. *Capere,pro occupare.* Sall. in Catil. *Perturbare.* Fam.10. *Violare.* Fam.1. *Conuellere.* in Piso. *Opprimere.* Fam.4. *Profligare.* de Orat.3. *Vastare.* Sall. *Profectò neq; Respub. sicuti nũc,uastaretur.* *Delere.* Fam.15. *Obruere.* Sall. *Et quam Rempublicã seruitio non potuerat obruere,distrangulandã penitus ac tollendã cogitauit.* *Inclinari.* Sall. *Vbi paulum inclinata Respubl. agitari cœpit.* *Præcipitare.* pro Sylla. *Cadere uel occidere.* Fam.6. & 4. *Interire.* Fam.6. *Excitare.* pro Sest. *Reipubl. interitus.* Fam.6. *Rempublicam erigere.* ad Att.8. *Continere.* Off.2. *Saluare.* in Piso. *Reipublicæ status.* Fam.11. *Rempublicam reuiuiscere.* Fam.6. *Exurgere.* Fam.12.

Restare,

Est remanere, uel residere, aut superesse,reliquũ esse, uel residuũ. Terent. *pro resistere ponit.* Inde *Restitare pro insistere, & progredi cessare.* Terẽt. *Exi foras scelestè. at etiam restitas? fugitiue prodi.* Pro *remanere.* ad Att.8. *Personaliter.* Off.3. *Impersonaliter.* Fam.4.

Restituere,

Est reddere,reficere,uel resarcire. Ponitur etiam pro emendare: quem in modũ dicimus Restituere *librum, aut uitiosum alicuius scriptoris opus.* de Diuinat.2. *Item pro instaurare,redintegrare,iterũ struere.* Fam.12. *Et habet accusatiuum solum, uel accusatiuum & datiuum.*

Fam.

Fam. 1. & 3. Vel cum accusatiuo & præpositione In. *Philip.* 2. Dicimus etiã hodie Restituere natalibus, pro nobilitate: & nobilitationem nataliũ Restitutionem. Dicitur uero Natalibus restitui non modo libertus, ut patronatus obseruantia liberetur, sed etiam plebeius, cũ ad nobilitatem asciscitur, quamuis antea nunquam inter nobiles fuerit. Cuius rei ratio hæc esse potest, quod gentiles (Gentiles autẽ sunt, qui inter se eodẽ sunt nomine, qui ab ingenuis oriundi sunt, quorũ maiorũ nemo seruitutem seruiuit, qui capite non sunt diminuti) ab eis distinguuntur, qui ingenuitatem intactam, illibatamq; non habent, sed aliqua cõditione obnoxiam: cuiusmodi sunt plebei omnes, qui ipsi, maioresue eorum seruitutẽ aliquam seruierũt. Propterea igitur Natalibus restitui dicuntur, qui ad nobilitatem uocantur, quasi abstersa natalium plebeiorum sordida conditione, & in priscam communemq; ab initio generi humano ingenuitatem repositis illis, qui hoc beneficio affecti sunt. Inde uenit Restitutor. pro Mil. & Restitutio. in Pison.

Retardare,

Est tardare. Cum casu. pro Leg. Manil. Retardare 4. Fam. 5. Sine casu. Tusc. 1. Retardatio. Philip. 5.

Reticere,

Idem quod Tacere significat. frequentius tamen cum casu ponitur, ut Tacere sæpius absolutè. Cic. Non possum

de utriusq; uestrum errore reticere. inde Reticentia Philip.4.

Retinere

Opponitur dimittendi significationi. Fam.14.

Retrudere,

Et Abstrudere, eiusdem sunt significatus, nempe quod recondere uel abdere. Cic. Hæc sunt penitus in media philosophia retrusa atq; abdita.

Reuenire,

Pro redire. Cic. Cum miles domum reuenisset.

Reuertere,

Est reuenire. Fam.3. Dicimus quoq; Reuerti. Terent. Domum reuertar mœstus. Et translatè. ad Att. 9. Etiam Cicero dicit Reuerti se ad id, de quo nulla facta est antè mentio. inde Reuersio. Philip.1.

Reuisere,

Ad uisendum redire, uel rursus uisere est. Terent. Reuiso quid agant, aut quid captent consili.

Reuirescere,

Reuirescunt propriè arbores, quæ ineunte uere uiriditate ornantur, & uigorem hyemis molestia sublatum, amissumq; recuperant. Reuirescere autem ea translatè dicimus, quæ uiribus nouis efferuntur, aut quæ uires amissas recolligunt, & in pristinum statum referri uidentur. Sic Reuirescere respublica, alicuius dignitas, bellum, & similia

similia dicũtur, quæ renouãtur & reficiũtur. ad Herẽ. 4.

Reuiuiscere,

Est iterum in uitam reduci, atq; restitui, quod uel pro priè ponitur. pro Mil. Vel translatè. & Reuiuiscere ea Latini dicunt, quæ in pristinam dignitatem eriguntur, aut suum statum, quisquis ille est, recuperant, aut quæ ex citantur à desperatione. Fam. 4. & 6.

Reuocare,

Cũ accusatiuo uariè ponitur. contra Rull. Aliquan do extra personã. Tusc. 1. Item cum præpositione Ad, & pro referre ponitur. Philip. 3. Etiam ad personas hoc genus dicendi conuertitur, & est redire. de Orat. 3.

Rixa,

Est uerbosa & iurgij plena contentio: & dicimus, Ri xam esse alicui cum aliquo. Fam. 9. Rixari. de Orat. 1.

Rostrum

Est, quo aues aliquid capiunt. de Nat. Deor. 2. Ne que solum ad aues pertinet, sed etiã ad alia animalia. Cic. Sus rostro si humi A literam impresserit, &c. A similitu dine autem rostri auiũ dicta est pars illa exporrecta, atq; acuta è prora, unde naues ipsæ rostratæ dicuntur. de In uent. 2. & Rostra, autore Liuio, dictum est templum, seu forum ante curiam Hostiliam, in quo erat pulpitũ or natum ex rostris nauium Antiarum, ex quo loco concio nari solebant. Vnde sæpe legimus, Pro rostris, id est, in ro

ſtris. in eo enim loco roſtra ab hoſtibus capta fixa erant.

Rudis

Propriè dicitur recens, uel impolitus, uel imperfectus, Latini Rudem uocant imperitum & indoctum. diciturq́; Rudis rei alicuius, uel in re aliqua: ac pertinet tam ad res, quàm ad perſonas. Fam. 4. inde Rudimentum eſt prima diſciplinarum exercitatio. Plinius rudimentum lucis uocat, pro initio uitæ. Salluſt. An ulla alia putas eſſe rudimenta, & incunabula uirtutis? Rudimentum ponere dicitur is, qui iam rudis eſſe deſinit, & aliquem progreſſum habet, cœpitq́; fieri politior & inſtructior. Salluſt. Verũ eo magis odiſſe debetis hominem, qui ne incipiens quidẽ peccare, minimis rebus poſuit rudimentum.

Ruere,

Eſt præcipitem agi, uel ferri, aut ruinam edere, concidere, uel præcipitare: quod aliquãdo ruinam habet, & lapſum. aliquando uerò curſum præcipitatiorem. Exempla aliqua ſunt uoluntatis & concitatioris motus. ad Att. 7. Aliqua exitij & perniciei. ad Att. 7. & Terent. Quid ſi cœlum ruat? Hinc dicitur Ruina, quam ponimus pro pernitie, tempeſtate, uel procella: aut pro caſu, uel excidio. neq; ſolum domus eſt, aut ædium, ſed rei cuiuſuis, quæ cóncidit. pro Cluent. Ruinam impendere. ad Att. 10. Ruinas edere. de Leg. 1. Ruinoſus. Off. 3.

Rumor,

A fama significatione nõ differt. Fam. 11. & 12. *Rumorum uentos colligere.* pro Cluent. *Rumorem aucupari.* pro Cluent. *Rumores excipere.* pro Deiot. *Rumores spargere.* Ibid. *Rumores dissipare.* Philip. 14. *Rumorem oriri.* Cic. *Illum excessisse Alexandria rumor non est firmus, ortus ex Sulpitij literis, quas euntes postea nuntij confirmarunt.* *Rumorẽ serpere.* pro Mur. *Rumorem afflare.* ad Att. 16. *Rumorẽ affluere.* ad Qu. Frat. *Rumorem afferre, uel proferre.* Fam. 16. *Rumorem uenire.* ad Att. 5. *Rumorẽ esse.* Fam. 1. *Rumorem calere, pro latè dissipari, uel uagari.* Fam. 8. *Rumorem extinguere.* ad Att. 15. *Rumorẽ raucum fieri, pro extingui.* Fam. 9.

Ruminatio,

Pro deliberatione, uel attentiore meditatione, uel ratione ineundi consilij, & rei alicuius aut suscipiendæ, aut faciendæ. ad Att. 2. *Sed in ea significatione uox est trãslata. nã* Ruminare, *uel* Ruminari *propriè est reuomere, quod est pecudum, ac rursus consumere, quasi cibum ad rumen (qui locus est in gutture, quo sumitur cibus, & unde redditur) reuocare, iterumq; conficere.* Plinius *lib.* 10. *cap.* 63.

SACER HOMO.



NTIQVI *sacros homines uocitabãt, quasi execrãdos & detestandos. unde Sacra fames Vergilio dicitur. Ex quo quiuis homo malus atq; improbus, Sacer appellari solet. & Sacratæ leges dictæ, quibus sanctum iubetur esse alicui deorum, quicquid aduersus eas fit, sicut familia pecuniaq;.* Et *Sacrosanctum dicitur, quod iureiurando interposito est institutũ: ut si quis uiolet, morte pœnas pẽdat. inde Sacrosancti tribuni.* Cic. *in Catil. & Sacrare pro deuouere, uel detestabile decernere, & ita morti addicere, ut impune occidi & uiolari poßit. Sacer pro uenerabili. Sacer ignis. Plin. lib. 22. cap. 11. Sacer morb. comitialis, uel* Herculeus *dicitur, quod is eo laborarit. Sacrare uero nõ semper pro detestabile decernere, sed interdum ponitur pro dicare, uel sacrosanctum facere, & tanquam religiosè colendum indicere. pro* Corn. *Balb.*

Salubris,

Pestilenti opponitur. Et *non solum dicitur locus, aër, uel cibus: sed etiam sententia, quæ salutaris est, & nõ perniciosa. Salubre item aliquid dicitur in oratione, quod nullo orationem uitio labefactet, aut deturpet.* Fam. 9. & *in* Bruto. *inde Salubritas. cõtra* Rull. & *Salubriter. de Senect.*

Salutaris

Salutaris

Dicitur utilis, uel commodus, & utilitatem, aut salutem adferens. Fam.3.& 6. *inde Salutariter*. Fam.11.

Sanare,

Pro mederi. Cic.Hæc *aut sanabuntur cum ueneris, aut ei molesta erunt.*

Satiare,

Est famem explere, pascere, uel saturare: quod indifferenter, ut Saturare, uel ad corpus, uel ad animũ pertinet. Philip.11. *inde Satias dixere antiqui, & post antiquos poëtas* Sall. *Hi saltibus occupatis, externorũ agros inuasere, frumentiq; ex inopia graui satias facta est. & Satietas est fastidiũ.* Off.2. *Satietatem habere, pro afferre.ad* Att.15. *Satietatem párere.ad* Heren.4. *Satietatem facere.de* Senect. *Satietatem dare. de* Nat. Deor.3. *Satietatem afferre. pro* Mur. *Satietate afficere.ad* Heren.4. *Satietatem capere. de* Diuinat.1. *Satietatem tenere.*Fam.2. *Satietate defatigari, uel defessum esse.*Fam.2. *Satietati occurrere. in* Brut. *Satietatem uitare, uel fugere.ad* Heren.4. *Satietatem releuare.de* Inuent.1. *Satietatem uincere, uel superare. de* Orat.3.

Satis.

Aduerbium est, quod significat abundè, uel quantum opus est, uel sanè. Et *ponitur uel sine casu, uel cũ genitiuo,*

*uel cum datiuo,uel cum alio aduerbio.Cic. Quare de hoc satis.& Off.3. Dicimus etiã,Satis habere,quod idẽ est, quod contentum esse.*Et ablatiuum admittit cum præpositione.pro Planc. *Vel cum infinitiuo alius uerbi.*Fam.5. *Inde uenit,*Plus satis. ad Att.12. & Plus quàm satis.Fam.9. *Satis superq́;.*ad Att.16. *Satin', pro satis'ne.* Terent. *Satin' id tibi placet? & Sat per apocopen,pro satis ponitur. de Senect.*

Satisfacere,

*Et ad debitum,& ad opinionem,& ad expectationẽ apponitur.*Fam. 4. & 5. *inde Affatim satisfacere .*ad Att.2. *Mirificè.ad Qu.*Frat.. *Præclare.* Ibidem. *Abundè .* de Diuinat.2. *Satisfactio.* Fã. 6. & *Satis habere ab aliquo ,uel omnia ab aliquo habere , cum nobis satisfactum est.* Fam.5.

Saturare.

*Indifferenter aut animum, aut corpus satiamus, uel saturamus.*Terent.cum genitiuo iungit : Næ tu propediem (ut istam rem uideo)istius obsaturabere.Habet uel accusatiuum etiam solum,uel accusatiuum cum ablatiuo.Philip.2. *inde Satur,a,um.& Saturum dicitur: quod plenum est, non enectum fame , uel cupiditate, cum genitiuo iungitur.*Terent.Postquàm intus sum omniũ rerum satur. *inde Saturitas.*Plaut.Aperitur ostium, unde saturitate sæpe ego exij ebrius.

Saucius

Saucius animus,

Id est, læsus, male affectus, ægritudine laborãs. Translatè. ad Att. 1. & alibi.

Scelus,

Pro quocunq; maleficio ponitur, sicut & flagitium. inde Scelerum machinator, uel architectus. pro Cluent. Scelus cõcipere. in Verr. Act. 3. Scelus moliri. Cic. Sexcenta alia scelera moliri. Scelus facere. in Verr. Act. 3. Scelus perficere. pro Cluent. Scelus admittere. ad Qu. Frat. Scelus suscipere. Philip. 11. Scelus edere. Philip. 13. Scelere se contaminare. Off. 3. Scelere se deuincire. de Arusp. resp. Scelere se alligare. pro Flac. Scelere se astringere. Philip. 4. Scelus scelere cumulare. Cic. Nónne etiam alio incredibili scelere hoc scelus cumulasti? Esse in scelere. Philip. 2. Sceleri affinis. pro Syll. Scelere imbuere. pro Mil. & Philip. 5. Scelere affluere. pro Cluẽt. In scelere uolutari. Fam. 9. Scelere cooperiri. Philip. 12. Abesse à scelere. ad Att. 2. Scelus prætermittere, uel præterire. Fam. 10. Scelere solutus. pro Mil. Scelere, uel à scelere liberare. pro Marcel. Scelus expiare. in Pison. & Scelus pro scelerato, quemádmodũ Seruitia pro seruis, Sodalitium pro sodalibus. Terent. in And. Scelus, quem'nã hic laudat? In Heaut. Plaut. in Amphit. A scelere fiunt hæc adiectiua, scelestus, scelerosus, sceleratus: & uerbum Scelero, as, id est, polluo. Verg. lib. 3. Aeneid. Parce pias scelerare manus

mus: id est, scelere inquinare. unde Sceleratus campus Romæ, et Sceleratus uicus, id est, pollutus. Donatus dicit, Scelerosum propriè esse, autorē sceleris: sceleratum uerò, in quo sit cōstitutū et cōmissum scelus. pro Sest. et pro Rosc. Amer. & in Sallust. Idem in Catil. & pro Mur. & de Arusp. Resp. & Terent. in Eunuch.

Scire.

Est per nos uel manifesta intelligere, uel ab alijs accipere. Dicimusq; scire de, uel ex. Fam. 7. & 10. Inde Certum scire. Fam. 9. Certò scire. Fam. 3. Certè scire. Philip. 13. Et cognitum, uel perspectum habere. Sed interdum ea scimus, quorum ab alijs facti sumus certiores. Interdum scire est, scientia & doctrina, arteq; instructum esse. Dicimus autē scire aliquid, uel scire de aliquo. Cum accusatiuo. ad Att. 2. Cum præpositione De. de Orat. 1. Cum ablatiuo. Terent. Is ubi hanc forma honesta uidet uirginem. Cum aduerbijs quibusdam eleganter iunctum. Philip. 5. & de Finib. 2. Sciens interdum cū peritia & intelligentia, Interdum consilium captum habet. pro Leg. Manil. Alterius significati. pro Quint. Scienter est intelligenter, aut cum arte & peritia. Off. 2. Insciens. Fā. 3. ut Prudens. Fam. 6. Imprudens, aliquando genitiuo iungitur, ut Imprudens legis. pro Rosc. Amer. Imprudenter est per imprudentiā, uel per ignorantiam, uel inscienter. in Brut. De industria. in Verr. Act. 2. Data uel dedita opera. ad Att. 8. Consultò. Fam. 3.

Fam.3. Inconsultò,uel inconsultè. Off. 2. Improuisò,de improuiso.Tusc.4. Vel ex improuiso.Fam.2.id est,nec opinato, uel subitò, & repentè. ad Att. 15. Improuisus. Fam. 2. Temerè. Fam. 4. Et temerè pro fortuito,uel casu.de Nat.Deor.1. inde Scientia,quæ est cognitio, uel intelligentia,aut doctrina,uel disciplina.Fam.4. Scientiã habere.Fam.7. & Scitus est sciens & argutus,poniturq; pro eleganti & pulchro. de Orat. 3. Scitè.Fam.11.

Scitari,

Vel sciscitari:utrunq; inquirere significat, sed alterum poëtis proprium est,alterũ oratoribus. Scitari uix apud oratores reperias,apud poëtas autem sæpe.Ouid. Si modo fert animus,gradere,& sciteris ab ipso. Cic.de Domitio:Vt facis,sciscitare ubi sit.

Scriba,

Dicitur,qui literas uel tabellas,aut alia quæcunq; scribit nomine cuiusuis:ut est scriba regis, ut dicuntur etiam librarij,qui ab alijs edita scribunt:ut dicuntur quoq; scribæ tabellarij, qui rationes publicas scribunt in tabulis. Omnino cuiuscunq; opera in scriptura utimur,rectè scriba appellari potest.Sic nobis sunt scribæ,qui literas dictatas à nobis scribunt.Sic publicanis scribæ erant sui,id est, qui publicanis in scribendo operam dabant, uel aderant. in Verr. Act.5.

Scribere,

Eorum est propriè, qui aliquid cõmentantur & scriptis mãdant: ut cum orator orationem,uel poëta carmen scribit. Est etiã certiorem facere, uel explicare. Dicimus scribo tibi,uel ad te:& scribo res urbanas,uel de rebus urbanis.Fam.12. Scribere ambitiosè.Fam.14. Vel quod in mentem uenerit. Cic.Scribas ad me,quicquid uenerit in mentẽ, cum habebis cui des. Vel quod in buccam uenerit. Famil. 9. Vel pluribus, id est, copiosius: Fam.2. Vel pluribus uerbis. Fam.3. Vel humanè. Cic.Dedi operã ut ei quàm humanißimè scriberem. Vel raptim. ad Brut. Vel planè.Fam.3. Vel enucleatè. Cic.Quin enucleatè ad te perscriberẽ. Frustra.Fam.5. Summatim. Cic. Quæ longiorem desiderant orationem, summatim tibi perscriberem. Verbosè. Cic. Hæc ad te scripsi uerbosius. Humaniter. Cic.Scripsit ad me Cæsar perhumaniter. Tectis uerbis.Fam.9. Explorate.ad Q.Frat. Vacuo animo.Cic.Plura ad te uacuo animo scribã. Plenè.Cic.Te oro,ut si quid erit,quod perspicias,quancũq; in partẽ,q̃ plenißimè ad me scribas. Rectè.Cic.Idipsum scire cupio,quod ad tẽpus rectè ad te scribere poßim:id est,nõ frustra. Temerè. Cic.Nõ scribo hoc temerè,cui scribã uideo. Diligẽter et cautè.Cic.Quicunq; est istic status rerum,diligẽter & cautè perscribas. Scribere de. Fam.7. Accuratè. Fam. 9. Grauiter. Fam.2. Officiosè & humaniter. ad Att. 1. Subtiliter.

ter. ad Att. 2. Scribere interdum ad manus operā pertinet, interdum ad ingeniū reflectitur. cum ad manū pertinet scribunt scribæ, & in eo significato continetur describere, exscribere: ad ingenium cum reflectitur, & aliam quàm manus industriam, aliquādo pro certiorem facere, uel literas dare, aut mittere est. aliquando cōmentari significat, & scriptis mandare, ut cum orator orationem, uel poëta carmen scribit. Scribere pro componere, uel librū cōficere. Et uel accusatiuū habet. Fam. 1. Vel accusatiuum cum ablatiuo interiecta præpositione Cum. de Senect. Scribere pro monumentis mandare, et memoriæ prodere. in Verr. Act. 6. inde Scriptor, qui libri alicuius autor est, uel qui rem quālibet scribit. Fam. 1. Scriptio, quæ est scriptura, uel scribendi exercitatio aut commentatio. Fam. 9. Scriptum est scriptura, uel monumentum literarum & annalium, ut scriptis illustrare, celebrare, mandare. Fam. 4. In scripta alicuius peruenire, id est, celebrari. Fam. 5. Inde dicimus scriptitare. Cic. Bibulus scriptitauit accuratè, cum non esset orator. & Scriptura, est scriptum, uel scriptio. Cic. Plura illi mandata uerbo, quàm scriptura dedi. Itaq; scriptura apud Romanos ratio erat mancipum, id est, corū qui portoria, aut pascua publica, aut decumas quæstus sui causa redimebāt. Vnde magistri scripturæ & portus dicebātur, qui portoria & uectigalia describebāt & colligebant, & dominis repræsentabant, uel prospiciētes commodis suis, uel muneri

ueri

neri cui præerãt operã præstantes, scilicet agris, pascuis, aut pecoribus, aut portorijs, alijsúe uectigalibus describendis & colligendis. Fam. 13. *Magistrorũ scripturæ tabelliones Scripturarij dicebantur,* ex Nonio & *Festo: id est ij, qui eorum rationes faciebant: quales hodie sunt, quos barbarè* Clericos & Commissarios *appellamus. hij enim ephemeridas faciunt, id est, diurna, papyrosq; diarias (ita ipsi appellant) & præterea breuiaria, id est, epitomas, summas acceptas continentes, quæ Summaria uocant. Scriptura tamen proprium nomen erat uectigalis, & portorium, & decima.* in Verr. Act. 3. *Inde scriptu rarius ager, in quo ut pecora pascantur, certum est quod publicanus scribẽdo conficit rationem cum pastore. Scriptura huiusmodi est hodie eorum mancipum, qui glandarios & pascuos saltus redimunt.*

Scrupulus,

Scrupus lapillus est, qui in calceo latens, pedem lædit, et pressus grauiter nos offendit. unde fit, ut à Latinis pro re ponatur, quæ nobis sollicitudinem adfert. ad Att. 2.

Scrutari,

Est diligenter inquirere. Off. 3. *inde perscrutari, &c.*

Secedere,

Est semigrare, uel abire. Cic. *Quare secedant improbi, secernant se à bonis, &c. inde Secessio, uel Secessus.* pro Mur.

Secta,

Interdum pro certa quadam disciplinæ formula poni tur, ut plures quondã fuere inter philosophos, nempe Platonici, Aristotelici, Epicurei. Sed generatim Latinis secta est factio, hæresis, studium, ratio uitæ, ratio philosophandi. Et uerbo sequi ferè adhæret, à quo deducitur. Vel à sectari. pro. Flac.

Secundarius,

Dicitur, qui non primas fert, sed qui secundæ est classis, uel cui secundæ deferuntur. in Bruto.

Secundus,

Duplicem significationem habet. Interdum ad numerum pertinet, ut primus, secundus, tertius, quæ significatio uulgaris est. Interdum etiam propriè flumini conuenit, ex qua significatione manarunt hæ loquendi formulæ: Secundæ res, Venti secũdi, Secũda prælia, Secũda admurmuratio, Secundus populus, Secunda uoluntas. Flumen uerò secundum dicitur, quod in procliuius fluit. Vnde Secundo flumine nauigare, id est, secũdum fluminis fluxum, uel naturam. Et aduerso flumine, id est, contra fluminis fluxum, uel contra fluminis uim & impetum. Cæs. de bell. Gall. 7. Cum igitur res secundas dicimus, id per translationem fit. Ita uenti secundi, id est, ex sententia & uoto flantes. ad Att. 2. Sic Secunda prælia dicuntur, in quibus uictores sumus. pro Leg. Manil. Sic secũdo po

pulo,uel concione aliquid agere,id est,non aduersante po pulo,uel cõcione. Tusc.2. Inde præpositio Secundum, quæ ponitur pro è,uel conuenienter.ut S.C.secundum aliquem factum,id est,è re alicuius,uel pro commodo. Et secundum naturam uiuere, uel testimoniũ secundum fidem & religionem dicere.ad Qu. Frat. Dicitur etiam Secundus prosper,uel ex sententia,uel uoto cedens.Off.1. Secundè.de Nat.Deor.3.

Secundum,

Ponitur pro post,uel proxime. ad Qu.Frat. Item pro iuxta,uel congruenter.Fam.4.& Off.3.

Sedere.

Cic.Malo in illa tua sedecula sedere, quàm in istorum sella curuli.Sedere ad gubernacula reipub.est reipub. incumbere, uel rem publicam gubernare & administrare. Item Terentius dicit: An sedere oportuit domi uirginem tam grandem?id est,non nubere. Translatè pro consistere, uel commorari, uel cessare, aut pigrari, uel torpere. Famil.16.

Sedulítas,

Diligentia,et industria est,unde Sedulus,et Sedulo.Cic. Vt uerear, ne nimium arguta tibi uideatur sedulitas mea.

Segnis,

Sedulo contrarium est. Cic. Ego si cui adhuc uideor segnior fuisse, dum ne tibi uidear, non laboro. Segnities inde

inde.de Orat.1. & Segnitia.de Finib.1.

Seiungere.

Dicimus Seiungere se ab aliquo, quemadmodum etiã disiũgere, & remouere se. Cic. Seiunge te, quæso, aliquando ab ijs, &c.

Semigrare,

Idem ferè est cum Migrare, demigrare, commigrare. Cic. Repræhendistis à patre quod semigrarit.

Semouere,

Pro amouere, aut remouere, interdum positum reperire est. Cic. Strato ab ea disciplina semouendus est. & de Orat. Res lumẽ habere nõ possunt, si uerba semoueris.

Semper,

Idem est, quod in perpetuũ, uel omni tempore, uel dies totos & noctes. Off.1. hinc Sempiternũ, quod ab æterni significatione non differt. Fam.5.

Senatus

Et locum, in quo ipsi senatores conueniunt, & senatores ipsos significat. De loco. Fam.3. Inde dicimus Senatum uocare. Fam.10. Conuocare. Ibidem. Cogere. Fam.5. Frequentem efficere, pro cogere. Fam.8. Dare. ad Qu. Frat. Habere, pro Senatum cogi. Fam.1. Senatum esse, pro conuocari. Fam.1. Cooptare; id est, Senatum constituere. in Verr. Act.4. In senatum legere, id est, Senatorem facere. Fam.13. Venire, pro Senato

rem fieri. pro Flac. Mouere senatu, id est, expellere ordine senatorio. Plin. L. Flaminium consularem senatu mouit. Ex senatu reijcere. pro Dom. sua. Senatum dimittere, uel mittere. Fam. 1. Discedere. Fam. 2. Et senatus discedit, cum senatores à prætore missi facti, domum abeunt. Extinguere. Off. 3.

Senescere

Non solum corpus humanū senescit, sed quicquid exolescit, & uigorē pristinū amittit, senescere dicitur. Fā. 7.

Sensus,

Et ad corpus, et ad animū pertinet. De corpore. Plin. lib. 10. cap. 69. & Fam. 4. Sensus autem cum ad animum refertur, interdum pro communi quodam animorū affectu & motu ponitur. Interdum pro opinione, consilio, uel assensione. Fam. 1. 5. & 10. In sensum allici. Famil. 1. Conuertere se ad sensum alterius. de Amic. Sensus deponere. Fam. 1. Sensum amittere. pro Rosc. Amer. Sensum in neutro genere. Acad. Qu. 1. & de Orat. 1. Exprimere dicendo sensa possumus.

Sententia

Duplex est, priuata scilicet & forensis. De priuata hic scribimus. Fam. 2. Ducere in sentētiam. de Inuent. 1. In sententiam adducere. Fam. 2. Perducere ad sententiam. ad Att. 16. Tradere ad sententiā. pro Cluent. Sententiam inclinare. Cic. Nunc quicquid est, quocunque

uestræ

uestræ mentes inclinant, atq; sententiæ, statuendum uobis ante noctem est. Ire in sententiam, id est, assentiri. Famil. 1. Sententiam sequi. Philip. 6. Sententiam destinare. Tusc. 2. Sententiam confirmare. Cic. Cum hominis amplißima fortuna, autoritate, grauitate, gratia fluctuantem sententiam confirmassem, &c. Sententiam habere, ad res & personas refertur. De rebus. ad Att. 10. De personis. de Nat. Deor. 2. Esse in sententia, tripliciter à Latinis dicitur. Sumus enim in sententia aliqua, quam sequimur, uel in qua manemus. Sunt autem res in sententia, quæ ut uolumus & optamus ceciderunt. Dicitur etiam aliquid scriptum in sententia quadam, quod eam sententiam habeat. Tusc. 3. Manere in sententia. Famil. 1. Cōstare in sententia. Ibid. In sententia perseuerare. Philip. 4. Sententiam tenere, uel retinere. de Finib. 1. Sententiam frangere. Fam. 1. De sententia deterrere. de Diuinat. 2. De sententia, uel à sententia mouere. Philip. 2. Deducere de sententia. ad Att. 2. Depellere de sententia. Fam. 1. Deijcere de sententia. Tusc. 2. Detrudere de sententia. Fam. 14. Mutare sententiam. ad Att. 8. De sententia decedere. Fam. 3. A sententia discedere. Cæs. de bell. Ciuil. 1. Sentētia, uel de sententia desistere. Off. 3. A sentētia abesse. de Orat. 1. Sententiam repudiare. Philip. 6. Ex sententia, de sententia, in sententiam. Tres sunt ij loquendi modi tam inter se diuersi atq; discrepantes, quàm elegantes & ue-

nusti. Est autem Ex *sententia idem quod* Ex *uoto, uel ex spe, atq; ut optabamus.* De *sententia uero est, de nutu & consilio. sed* In *sententiam eandem loqui dicitur, qui in eandem rationem uerba facit, uel eodem spectatia.* Ex *sententia. Fam.1.* Ex *animi sententia, in alia significatione. Off.3.* Ex *animi sententia iurare, pro consultius & quasi grauius iurare.* Esse *in sententia, dicuntur ea quæ ex uoto ceciderunt.* De *sententia. ad Att.2.* In *eã sententiam, id est, in eandem rationem. de Orat.1.* In *eam, uel in eandem rationem: pro in eam, uel in eandem sententiã. in Verr. Act.3.* In *sententiam meam. ad Qu. Frat. Sententia iudiciaria. Philip. 6. Audita uobis esse arbitror Quir. quæ sint acta in senatu, quæ fuerit cuiusq; sententia. Sententiam rogare. ad Att.1. Sententiam dicere. Fam.1. Sententiam ferre. pro Cluent. Sententiam pronuntiare. Fam. 1. Sententiam diuidere. Vide Budæum in Annot. in Pandect. prioribus.*

Sentire,

Pro percipere: & ad animum, et ad corpus refertur. Ad corpus. Philip.2. Quando magis ad animum inclinat. Fam.1. Sentire pro intelligere. Ibid. Sentire, pro existimare, uel iudicare. Neq; simplicis est usus: aliquando accusatiuũ, aliquando præpositionem admittit. Fam.1. Sentire de. Fam.4. Sentire cum aliquo, id est, eiusdem esse opinionis. Terent. in And. Næ iste haud mecum sentit.

Sequeſtres

Erant interpretes ambitus, & corrumpendarum tribuum conductores: id eſt, qui in petitione alicuius magiſtratus rem perficiendam ſuſcipiebant, & inde lucrum faciebant, ut ſcilicet acceptis nummis, eos qui ſuffragia laturi erant, ſolicitarent, deducerentq́; in quam uellent partem: atq; id uel gratia, uel autoritate, uel ſpe precij, aut ob lato munere. pro Cluent.

Sequi,

Translatè idem eſt, quod aſſentiri, uel fauere, uel ſtudio teneri, ut Sequi alicuius ſententiam, præcepta, cõſilia: id eſt, alicuius uel ſententiæ, uel præceptis, uel cõſilijs aſſentiri. Fam.1. *Sequi cum ad perſonam refertur.* Ibid. *Sequi in uarijs alijs ſignificationibus. Sequitur res rem, cum res rei adiungitur, uel cum res rem urget. ut pœna ſcelus ſequitur, errantem incõmoda ſequuntur.* de Aruſp. Reſp. *Alia eſt etiam huius uerbi ſignificatio, cum poſt multa enumerata, uel poſt ratiocinationẽ, & rerum ſummam factam, ita dicimus, Sequitur ut, id eſt, uel neceſſario colligendum eſt.* de Fato: *Sequitur enim, ut ſi alia ab alia nũquã depellatur, &c.* Pro Sequitur, *aliquando* Latini dicũt, Relinquitur. *Exempli cauſa: Si digna eſt honore uirtus, quiq́; uirtuti ſtudent: relinquitur, ut qui uirtutem, uirtutisq́; ſtudioſos honoribus ſpoliant, eos ſceleratè & flagitioſe facere dicamus.* de Inuent.1. *Ad hæc Secutus aliquando pro freto uel confidenti ponitur.* Cæſ.lib.5.

de bell.Gall. Nonnunquam sequi, quasi pro oblectari ponitur.pro Mur. Item sequi pedibus, consilium, autoritatem, de qua re suo loco dicemus.

Sermo,

Est oratio remissa, & finitima quotidianæ locutioni. lib.3.ad Heren. Sæpe ponitur pro uulgato quodam rumore. Sermo aut in collocutione uersatur, aut in rei demonstratione(ut cum aliquis uerba de re aliqua facit) aut in rumore peruulgato & dißipato. Et modo actiua est, modo paßiua huius uerbi significatio: ut etiam uel actiua, uel paßiua est significatio inuidiæ, odij, opinionis, existimationis, suspicionis, &c. Fam.2. Sermo facetus. de Orat.1. Ludicer sermo. Acad.4. Familiaris sermo. Ibid. Suauis. Ibid. Liberior. ad Att.2. Longus. de Orat.2. Multus. ad Att.7. Vanus & obscurus. Fam.2. Varius. Fam.9. Tectus. Ibidē. Dubius. Ibid. Peruagatus. Ibid. Exploratus. Ibid. Commodus. Fam.2. Honorificus. Ibid. Maleuolus. Ibid. Stultus. Fam.3. Puerilis. Ibid. Vrbanus, id est, in urbe peruagatus. pro Deiot. Quotidianus. de Inuent. 2. Præclarus. Ibid. Materia sermonis. Fam. 3. Ansam sermonis dare. pro Sest. Sermonis autor. Ibid. Locum sermoni relinquere. Ibid. Sermonem dare, uel excitare. Fam.9. In sermonem uenire, uel incidere, pro sermonis ansam dare. in Verr. Act.6. & Fam. 9. Sermonibus uapulare, uel sermonem subire, sustinere, aut ferre.ad

re.ad Att.2. Sermonem lacessere.Fam.3. Captare. Terent.Ita animum cœpi attendere,hoc modo sermonem captans. Quærere.Terent. Mihi sese dare, sermonem quærere. Sermonem inferre, uel inducere. de Orat.1. Incidere,uel delabi in sermonem. Actiuè hi loquendi modi accipiuntur. de Orat.1. Venire in sermonem. Fam. 3. Sermonem instituere.de Orat.2. Ducere. Ibid. Trahere, & ordiri. Ibid. Ad sermonem accedere. de Orat.2. Sermonem habere, pro uerba facere. Fam. 3. & ad Quint. Frat. Sermonem esse passiuè est sermonem haberi, dissipari, uel peruulgari.Fam.7.& ad Qu. Frat. Esse in sermone passiuè, & significat sermonibus uapulare,uel diuulgari. Cic. In sermone omnium cœpit esse:id est,celebrari cœpit, uel rei percrebuit rumor. Sermonem perpetuare.de Orat.2. Et producere. Cic. Sermonem in multam noctem produximus. Sermonē conficere.de Orat.1. Vel consumere. ad Heren.4. Insinuare,uel dare in sermonem,est aliquorum colloquiū accedere, uel obrepere,uel se intromittere, uel sermonis cum aliquo habendi causam captare. contra Rull. & ad Att.13. Adiungere ad sermonem.Fam.12. Sermonē conferre. de Inuent.2. Sermonem communicare. Off. 2. Sermonis particeps. de Orat. 3. Sermoni interesse.Fam.11. Inijcere in sermone.Fam.12. Dictitare in sermone. Fam. 1. Vel sermonibus usurpare. pro Marcel. Versari in sermone. Fam.2. Sermonem in-

uestigare. Cic. *Certè aliquid sermonis fuit, totum inuēstiga, cognosce, perspice, &c.* *Sermonē exprimere.* Cic. *Sanè meos sermones expressit.* *Referre.* Fam.1. *Deferre.* Fam.3. *Perferre.* Fam.11. *Sermonem dissipare.* pro Flac. *Sermonibus refercire.* pro Rab. Posth. *Peruulgare.* Cic. *Audita & peruulgata, & percelebrata sermonibus res est.* *Diuulgare.* Cic. *Hanc rem sermonibus diuulgare uoluerunt.* *Celebrare.* Cic. *Id multo sermone celebratur.* *Sermonem manare.* pro Corn. Balb. *Vel emanare.* in Brut. *Sermonem in alienus manus deuenire.* ad Att.1. *Sermonem erumpere in aliquem.* ad Qu. Frat. *Sermonem mittere, id est, missum facere.* de Orat.3. *Sermonem uitare.* ad Qu. Frat. *Effugere.* Cic. *Germanus sermones iniquorum effugere nō potuit.* *Vel defugere.* Cæs. *Hi omnes decedunt, sermonemq; defugiunt.* *Auertere se à sermone actiuè, pro seiungere se ab alicuius sermone.* Cic. *Et non se totum etiam à sermone nostro auertissent, &c.* *Sermonem sedare, & restinguere.* ad Att.13. *Reprimere.* Cic. *Lacessiui nunquam, sed nec ualde sermones hos repressi.* *Retundere.* Fam. 8. *Sermonem exhauriri.* ad Qu. Frat. *Refrigerare.* Fam.3. *Obmutescere.* Cic. *Deniq; etiam de sermonib. hominum, nisi obmutuerint.* *Mori.* Cic. *Atq; ut iste interpositus sermo deliciarum, desidiæq; moreretur, &c.* & *Sermocinari.* Cic. *Libenter se ait esse facturam, & se cum isto diligenter sermocinaturam.*

Seruare,

Seruare.

Cic. Qui illam ciuitatem paulò antè seruarat. Et di*cimus, Seruare de cœlo. Seruabant enim quondam de cœlo Augures, id est, obseruabant, si quod signũ in cœlo ederetur, quod augurorum rationibus uel conueniret, uel dissentiret. Vnde fulmen sinistrum, fulmen dextrum,* Iupiter *tonans, & plures aliæ augurales locutiones. Augures aũt ubi de cœlo seruarant, renuntiare, uel obnuntiare dicebantur: id est, referre & significare, quæ obseruauerant.* Id *quod apud* Romanos *fiebat, uel in magistratibus creandis, uel in bellis suscipiendis, uel in re aliqua gerenda. Quod nisi de cœlo seruatum esset, quicquid suscipiebatur aut fiebat, uitio susceptum, factumq́; dicebatur, uel uitiosum id erat. Sic uitiosi magistratus, uitiosaq́; comitia uocata sunt, in quibus augurorum religio, & de cœlo seruandi ritus omittebatur. ad* Att. 4. *Proscripsit super omnes dies comitiales de cœlo seruaturum.*

Seruire,

Pro prospicere, uel prouidere, cum datiuum regit: & in aliqua re uel beneuolè, uel studiosè curãda ponitur. Seruire aliquando totum est in seruitute, contrà aliquando in libero officio & obsequio. Seruire pro præsto esse, consulere, commodare, obsequi, operam dare. Et tam extra personam. Famil. 5. *Quàm in persona. ad* Att. 13. *Seruire, uel* Dare *auribus dicebant antiqui, pro assentari, uel adulari. Cæs. Auribus* Varri *seruiunt.* Fam. 12. Noli

putare

putare mi Cicero, me hoc auribus tuis dare, &c.

Serus,

Tardum significat. Fam. 2. Sed ad personam relatum legitur rarò, ad res alias sæpe. Serum substantiuum extremam partem diei significare uolunt. Liuius: Erat iam diei *serum. Serum quoq; dicitur aqua lactis, quod* Barbari *uocant* Paruũ *lac.* Verg. *Acremq; molossum* Pasce *sero pingui. Sero pro tardè.* Fam. 7. *Vide* Vallam *lib. 4. cap. 107. inde Serotinus, pro uespere.* Et *tria significat serò. una & uera significatio pro uespere, quod est post occasum: altera quæ hinc nascitur, quæ est post tempus: tertia significatio est pro tarde.* Fam. 7.

Seuocare,

Est separare, abducere, uel traducere. Tusc. 1.

Sexcenti, æ, a.

Sexcentis locis, sexcẽtos habes tabellarios, & alia huiusmodi. Hoc *numero utebãtur linguæ* Latinæ *principes, cum infinitum aut prægrandem numerum explicare uolebant. Cic. Sexcenta licet eiusmodi proferri.*

Significare,

Est signum rei alicuius facere, uel per signa notum facere. et uarium est. nam quando cum solo accusatiuo ponitur, idem est quod designare, coarguere, indicare, probare. de Senect. Et quando cum datiuo & accusatiuo ponitur, idem est quod denuntiare, uel certiorem facere, uel testificari.

ſtificari: in qua ſignificatione dicimus Significare de. Fã. 7. & 13. Abſolutè ponitur etiã. Fam. 3. Significare de. Cic. Scribis mihi, mirari Ciceronem, quod nihil ſignificem unquam de ſuis actis: id eſt, quod nullam unquam mentionem faciam de ſuis rebus geſtis. inde Significatio. Fam. 3. & Significationem facere. Off. 1. Dare. de Orat. 2. Habere. Fam. 5.

Silere,

Dicimus ſileo hanc rem, uel de hac re. & Sileri paßiuè. ad Att. 2. Translatè dicimus aliquid ſilere, quod deferbuit, uel quod ſuam autoritatem & uim non retinet. pro Milo. inde Silentium dicitur, cum ſilemus. Silentiũ etiam noctis pro intempeſta nocte ponitur: quam alij conticinium, alij cõticinium uocant. ad Att. 5. Silentio præterire. Fam. 5. Tranſire. ad Att. 2. Præteruehi. Phil. 7.

Simultas,

Occultior et tectior eſt, ſed inimicitiæ apertiores ſunt. Cic. Sin autem iam ſuberat ſimultas, extincta erat conſuetudo, dißidiũ extiterat, &c. Simultatem ſuſcipere. ad Qu. Frat. Subire. pro Leg. Man. Habere cum aliquo. pro Cluent. Simultatẽ eſſe alicui cũ aliquo. Fam. 8. Gerere cum aliquo. ad Att. 14. Exercere. pro Flac. Deponere. Fam. 2.

Siſtere ſe.

Siſtere eſt exhibere, unde aliquẽ ſiſtere in iudicio. Cic.

Venit Romam Quintius, uadimonium sistit. Plinius hoc uerbum sæpe ponit pro retinere: ut, sanguinis profluuiũ sistit herbæ pæoniæ semen rubrum. inde Siste lachrymas, fugam, gradum: id est, fac stare gradũ, fugam, lachrymas.

Socius,

Est consors, uel particeps: & sine casu est. Fam. 15. Vel genitiuum habet. Fam. 13. Extra personam. Philip. 2. Socium adiungere, uel adscribere. de Fin. 3. Socium se profiteri. Fam. 3. Sociũ habere. Fam. 1. Pro socio. pro Flacco. Societas est consociatio, uel communitas, pactio, fœdus, aut cõmertium. Fam. 4. Pro personis aliquando ponitur. pro Mur. In societatem conuocare, uel societatem conflare. Tusc. 5. In societatem se cõferre. Fam. 4. Venire. Fam. 9. Accedere. Fam. 10. Vel societatem accipere. Sall. Ne societates, ne fœdera noua acciperemus. Societatem inire. Famil. 10. Societatem coire. Fam. 5. Societatẽ facere. pro Quint. Societatem pacisci. Ascon. Missi erant de paciscenda societate belli aduersus Romanos. Societatem deuincire, uel deuincire societate. Off. 1. Societatem habere. de Fato. Societatem esse alicui cum aliquo. Fam. 7. Societatem gerere. pro Quint. Societatem seruare. Off. 1. Vel confirmare. Philip. 2. Societatem labefactare, uel dirimere. Fam. 5. Seiungere se à societate. Cic. Qui primũ te ab impiorum ciuium tui dissimilimorum societate seiungas. Societatem renouare. Fam. 12.

Socialis lex,

Quæ sociorum causa constituta est, qua cum pecuniæ socijs ereptæ sunt, per magistratus, qui prouincijs præsunt, ciuili ferè actione, & priuato iudicio repetuntur. Legem socialem primus tulit Piso, cognomento Frugi. in Verr. Act. 4.

Sociare,

In Sociare maior est communicationis coniunctionisq; species, in Comitari uerò plus honoris et officij. Et est *Sociare, coniungere. pro Planc.*

Socors.

Cic. *Carneades ita multa disseruit, ut incitaret homines non socordes ad ueri inuestigandi cupiditatē. inde Socordia. ad Heren. 2.*

Sodalis,

Appellatur comes in rebus leuioribus, & ferè in conuiuijs dicuntur sodales, scilicet qui eadem mensa utuntur. Sodales etiā sacerdotes Imperatoribus Rom. inter diuos relatis institui solebāt, ut sodales Augustales apud Tranquillū: apud Claud. quales institutos fuisse Hadriano, autor est Spartianus. quorum similitudine hodie sodales appellari debent, quos uulgò Fratres uocant, ut sodales Dominicales, &c. pro Planc. Sodalitas, multitudo sodalium appellatur. uel est sodalium coitio. de Senect. Sodalitium etiam pro sodalium multitudine ponitur, ut Ser

uitium

uitium pro seruis. Quod nomen Romæ olim criminosum erat. nam lex Licinia lata est contra sodalitia, id est, coitiones, quæ fiebant ad corrumpenda suffragia popularia. pro Planc.

Somnium,

Est quod in somnis uideri uidetur. de Nat. deor. 1. *Somnus autẽ est sopor uel quies.* & In *somnis idẽ est, quod dormiendo. de* Diuinat. 1. *Somnum tenere. in* Bruto. *Somno se dare.* Tusc. 1. *Somnũ capere.* Tusc. 4. *Somnum aliquem complecti. in* Somnio Scip. *Excitare uel suscitare è somno. pro* Sylla. *Somno priuare. ad* Att. 9. *Somnum repetere. ad* Att. 13.

Solari.

Cic. Nunc *quidẽ Caius Antonius hac una re miseriam suã solatur, quod imagines patris & fratris sui, fratrisq; filiam non in familia, sed in carcere collocatas audire maluit, quàm uidere. inde Solamẽ: quæ uox est poëtis, quàm oratoribus frequẽtior.* Hanc *tamen oratores omnino nõ reijciunt. de* Amic. *Solatium.* 4. & 7. *Solatiũ dare. ad* Att. 4. *Solatiũ præbere. pro Archia poëta. Solatium reportare. in* Verr. Act. 7. *Solatium habere. in* Verr. Act. 6.

Solenne, Solennis.

Solẽne suũ seruare, Latini *dicũt pro institutũ suũ tenere. ad* Att. 7. & *Solennia sacra, inquit* Festus, *dicũtur, quæ*

quæ certis temporibus anni fieri consueuerunt. Et Solenne *dicitur, quod singulis annis stato tẽpore præstari debet.* pro Mil. *Solennis pro obseruando, uel celebri, & pro re maximè obseruanda, præscripta, certa, constituta. Et pro consuetudine & instituto accipitur.* pro Quint.

Solers,

Pro ingenioso, perspicaci & sagaci ponitur: uel pro artificioso, & tunc extra personam est. de Senect. *Solertia inde, quæ est perspicacitas, uel perspicax prudentia: capiq; potest tam in malam, quàm in bonam partem.* Off. 1. *Solerter.* de Leg. 1.

Solicitare

Aliquando curam inijcere significat. Cic. *Respub. me ualde solicitat.* *Aliquando instare, uel tentare, ut promissis, factis, uel spe aliqua ostensa.* Fã. 11. *inde Solicitatio.* Terẽt. *Tot me impediũt curæ, quæ meũ animũ diuersè trahũt: amor, misericordia huius, nuptiarũ solicitatio.*

Solitudo

Non semper ad locum refertur, sed ad personam interdũ: idq; est, quod luctus, uel sordes, quæ ex nimia quadam tristitia & mœrore, anxietateq; contrahuntur. In*terdum est obscuritas, humilitas, tenuitas tum rei, tum nominis, & opponitur celebritati. Cum autem ad locũ pertinet, ponitur pro regione derelicta, uel loco deserto.* Fam. 2. & 5. *Extra locum.* ad Qu. Frat. *inde Solitarius.*

Dicitur autem Solitarium, quod remotū est ab oculis populi: ut Solitarius homo, qui celebritatem, hominumq́; frequentiam & coetus odit, solitudineq́; & secessu oblectatur. Ponitur etiam pro solo: & tam ad res, quàm ad personam refertur. Off.2.

Solicitudo,

Cic. *Planè dubitare non possum, quin tibi amplitudini ista solicitudo futura est.* Inde dicimus, *Esse solicitudine.* Fam.16. *Esse in solicitudine.* ad Att.8. *Solicitudinem habere.* Fam.11. *Hærere in aliquo.* Cic. *Nec hærere in animis horum solicitudinem sempiternam.* *Adferre.* Fam.9. *Adducere in solicitudinem.* Fam.12. *Struere.* ad Att.5. *Solicitudine afficere.* Cic. *Magna igitur, ut uides, solicitudine afficior.* *Solicitudinem conficere.* Terent. *Ah nescis quātis in malis uerser miser, quantasq́; hic suis consilijs mihi cōfecit solicitudines, meus carnifex.* *Solicitudines acuere.* Fam.11. *Duplicare.* Famil.5. *Solicitudinem sustinere.* Fam.10. *Alleuare.* in Brut. *Demere.* ad Att.11. *Esse solicitudini.* Fam.16. *Solicitudini subueniri.* Fā.2. *A solicitudine abducere.* Fam.4. *Abstrahere.* Cic. *Non dubito, quin tuis literis, quarum exemplum legi, se magis etiam erexerit, ab omniq́; solicitudine abstraxerit.* *Solicitudine liberare.* ad Att.6. *Omittere solicitudinem.* Terent. *Proin tu solicitudinem istam falsam, quæ te excruciat, omittas.* *Solicitus.* Fam.2. *Solicitus de.* Fam.3. *Solicitus ex.*

Terent.

Terent. Laborat è dolore, atq; ex hoc misera solicita est die. Aliquādo solicitus de incorporeis dicitur. de Amic. Omnia semper suspecta sunt, atq; solicita, nullus locus est amicitiæ. Eodem modo uocant poetæ amorem, uel metum solicitum. Solicitum habere, id est, angere. Fam. 2.

Soluere,

Verbum est translatum, cum solui debitum dicimus. Soluimus enim propriè, quæ ligata sunt, sed translatione uocis, quicquid impeditum est, soluere dicimur. Sic fit, ut quoniam ære alieno, quod cōtrahimus, obligati uidemur, illud cum creditori reddimus, dicamur soluere: scilicet eo nos nexu, quo antea impediti eramus, expedire. Neq; solum æs alienum soluimus, aut pecuniam, sed & officia & beneficia, & rem omnem quaqua deuinciri possumus. Dicimus etiā Soluere ænigma, aut rem quamuis sensu perplexam & implicatam. Propriè autem. ad Att. 1. & 2. et 5. inde Soluere ab aliquo, pro eo quod est, soluta nobis pecunia, uel acceptis aliunde quoquo modo nummis debitum soluere. ad Att. 5. Esse soluendo, pro satisfacere, pro eo quo obligatus sum, siue pecunia, siue remuneratione. Philip. 2. & Solutum. Fam. 6. Solutum existimatur esse, alteri maledicere.

Sotiria,

Pro die, quo seruatorem Christum anniuersario luctu prosequi institutum est, supplicio salutari affectum & extinctum.

Spatiari,

Est ambulare, uel deambulare. pro Rosc. Amer. inde Spatium. & est loci & temporis. Loci. in Brut. Sic dicimus Spatium facere, uel conficere. Cæsar: Incredibili celeritate magno spatio paucis diebus confecto, eiusmodi tempestates sunt consecutæ, ut opus necessariò intermitteretur. Spatium decurrere, uel excurrere. Terent. Propè iam excurso spatio. Cic. de Senect. Nec uerò uelim quasi decurso spatio ad carceres à calce reuocari. Temporis uero est. in Verr. Act. 4. Erat spatium dierum ferè triginta, &c. Inde dicimus, Spatium sumere, uel surripere. ad Att. 5. Spatium dare. Fam. 15. Spatium habere. Off. 1. Spatium esse. Fam. 11.

Spectare,

Non semper ad oculos pertinet, sed interdum ad animos refertur, poniturq; pro sequi, uel uehementer attendere, & quasi decernere: atq; id translatè. ut enim quæ grata sunt, & placent, ea libentius, attentiusq; spectamus: sic ea quæ nobis probantur, aut quæ recta uidentur, ea dicimur spectare. Dicitur etiam aliquid ad aliquem spectare, id est, pertinere. Dicitur quoq; regio regionē spectare, quæ in illam regionem uergit. Fam. 1. inde Spectatio, est probatio pecuniæ. Et spectatores sunt, quos Græci ἀργυρογνώμονας appellant.

Sperare.

Cic. Quod de te sperare, de me præstare possum. Spe

ro & opto. Fam.1. Sperare bene. Fam.10. Sperare recte. Fam.14. Temere. ad Att.2. Sperare, pro putare, uel credere, siue de præsenti loquaris, siue de præterito. Fam.2. & 8. Sperare, pro timere. Terẽt. Nam quod tu speras, propulsabo facile. Et Sperari. Fam.3.

Spes.

Cic. Fieri quædam ad meliorem spem inclinatio uisa est. Inde dicimus, Explorata spes. Fam.3. Desperata. Cic. Spem non puto esse desperatißimam. Tenuis. Cic. Erras, & tenui spe te consolaris. Exigua. Fam.7. Spem adferre. Fam.9. Spem ostentare. pro Cluent. Spem ostendere. Fam.5. Proponere spem. Fam.10. Præbere. Fam.12. Habere, pro spem ostẽdere. ad Qu. Frat. Dare spem. Fam.5. Facere. ad Att.2. Subministrare. Sall. Nunc uidendum est, spem atrocißimi sceleris, unde illi subministratam fuisse iudicemus. Inijcere. ad Att.16. Vocare in spem. ad Att.2. Inducere, uel adducere in spem. Ibid. Impellere. ad Brut. Obtentat me spes. Cic. Sed me quædam spes obtentabat, fore ut, &c. Rapere ad spem. Fam.5. Nunciare spem. Cic. Summam spem nunciabat fore, ut Antonius cederet. Spem residere in aliquo. Fam.12. Esse spem. Fam.2. Esse in spe, pro sperare. Fam.13. Esse in spe, pro sperari. Cic. Dum in spe pax fuit. Esse spe, pro sperare. Cic. Ego sum bona spe. Habere spem. Fam.2. Habere in spe, pro sperare. Cic. Quod quidẽ nulla habeo in spe, &c.

Habere ſpem in manib.Fam.10. Ingredi in ſpem.Fam. 12. Venire in ſpem.Fam.9. Nanciſci ſpem.Fam.13. Spem uidere.ad Att.2. Deuolui ad ſpem. Philip.7. Exardere ad ſpem.Cic.Me autore & principe, ad ſpem libertatis exarſimus. Teneri ſpe.Fã.5. Ponere ſpem. Fam.9. Ponere in ſpe. ad Att.3. Spem conſtituere. Cic. Tanta in eo ſpes reipub. bene gerendæ conſtituebatur. Spem collocare.Cic.In quibus magnam ſpem maiores natu dignitatis ſuæ collocarãt. Pendere ſpe. Cic. Quæ ſpe exigua,extremaq; pendent. Spe niti.ad Att. 2. Sequi ſpem.Fã.9. Inflari ſpe, in Piſon. Spem reſidere in aliquo.Cic.Etiam nunc reſidet ſpes in uirtute tua. Augere ſpem.Cic. Auxerat autem meã ſpem,&c. Alere.in Catil.Orat.1. Confirmare. Fam.3. Deuorare ſpe.ad Att.1, Incubare ſpe. pro Cluent. Spem inueteraſcere.Fam.14. Spem cõcidere.in Catil.Orat. 3. Extenuare ſpem. ad Att.2. Debilitare.Philip.7. Infringere. in Brut. Præcidere,uel Incidere. in Verr. Act.3. Remorari. Cic.Et ſcio te me iis epiſtolis,et meas ſpes ſolitum eſſe remorari. Eripere. in Catilin. Orat. 4. Adimere.Cic.Spem deditionis nõ ademit,obſideſq; imperauit. Tollere.ad Att.2. Auferre.Cic.Oris enim pulchritudo, reliqui corporis imitandi ſpem auferebat. Deturbare de ſpe,uel ex ſpe.Fam.5. & 12. Auertere à ſpe.pro Mur. Decidere de ſpe. Terent. Me miſerum, quãta de ſpe decidi? Orbari ſpe. Fam. 6. Spem abii-

cere. Fam. 11. Spe carere. Fam. 6. Redintegrare ſpem. Cæſ. de bell. Gall. lib. 7. Spem aliquem fruſtrari. Cic. Vt ſi Syriæ ſpes cũ fruſtrata eſſet, conſcenderet in naues. Fallere ſpem. Fã. 1. Sperare. de Amic. Vincere. Cic. Salluſtius officio uincet omnes ſpes.

Splendor,

Propriè eſt rei ſplendentis claritas, ſed per translationem nominis claritatem & celebritatem ſignificat. Vnde Splendor nominis, familiæ, uitæ: id eſt, amplitudo, gloria, uitæ decus. Fam. 1. inde, Eſſe in ſplendore. Fam. 11. Splendorem habere. in Brut. Obtinere. pro Sylla. Maculare. pro Seſt. Deformare. pro Syll. Delere. Off. 2. Obſolere. pro Qu. Splendore obrui. de Fin. 3.

Spolia

Dicuntur exuuiæ, uel quicquid ab hoſtibus, uel ab alijs detrahitur. Off. 2. & Spoliare, eſt detrahere, uel eripere. Quod uerbum militare eſſe uolunt. Et ponitur cũ accuſatiuo & ablatiuo, ut ſit Spoliare aliquem re aliqua. Translationem interdũ habet, ut Spoliare dignitate, Spoliare artem ſuo ornatu, Spoliare uoce erudita, Spoliare mentem ſanitate, & ſimilia. in Verr. Act. 6. & Off. 2. Spoliatio. Philip. 2.

Sponte,

Ferè ſemper adiectiuum habet, hoc modo: Mea ſponte, Tua ſponte, Sua ſponte: uel, Meapte ſpõte, Tuapte ſponte,

te, Suapte sponte. Vel sic interdum sine substantiuo, Meapte, tuapte, suapte, ubi Spōte intelligitur. Fam. 6. Sponte extra personā, id est, per se. Fam. 7. Suapte. ad Att. 6.

Stare,

Sub certa consistendi & manendi significatione multa designat. Principio pro stantem & erectum esse ponitur, id uero dupliciter. interdum enim de persona est, interdum extra personā. Ad personam relatū. pro Syll. Extra personā. Off. 2. Stare etiam dicitur, qui in prælio non fugit. Tusc. 2. Stare, pro non mutari, & in sententia manere. ad Brut. Stare porrò dicitur, quod manet, & ad multum tempus durat. de Leg. 1. Stat præterea, quicquid non labefactatum est, aut ita impulsum, ut de gradu suo deijciatur: id est, ut dignitatem suam amittat. Qui loquendi modus tam ad res, quàm ad personas pertinet. Fam. 1. & 6. Stare animis inde, id est, animū non abijcere, uel despondere, & hac saltem parte integrū esse, & saluum. ad Att. 5. Stare fabulam. Terent. in Hecyr. Stare pro pugnare, uel aduersari. in Brut. Stare à, pro consentire, fauere, uel defendere. in Brut. Stare cum aliquo, de Inuent. 2. Item dicimus, Stare re aliqua, uel in re aliqua: quod significat manere, obtemperare, assentiri, fidem habere, hærere, uel persistere. Quem loquendi modum efferimus per ablatiuum sine præpositione. Off. 1. Aut cum præpositione. ad Att. 2. Stare, pro certum, uel deliberatū esse. Quod ponitur interdum

dum impersonaliter, interdũ uero personaliter. Fam.9. Stare per aliquem, est aliquem esse in causa. Terent. Si poterit fieri, ut ne pater per me stetisse credat, quo minus hæ fierẽt nuptiæ. à Stare fit Status, quod nomen pro fortunæ conditione, ordine, loco, casuq; ponitur. Status corporis, uel statuæ. ad Att.6. Causarum. Tusc.3. Conditionis. Fam.1. Statum collocare. ad Brut. Statum fundare. Cic. Reipub. statum illum, quem tu meo consilio, ego diuino confirmatum putabam, qui bonorum omnium cõiunctione, & autoritate consulatus mei fixus & fundatus uidebatur: nisi quis nos deus respexerit, elapsum esse scito de manibus, uno hoc iudicio. Statum esse. Fam.1. & 4. Collocare in statu. ad Heren.4. Peruenire in statum. ad Att.9. Statũ esse. de Arusp. Resp. Esse in statu. ad Att.11. Statum tenere, obtinere, uel retinere. Fam.4. & 6. Statũ tueri. Fam.9. Manere, uel consistere in statu. de Nat. Deor.1. Statum labefactare. Cic. in Catil. Statum conuertere. pro Dom. sua. Statum conuellere. in Pison. Deterrere de statu. Fam.11. Conuellere de statu. ad Att.8. Dimouere de, uel ex statu. pro Cecin. De statu deducere. in Verr. Act.4. De statu deijcere. in Brut. Recedere, uel discedere de statu. ad Att.1. De statu suo declinare. de Pro. Cõs. Concidere ex statu. ad Att.3. Statum amittere. ad Att.10. In statum restituere. in Verr. Act.2. & Stare, uel Constare, pro conuenire, uel certum esse. ad Att.2.

Statores,

Sunt apparitores, qui homines in iudicio sistũt. Etiam *sunt nuncij, uel tabellarij.* Fam. 2. Inde Iupiter *stator, eo quod fecit stare* Romanos *in fugam à* Latinis *uersos. & Status aliquando pro solenni ponitur, sed liberioris est significati.* Off. 1.

Statuere,

Pro *deliberare, uel putare, & iudicare, & ponitur uel absolutè.* de Orat. 1. *Vel cum accusatiuo.* Fam. 2. *Vel cum præpositione* De. Fam. 1. *uel* Ex. Fam. 5. *Interdum est collocare, ponere, uel firmare, aut dedicare: ut statuere statuam, statuere trophæum, statuere tumulum, statuere machinas.* in Verr. Act. 4. *Etiam ponitur pro ordinare.* pro Sest. *Statuere etiã ponitur pro constituere, ut Statuere precium, Statuere modum, Statuere finem.* pro Syll. *Statuere exemplum. Significat etiã infligere, uel illidere in terram.* Terent. in Adelph. A *Statuo fit Statutum adiectiuum, quod idem est quod statum.* pro Mil. *Statutum esse alicui.* Cic. Quamobrem *statutum est mihi atq; decretũ. Statutũ habere.* Fã. 3.

Stimulare,

Interdum est sollicitum habere. pro Ros. Amer. *Est etiam excitare.* Fam. 3. *Stimulator.* Vide in Concitatore. *Stimulus non semper est quo uel asinus agitur, uel aliquid fodimus.* Philip. 2. *Sed pro incitatione ponitur.* Fam. 1.

Fam.1. inde Stimulum admouere. pro Sestio.

Stomachus,

Propriè est fistula, per quam cibus descēdit, quæ aliàs dicitur gula, siue guttur. de Nat. Deor.2. Ponitur etiā à Medicis pro uētriculo, id est, receptaculo ciborū. Iuuen. Si stomachus domini feruet, uinoq;, ciboq;. Dicimus etiam, Res hæc non est tui stomachi: id est, tibi satisfacere non potest. Fam. 7. Aliquando ponitur pro indignatione. ad Qu. Frat. inde Facere stomachū. Fam.1. Mouere. ad Att.6. Stomacho esse. ad Att.5. Stomachum habere. Cic. Nec tam animum me, quàm stomachum habere arbitrantur. Stomachum erumpere in aliquem. ad Att. 16. & Stomachari, pro indignari ponitur. Absolutè. Fam.10. Vel cum accusatiuo. ad Att. 14. Vel cum præpositione. de Orat.2.

Studere,

Cum accusatiuo, significat aliquid omni animi impetu cupere, & cū singulari effectus desiderio persequi. Fam. 6. Aliquando cū datiuo, cum extra personā est. Fam.6. Vel cū datiuo, quando de persona est. ad Att.8. Aliquando cum uerbo ponitur. Fam.13. inde Studiosus, ad rem omnē, cuius amore teneamur, aptè trāsferri potest. Fam. 6. & 12. & Studium, est dedita opera uoluntatis hominis, attentior atq; impensior. Fam.5. inde Studiū dare. Famil.4. Collocare. ad Qu. Frat. Consumere. Fam.6. Restinguere. Philip.13. Studium significa-

re.

re.Fam.3. Extare.Fam.5. Cōstare.Fam.10. Conferre.Fam.7. Ponere.Fam.13. Præstare.Fam.2. Nauare.Cic.Tibiq; omnes fortes uiri nauare studium & operam uolunt. Studia remanere erga aliquem. Cic. Tum uero remanere etiam nunc in ciuitate nostra studia propè omnium consensu, erga fortes & industrios uiros. Studia amittere.ad Att.2. Impedire.Fam.1. Detrahere de studio.Fam.3. Studiū restinguere.Philip.13. Studia prætermittere.Cic. Quod autē grata tibi esse mea erga te studia scribis, facis tu quidem abundantia quadā amoris, ut etiam grata sint ea, quæ prætermitti sine nefario scelere non possint. Studia deponere. pro Mur. & Studium cōmuniter uehemens est applicatio animi ad aliquid peragēdum. Aliquando pro exercitatione est, ut cum dicimus Studia literarum. Aliquando pro diligentia & opera, ut magno studio mādata tua curat. Aliquādo pro desiderio, fauore, uolūtate, amore: unde fit Studiosus.Fam.12.& 10. Absolutè autem cum genitiuo iungitur.Famil. 6.& 9. Inde dicimus Studium conciliare.Fam.2. Studio assequi, uel consequi.Fam.13. Studia habere.Fam.3. Studia expectare ab aliquo.Fam.1. Studio incendi. Cic. Qui ab ineunte ætate incensus essem studio utriusq; uestrū. Studio teneri. ad Att.1. Studio efferri. de Senect. Habere studio. Terent. Dij uestram fidem, utrum studio id sibi habeat, an laudi putat fore, si perdiderit gnatum? Esse studio alicuius, id est, teneri.

teri. ad Qu. Frat. *Esse studio in aliquem. Fam. 14.* *Studiũ profiteri. Fam. 5.* *Studiũ dicare. Fã. 2.* *Declarare. Cic. Vbi studia sua erga fortes & bonos ciues, quæ uultu & uerbis sæpe significassent, re & sententijs declararem.* *Studium excitare. de Diuinat. 2.* *Studijs teneri. Fã. 7.* *Studio flagrare, uel ardere. pro Mur.* *Et alibi: Ardeo studio historiæ.* *Cõferre se ad studia. pro Archia poëta.* *Studio incumbere. pro Deiot.* *Studijs deditus. de Fato.* *Studia colere, uel celebrare. Cic. Cum ijs artibus, studijsq; quæ colimus.* *Studia exercere. Fam. 9.* *Ad uel In studia incumbere. ad Att. 2.* *Studiũ adhibere. in Bruto.* *Studium ponere. de Orat. 2.* *Studio affluere, uel abũdare. de Orat. 1.* *Studia ingrauescere, id est, augeri. Fam. 4.* *Studia uigere. de Orat. 1.* *Studium frangere. Fam. 6.* *A studio abducere. Fam. 4.* *Studia restinguere. Cic. Nec ipse Aristoteles admirabili quadam scientia & copia cæterorum studia restinxit.* *Studia remittere. in Bruto.* *Studia intermittere. Ibidẽ.* *Studia omittere. de Inuent. 1.* *Studia deserere. de Fato.* *Studia silere, uel obsolescere. Cic. Omnia denique bonarum artium studia siluerũt.* *Referre se ad studia. Fam. 1.* *Studia repetere. de Fato.* *Studia recolere. pro Archia. poëta.* *Studia renouare. in Brut.* &
Studiosus propriè is dicitur, cui aliquis, uel res aliqua in studio est. tamen nonnihil etiam proprij in re literaria habet, idq; eo magis quod extra rem literariam nũquam

sine

sine genitiuo ponitur. In re uero literaria, uel cum casu: Fam.4. Vel sine casu ponitur. Acad.2. Studiose, est cupidè & intento animo, pro quo Latini aliquãdo ponũt studio, in ablatiuo. pro Rosc. Amer.

Suadere,

Vel datiuum solum. Fam.2. Vel datiuum & accusatiuum habet. ad Att.15.

Suauis,

Idem est quod charus, & iucundus: nisi quod interdũ lenem, & singulari morũ facilitate præditum significat: & Suaue. Fam.8. Sed hoc usq; eo suaue est, quod si acciderit, tota uita risus nobis deesse non poterit.

Subdubitare,

Interdum idem quod dubitare, interdum minus significat: hoc est, nonnihil ambiguũ esse. Cic. Mihi significabãt literæ tuæ, subdubitare te, qua essem erga illũ uolũtate.

Subleuare,

Est opem ferre. ductum uerbũ ab ijs, qui cum abiecti sint, eriguntur & tolluntur propriè. Cic. Subleuare mentum sinistra. Translatè. Fam.5.

Subscribere,

Multiplici est usu, sed una ferè semper significatione. Est enim sub aliam scripturam alia quæpiam subscribere, quod in more positũ fuit apud ueteres, in delationibus scilicet et accusationibus, cũ accusatoribus alij quasi coaccusatores

ſatores nomen ſuum in reum ſubſcribebãt,qui Subſcripto res dicebantur. ad Att.9. Remotior huius uerbi uſus cum accuſatiuo,aut cum præpoſitione In, aut cum datiuo, reperitur. Dicitur enim Subſcriptor,in aliquẽ ſubſcribe re,uel cauſam ſubſcribere,uel cauſæ ſubſcribere. ad Att.2. Subſcribere uerò cauſæ dici id poteſt,quod adiũgere cauſæ nunc dicunt, quod & In cauſam deſcendere dicebatur. ad Att.8. inde Subſcribere, pro aſſentiri & fauere ponitur. & Subſcriptores tradit Pædianus eòs eſſe appellatos cauſidicos, qui adiuuare accuſatorem poterant: quos oportebat ſummißius agere, quàm eum quem ſequebantur. Hij etiam Cuſtodes appellabantur, ob id enim ipſi dabantur,ne accuſatori corrupto facilè liceret præuaricari. in Verr. Act.1. Subſcriptio & in cauſis & extra cauſam uerſatur. ad Att.6. in Verr. Act.1.

Subſellia,

Sunt tribunorum,triumuirorum,quæſtorum, & huiuſmodi minora iudicia exercentium, qui nõ in ſellis curulibus,nec tribunalibus,ſed in ſubſellijs cõſidebãt. Erãt & ſubſellia iudicum,id eſt,eorum qui publicis iudicijs diſceptandis operam dabant. pro Cluẽt. Subſellia quoq; pro forenſi exercitatione ponuntur. Fam.13.

Subſidere,

Et ſecundæ & tertiæ coniugationis eſt, quemadmodũ & Cõſidere,& Reſidere. Cic. Itaq; ſubſedi in ipſa uia dum

dum hæc, quæ longiorem desiderant orationem, summatim tibi perscriberem. inde Subsidium deductum uidetur: & est ultima acies, quæ ad extremum discrimen succenturiata est: uel quod post positum est, ad subueniendũ laborantibus. Vnde fit, ut Subsidium sit auxilium, & opitulatio ad extremum penè casum seruata. Cæs. Cæsar subsidia ad omnes casus parabat. inde Subsidium parare, uel comparare. Fam. 9. Subsidium inuocare. Cic. Sociorum inuocem subsidium, cum à ciuibus interclusum sit præsidium? Subsidio uenire, uel ire. ad Att. 6. & 8. Subsidio occurrere. Cæs. de bell. Afr. lib. 5.

Subsistere,

Vulgaris est significationis. Cæs. Audacius subsistere nõnunquã, et nouißimo agmine prælio nostros lacessere.

Subtrahere,

Est auferre, uel subducere. Off. 3. Qui si occiderit, multa de communi utilitate subtraxerit.

Subterfugere,

Idem quod effugere, & elabi est. Cic. Syllani temporis acerbitatem, deorum immortalium benignitate subterfugerunt.

Subuenire,

In subsidium uenire proprie est, & succurrere. Fam. 10. Subueni patriæ, opitulare collegæ, &c.

Succurrere,

Succurrere,

Pro subuenire. Cic. Vt, si durius esset aliquid, succurrere celeriter possem. Aliquando pro in mentem uenire. Fam. 16.

Suffragari,

Est suffragium ferre. Atq; tametsi suffragium in magistratuum petitionibus conueniat, neq; fere ad alias res pertineat: suffragari tamen latè patet, ac rei omni aptum est, cui seruire, & propitij esse uelimus. Fam. 10. et Off. 1. inde Suffragatio, est ipsa uoluntatum & animorum declaratio, qua propitia de aliquo suffragia ferimus. Fam. 2. & Suffragia uoces erant, quæ ferebantur in magistratibus eligendis, describebantur etiã in tabellis. contra Rull. inde Suffragia eblandita, uel enucleatã. Et Suffragium eblanditum ab enucleato differt, quod alterum summo iure & æquitate, scilicet pro personæ uirtute & dignitate fertur: alterum uel gratia, uel munere eblandiuntur. pro Planc. Suffragijs rem p ermittere. Cæs. de bell. Gall. 7. Suffragia inire, est suffragium ferre. pro Sest. Ferre. Fam. 11.

Sum, Esse,

Obseruabis, Esse aliquem dici, pro aliquo numero, uel statu esse. ad Att. 2. Esse aliquid. ad Att. 4. Eundẽ esse dicunt Latini, qui cum aliquis uel aliquid fuit, de statu non conuulsus, aut deiectus est. ad Att. 1. Contrariũ est,

Nihil esse, pro nullo numero, nullo statu, nulla autoritate esse. ad Att.1. *Item dicimus,* Quicunq; *sum, quod ponitur pro* Quocunq; *numero sum, uel quicquid possum.* in Bruto. Quis *sum, pro quid sum.* de Amic. Quid *essem? genus est loquendi, molestiã, casum, calamitatemq́; in memoriam redigentis.* ad Qu. Frat. Qui? *Ita solent loqui* Latini, *non sine summa elegantia & uenustate.* Cic. Qui *uir & quantus fuisses?* Vel, Qui *homo, qui ciuis?*

Summa,

Genus, uel caput, uel numerum, uel constitutionem significat, uel collectionem: ut, sentẽtiæ alicuius summa. Famil.7. Extra rem nummariam dicimus, *Summa reip. Summam cogitationum suarum facere, Summam habere orationis,* In summa, Ad summam. *& Summa dicitur pro eo, quod dicunt cõclusionem, uel principale.* Fam.6.et 13.

Summus,

Dicitur maximus, uel amplißimus, & uel propriè ponitur. de Finib.3. Vel *trãslatè: & pertinet tã ad personas, quàm ad res.* Et *cũ ad personas pertinet, maximè tũ pro singulari, uel perfecto ponitur.* de Orat.1. Et *cum ad res spectat nullo modo à proxima significatione abhorret.* de Orat.2. *Summum, uel ad summam, pro eo quod uulgus dicit, ad plus, uel ad maius. Huiusmodi autẽ locutionibus utimur in dinumeratione, uel in tẽpore, spatio'ue præfiniendo.* ad Att.12. *inde* Ad *summam dicimus.* Fam.2. *Similes loquendi modi sunt,* Plurimũ, *uel*

Vt

Vt plurimum, uel maximè. Cic. Vt plurimũ ualet et fides.

Supereſſe.

Si ad perſonam refertur, ſignificat adhuc uiuũ eſſe: id quod in alijs rebus inanimatis dicimus Extare. *Virgilius ſupereſſe pro uincere, aut ſuperiorem eſſe ponit, his uerbis:* Ferrea, *quæ blando nequeant ſupereſſe labori: id eſt, laborem uincere.* Ponit idem pro durare: *Primus ego in patriam, mecũ modo uita ſuperſit.* Latini *pro reſtare, uel liquidum eſſe ponũt, aut pro abundare.* Refertur etiã *ad perſonam, uel ad res. Ad perſonam relatum, pro reliquum eſſe.* pro Marcel. Ad res. Fam. 13. *inde* Super*ſtes dicitur, uel qui mortuo ſupereſt, uel qui ſaluus eſt, uel præſens, & ad perſonam pertinet.* Fam. 6. & 9.

Superfluere,

Eſt redundare, uel affluere. Cic. *Redundantes nos, & ſuperfluentes iuuenili quadam licentia reprimeret.*

Superior.

Cic. *Spero ſuperiores fore nos.* De hoc tamẽ etiã alibi.

Superſedere,

Eſt omittere, uel ceſſare, & ablatiuum regit. Fam. 4. *Paßiuè poſitum.* ad Heren. 2.

Suppeditare,

Vel actiuum eſt uerbum, uel neutrum. Et *cum actiuũ eſt, ſignificat ſubminiſtrare, uel ſufficere.* In *actiuo uero uſu præcipuam elegantiam habet, cum paßiuum eſt.* Et

interdum datiuum solum habet, subintellecto accusatiuo: interdum accusatiuum & datiuum: interdum datiuum & ablatiuum, interposita praepositione De, ut suppeditare alicui de re aliqua. Fam.5.& ad Att.14. Passiuae significationis, cum nos re aliqua suppeditari dicimus. Fa. 5.& 7.& ad Att.14. Cum neutrum est, suppetere uel non deesse designat, Off.3. inde Suppeditatio. de Natura Deorum.1.

Suppetere,

Significat in promptu esse. Et in tertia tantum persona uel singulari, uel plurali ponitur, aut infinitiuum est. Fam.15. Porrò Suppetiae, & Suppetias, à suppeto ueniunt, & his tantum duobus casibus utimur. Plaut. Quicquid ego malefeci, auxilia mihi, & suppetiae sunt domi. inde Suppetias ferre. Plaut. Non metuo quin meae uxori latae suppetiae sient. Suppetias ire, uenire, uel proficisci. Caesar: Atq; suis fugientibus suppetias ire contendit. Suppetias mittere. Caes. Turmis suorum suppetias mittit.

Supplicium

Posuere antiqui pro supplicationibus, & uotis, quae à populo fiunt in rerum turba, periculoq; instante. Varro: Boues ad uictimas faciunt, atq; ad deorum supplicia. Aliã habet significationem, dum pro poena sumitur. Philip.4. Supplicium constituere. pro Rosc. Amer. Supplicium exquirere, excogitare, inuenire. Off.3. Supplicium irrogare. Ascon. Paed. Est enim locus de supplicijs irrogatis.

tis. Supplicium adferre. Cic. Quæ crux huic fugitiuo potest satis consilij adferre? Ad suppliciũ rapi, uel trahi. de Orat. 2. Supplicio afficere. in Pison. Supplicio coërcere. Cic. in Catil. Supplicio constringere. de Orat. 1. Supplicium inhibere, id est, adhibere, uel adferre. Philip. 13. Supplicio addicere. in orat. Ante exil. Ad supplicium deprimere. Item, Supplicium sumere. in Verr. Act. 4. Supplicium subire. Cic. Nihil adfertur, quo minus summa supplicia subeunda nobis sint. Supplicium dare, pro pœnas dare, à Comicis dicitur. Supplicium ferre. ad Att. 8.

Suſpenſus,

Translatè pro dubius, & incertus ponitur. Cic. Animosq; nouarum rerum expectatione suspensos, ad ueteris imperij beneuolentiam traducerem. Item alibi: Omnia enim erant suspensa propter expectationem legatorum.

Suſpicari,

Est suspicionem habere, suspicionem ducere, uel suspicione assequi: aut putare, uel arbitrari, ubi extra suspicionem esse uidetur. Ponitur autem suspicari absolutè. Fam. 1. Vel cum accusatiuo. pro Cluent. Vel cum præpositione De. ad Att. 15. Suspicari pro putare. Fam. 3. Suspiciosus actiuæ et paßiuæ significationis est: diciturq; Suspiciosus, qui multis distrahitur suspicionibus. Et est Suspiciosum, ex quo suspicio facilè duci potest. Actiuè. pro Flac. Paßiuè. pro Cluent. inde Suspiciosè sæpius in

paßiua, quàm actiua significatione accipitur. pro Deiot. et Suspectus ille dicitur, in quo subest suspicio rei alicuius, quod & paßiuum est. Fam. 2. *inde Suspicio, uulgo coniectura est, uel scrupulus, uel sciētia incerta. poniturq; tā actiuè, quàm paßiuè.* Fam. 1. *Suspicionem mouere, uel commouere.* Fam. 2. *Suspicionem excitare.* Cic. *Hanc ei suspicionem alij literis mittendis, alij ipsi coràm excitarunt. Suspicionē adferre.* ad Att. 7. *Suspicionē inferre.* Cæs. de bel. Ciuil. 3. *Suspicionem importare.* Famil. 16. *Suspicionem dare.* Fam. 3. *Dare locum, uel materiam suspicioni.* Philip. 11. *Suspicionē facere, uel efficere.* pro Flac. *Suspicionem inijcere.* pro Cluent. *Suspicionem constituere.* in Verr. Act. 2. *Suspicionem nasci.* Fam. 3. *Suspicionem increpare, id est, oriri, uel increbrescere.* pro Mur. *Suspicionem esse.* Fam. 15. *Vocare in suspicionem.* pro Cluent. *In suspicionem adducere.* ad Att. 2. *Suspicionem cōferre in aliquem.* pro Cluent. *Suspicionem iácere.* pro Flac. *Suspicione attingere: idq; in duplici significatione. attingimus enim suspicione, quod suspicione consequimur.* de Nat. Deor. 3. *alia, suspicionem in aliquem conferre.* ad Att. 2. *Suspicione perstringere.* Cic. *Nemo unquam me tenuißima suspicione perstrinxit, quem non præuerterim. In suspicione ponere.* pro Cluent. *In suspicionem uenire paßiuè ponitur. Venit enim nobis in suspicionem rei alicuius, uel de re aliqua, de quibus nobis commouetur & excitatur*

citatur suspicio. Philip.1. In suspicionem cadere, est uenire. Philip.2. In suspicionem incidere. pro Mil. Suspicionem cadere in aliquem. ad Att.13. Suspicionis affinis. pro Syll. Suspicionem recipere, est suspicionis affinem esse. pro Planc. Suspicionem in aliquo consistere. pro Cluent. Suspicionē in aliquo residere. ad Qu. Frat. Suspicionem ad aliquem pertinere. pro Cluent. Suspicionem conuenire in aliquem. pro Rosc. Amer. Suspicionem habere. Habet enim res suspicionem, in qua suspicio consistit, uel ex qua suspicio nascitur, quod totum passiuum est. de Orat.2. Suspicionem habere, pro suspicari. ad Att.8. Suspicionem ducere. de Inuent.2. Suspicionem trahere. Ibid. Suspicionem alicui incidere. Terent. Nam qui isthæc tibi incidit suspicio? Suspicione perculsus, id est, Suspicionem habere. Cic. Hac suspicione sum perculsus. Suspicionē alicui insidere. ad Att. 1. Suspicionem augere, uel confirmare. Fam.1. Suspicionem minuere. Cic. Ego ut minuerem suspicionē profectionis, aut cogitationis meæ, profectus sum in Pōpeianum. Suspicionem extenuare. ad Heren.2. Suspicionem fugere. ad Att.8. Suspicionem uitare. Philip. 1. Suspicionem depellere. Philip.12. Suspicionem propulsare. in Verr. Act.5. Suspicionē dimouere. Cic. Si illud queror, expurgare, suspicionem dimouere, crimē diluere non licere. Suspicionem remouere. in Verr. Act.6. Suspicionem tollere. Cic. Sustulisti hanc suspi-

cionem, &c. Suspicionem delere. pro Rosc. Amer. Suspicione liberare. Fam. 1. Ex suspicione uendicare, pro Syll. Suspicione elabi. in Verr. Act. 3. A suspicione remotus. Cic. Hominem quietissimum, & ab omni non modo facinore, uerum minimi errati suspicione remotissimum. Abhorrere à suspicione, id est, remotũ esse. pro Cæl. A suspicione abesse. Ibidẽ. Suspicione carere. Cic. Fuit in ea parte Italiæ, quæ maxĩe à suspicione caruit. A suspicione remotus, id est, non suspicans. Fam. 10. Suspicionem deponere. Fam. 13. Suspicionem abesse. Cæsar de bel. Gall. 1.

Sustentare, Sustinere,

Est consolari, recreare, uel reficere: aut sustinere, & tueri, uel alleuare. Et aliam pulchram significationẽ habet, cum ponitur pro differre, uel prolatare. Cic. Quorũ opibus casus meos sustentabam. & Sustinere, uel Sustentare, tam ad personam afflictam, quàm ad res conuulsas, casuq; aliquo labefactatas conuertitur. Dicimur enim nos sustinere, cum nos, casusq; nostros spe aliqua felicioris fortunæ consolamur, & calamitatum nostrarum acerbitatem constantia animi delinimus. Sustinent item milites militum impetus. Sustinemus quoq; ea, quæ nobis ab amicis imponuntur. Sustinere etiam interdum ferre est, interdum ponitur pro iuuare. ad Att. 2.

TABEL-

TABELLARIVS



EST, *cui literas perferendas committimus.* Fam.15. *Inde dicimus* Tabellarios *subministrare uel præbere. ad* Qu.Frat. *Deprædedere.* Fam.12. *Excutere. Asinius* Cic. *Sexcẽtis enim locis excutiuntur, deinde etiam retinentur à* Lepido *tabellarij.* Scrutari. Fam.10. *Mittere, uel remittere.* Fam.2.& 14.

Taberna,

Pro omni ædificio ponitur, quod est commodum & utile ad habitandum, ex eo quod taberna tabulis claudatur, siue cooperiatur, diciturq; Taberna, *quasi trabea, à ualidioribus scilicet trabibus, quibus superiora sunt suspensa.* Tabernam *ab* Officina *sic distinguunt, ut* Taberna *sit, ubi opera ipsa, cæteraeq; merces uenditãtur:* Officina, *ubi fiũt opera. inde,* Vinaria taberna, *olearia, lanaria, etc.* Meritoriam *tabernam pro diuersorio accipimus, atq; hospitio mercenario, quò cuiq; introire licet danti mercedẽ.* Philip.2. *Tabernarius, qui in taberna uẽditat. pro* Flac.

Tabernaculum,

Tectum castrense esse tradunt, quod ut libet moueri potest, & ubiuis collocari. ad Att.5.

Tabulæ domesticæ.

Instituti fuit prisci, unumquenq; sibi de domestica ra-

tione tabulas facere, in quibus appareret, quid quisque de reditibus suis, quid de arte, fœnore, lucro' ue seposuisset, quo' ue die & quid item sumptus fecisset. in Verr. Act.2. *Vide etiam* Budæum *hac de re.*

Tacere.

Cic.*Dicere fortasse, quæ sentias, non licet, tacere planè licet.* Tacere *pro securum esse. nam qui securi sunt, nullam causam querelæ aut expostulationis habēt.* Terent. *Tace modo, ac sequere. Tacitū ferre.ad* Att.7. *inde* Tacitus *actiuè & passiuè ponitur. pro* Marcel. & Plaut. *Suspendas potius me, quàm tacita hæc auferas. Atq; hinc* Taciturnitas. Fam.1.

Tædere,

Est tædio affici, & accusatiuum habet, uel accusatiuū cum genitiuo, aut cum infinitiuo alius uerbi. Fam.7.

Tametsi

Eiusdem est usus cum Etsi, *quamuis, &c. nam indicatiuum etiam poscit in principio orationis.* Fam.3. *Meum studium erga te & officium, tametsi multis iam rebus spero tibi esse cognitum, &c. Atq; hic usus satis est frequens. De altero autem admonendum, particulam hāc uel in media sententia, uel post sententiæ finem poni, nunquam tamen aliunde pendentem, sed sensu suo integram & constantem.* Terent. *in* And. *Obtundis, tametsi intelligo.* Et *alibi:* Memini *tametsi nullus moneas.* Et *rursum alibi:* Me-

tuit

uit hic nos, tametsi dissimulat. sic Cic. *in* Verr. *Act.* 6. & *pro* Rosc. *Amer.*

Tangere.

Tãgimus propriè, quæ manu tractamus, aut quæ parte aliqua corporis præmimus. pro Cecin. *Dicimus etiã in historijs, uel in re alia scribenda,* Modicè *hoc tetigi, uel in transcursu hoc tangam. de* Orat. 2. *Ponitur etiã pro commouere, uel sollicitum habere.* Cic. *Quæ mihi proponuntur, modicè me tangunt. Dicimus etiam:* Bouillæ *uiam* Appiam *tangebant: id est, continentes erant uiæ* Appiæ, *uel uilla mea uiam tangit. Item est peruenire.* Fam. 8. *Est etiam* Tangere, *quasi in transcursu, uel leuiter declarere. pro* Rosc. *Amer. Aliquando pro mouere.* Tangunt *enim ea nos, quæ scilicet nos mouent, & aliquo modo lædũt. ad* Att. 2. *Aliquãdo pro perturbare, ad* Att. 2.

Tandiu,

Id est, usq; eò, uel tam longo tempore. Et ponitur uel absolutè. Fam. 2. *Vel cum* Quandiu. Fam. 12. *Vel cum* Dum. Fam. 9. *Vel cum* Quàm. *in* Brut.

Tantopere,

Significat tanto studio, tanta cupiditate, tanto labore, tanto conatu, tam: uel significationem assumit pro uoce, cui adiungitur. Cic. *Istud nescio quid, quod tantopere didicisti, præclarum aliquid esse arbitrere.*

Tardare,

Interdum est retinere, uel moram & tarditatem afferre, aut

re, aut tardum efficere. Et cum casum habet, interdum est cunctari, indormire: uel differre, & tunc sine casu est. Cũ casu positum hoc uerbũ significat retardare. & aliquando ad animum, uel ad alia transfertur, & tunc maxime pro tardum efficere est, pro retinere uel impedire. Fam. 7. Pro tardum efficere. in Verr. Act. 4. Tardare à re aliqua. pro Cecin. Sine casu. ad Att. 6. inde Tardus, significat longum, cunctatorem, serum, remissum, hebetem, parum efficacem. cui cõtraria sunt hæc nomina, citus, celer, incitatus, expeditus, uelox. Pertinet tam ad res, quàm ad personas. Off. 1. & pro Cecin. Tarditas, est cunctatio uel mora, cui opponitur celeritas. Fam. 1. Tarditatem adferre. Philip. 11. Tarditatem corrigere. ad Qu. Frat. Tardè. Fam. 2.

Tegere,

Est operire, uel celare. Sed quoniã quæ facta sunt pro defensis habentur, loquendi usus apud Latinos obtinuit, ut tegere pro defendere sæpe poni soleat. Fam. 3. & 13.

Tempestas,

Pro tempore ponitur. de Diuinat. 1. inde Tempestiuum conuiuium. de Senect. & Tempestiuitas à Latinis ponitur pro certa quadam & idonea, uel commoda temporis ratione, natura, aut cursu, aut statu. de Senect. A tempestate fit Tempestiuum, uel Intempestiuum. Tempestiuum est, quod opportunè fit, & suo tempore. Intempestiuum, quod contra fit. Ponitur sine casu.

Off. 2.

Off.2. Vel cum datiuo. de Nat.Deor.2. Vel cũ Ad. in Tusc. Tẽpestiuè. de Nat.Deor.2. Intempestiuus est præposterus. de Amic. Intempestiuè. Fam.1. Aliquãdo pro motu et perturbatione trãslatè ponitur. Fã.4.

Tempus.

Duo maximè significat. Interdũ enim pro capitis parte ponitur. ad Heren.4. Interdum pro die, ætate, memoria, tempestate, spacio. Fam.1. Tempus antelucanũ uel matutinũ. Fam. 7. Tempus uespertinum. de Nat. deor.2. Temporis usura. Fam.3. Temporis breuitas, uel angustiæ. Fam.16. Tẽporis natura. Fam.6. Temporis cursus uel decursus. Fam.3. Tẽporis forma, imago, ratio, status. Fam.1. et 2. Temporis uarietas. Fam. 13. Temporis inclinatio, uel mutatio. Fam.4. Temporis motus uel perturbatio. Fam.5. Temporũ uitia. Fam.4. Tempus dubium, formidolosum, suspiciosum. Fam.1. Tempus turbulentum uel cæcum. Fam.2. Tempus triste & luctuosum. Fam.4. Temporis tristitia. Fam.3. Tempus difficile. Fam.10. Tempus durum uel asperũ, atrox. pro Dom. sua. Tempus graue. pro Sestio. Tẽporis acerbitas, calamitas, atrocitas, uel iniquitas, uel inuidia, aut iniuria. Fam.13. Tempus miserum, perditum, extremum. Fam.4.10.15. Tẽpus absolutè positũ, pro periculo. pro Sestio. et Off.3. Tẽpus quietum, tranquillum, optimũ. Fam.9. Tẽporis tranquillitas. ad Att.1. Tempus liberum uel uacuũ. Fam.5.

Tempus commodum uel opportunum. Fam.2. *Temporis opportunitas.* Fam.3. *Tempus idoneum.* Fam.1. *Tempus alienum, absurdū, aduersum.* Fam.3. *Varij modi loquendi sequuntur.* *Id temporis, pro eo tempore, uel illo tempore.* Liuius: *Vt purgaret se, quod id tēporis uenisset.* *Per id uel idem tempus, uel temporis.* ad Heren.1. *Ad tempus interdū est pro tempore constituto.* ad Att.13. *Pro breui tēporis spatio.* Off.1. *Pro commodè,* Fam.6. *Pro re nata, uel ut tēporis ratio postulat.* Fam.10. *Per tēpus, id est, opportunè.* Terent. *Per tempus hic uenit miles.* *Ante tempus.* de Orat.2. *Post tempus.* Plaut. *Sero post tempus uenis.* *Vno tempore.* Cic. *Multas uno tēpore accepi epistolas tuas.* *Suo tempore.* Cic. *Scādilius rem se totam relicturum dicit; & suo tempore esse rediturum.* *In tempore, id est, opportunè, commodè.* Famil.11. *Loco, uel in loco, pro in tempore, uel tēpore.* Fam.11. *Tēpore, pro opportunè.* Fā.7. *Primo quoq; tempore.* Fam.13. *Ex tēpore, id est, pro re nata.* Off.2. *Pro citò, uel ilico.* de Orat.2. *A quo tempore.* in Verr. Act.7. *Ex quo tēpore.* Fam.3. *Ex eo tempore.* Cic. *Ex eo tēpore, quo primū ex Africa nuntius uenit.* *Illo tēpore.* in Verr. Act.6. *Vt tēporibus illis.* Cic. *Vt tēporibus illis, iuris ualde peritus.* *Tempus uenire.* Fam.6. *Tēpus accidere uel extare.* Fam.3. *Tempus esse.* Fam.4. *Tempus est, pro necesse est, uel sequitur, uel ut res postulat.* de Orat.2. *In tempus incidere.*

dere.Fam.2. Tempus obseruare. Fam.11. Tempus capere, pro obseruare. Fam.11. Tempus arripere, uel antecapere.Fam.5. Tempus dare.Tusc.2. Tempus sumere ad Qu.Frat. Tempus habere. pro.Quint. Tempus ponere.Fam.15. Tempus distribuere, uel tribuere.Off.2. Tēpus traducere.Fam.3. Tēpus transmittere. Fam.5. Tēpus eximere, uel dirimere. ad Att. 4. Tempus intermittere.Fam.10. Tempus dimittere, uel prætermittere.Fam.1. Tēpus amittere, est tempus frustra & inaniter consumere. Fam.10. Tempus perdere, est rei uel temporis occasionē prætermittere. de Orat.3. Tempus præterire.Fam.10. Tempus abire.pro Mur. Tēpore excludi.in Verr.Act.6. Tempore egere.ad Qu.Frat. Tempus reuocare uel recuperare. Fam.5. Tempus prorogare. Fam.2. Tēporis propagatio, uel lōginquitas.Fam.5. Tempori seruire. Fam.9. Tempori cōsulere. Fam.4. Temporis causa aliquid facere uel dicere, idem est quod tempori consulēdo, uel assentiēdo.Tusc.4. Tēpori assentiri.Fā.1. Tempori parêre.Philip.11. Tempori cedere.Fam.4.

Tendere,

Aliquando est proponere, uel extendere. pro Font. Tēdere manus supplices ad deos. Pro ire, aut proficisci. ad Att.16. & Verg. Tendimus in Latiū, &c. Etiā ad animū transfertur.de Diuinat.2. Dicimus etiā Tendere insidias alicui.pro Rosc.Amer.

Tenebræ,

Ponũtur pro obscuritate & caligine. de Nat. deor. 2. Translatè pro rerum obscuritate & ignoratione: uel pro perturbatione, & confusione. ad Att. 7. Tenebricosus. Acad. 2.

Tenere,

Est scire, intelligentiamq; habere. Fam. 9. Inde dicimus, Suum tenere. Cic. Amici regis duo, tresq; perdiuites sunt: sed ij suum tam diligẽter tenent, quàm ego & tu. Ad suum peruenire. pro Quint. Interdũ est retinere, ut sæpe in congressu fit inter amicos & familiares, qui ut sua inter se consuetudine longius interdum fruantur, alij alios retinent, et unà diutius sunt. Tenere propriè est, manibus comprehensum uel alia corporis parte stringen te retinere: cui cõtrarium est, de manibus elabi. de Diuin. 2. Fam. 5. Ne te diutius teneã. utimur hoc loquendi modo in præsentia, uel absentia: scilicet cum oratione uel publicè habentes, uel priuatim ad amicũ scribentes, post rem satis explicatam, loquacitatis fugiẽdæ studio ita dicimus: Ne uos, uel te diutius teneam: uel Pluribus te, uel uos non tenebo. Fam. 11. Cum hac locutione cõueniunt, Ne plura. Fam. 13. Ne multa. pro Cluent. Ne multis. pro Cluent. Quid multa? ad Att. 7. Ne lõgus sim. Ibid. Ne longũ sit. pro Cluent. Ne longũ faciam. de Leg. 1. Ad summũ. Fam. 14. In summa. ad Qu. Frat. Quis quæris? ad Att. 1. Teneri. ad Att. 15. Teneri nõ potui:

tui:id est,imperare mihi nō potui,quin,&c. Fam.6. Te*nere se.* Fam.12.

Tentare,

Pro *irritare,præter uulgarem significationem ponūt interdum* Latini.Fam.15. *inde Attentare,pertentare, &c.de quibus suo loco.*

Tenuis

Aliquando pro subtili, leui, angusto, uel presso ponitur.pro Rosc.Comœd. *inde* Tenuiter*, quod est angustè uel pressè.* ad Heren.3. *Aliquādo pro paupere,uel parum locuplete:& ad personam refertur.* Off.2. *Aut pro non satis ad ditandum & augendum amplo, & tunc ad rem pertinet.* Fam.9. *inde* Tenuitas*, quod aliquando ponitur pro subtilitate,uel gracilitate.in* Brut. *Aliquando paupertatem, reiq; familiaris & bonorum angustiam designat.* de Orat.2.

Tergum,

Pro *dorso ponitur, id est, posteriore corporis parte.* Translatè *pro rerum quarumuis posteriore parte ponitur.* Tergum *pro tergore* Vergilius *posuit:*

Mercatiq; *solum facti de nomine* Byrsam,
Taurino quantum possunt circundare tergo.

Testari,

Interdum *est alterius implorato testimonio confirmare:uel asserere. uel alterius testimoniū appellare.* Fam.1.

Interdum est testimoniū dare, uel testimonio esse. de Nat. Deor. 2. *Interdum pro testamento facere ponitur.* de Inuent. 2. Et *testamur aliquem, uel aliquem aliquid, uel aliquem de re aliqua.* inde Testatum, *est perspectum, & planè cognitum.* Fam. 2. & 11.

Testificari,

Est attestari, uel notū facere, uel testibus firmare, aut testimoniū dicere. ad Att. 8. & Fam. 2. *inde* Testatus, *pro perspecto & cognito ponitur, et paßiuè capitur.* pro Flac. *Testificatio.* Fam. 1.

Testimonium,

Est iudicium, aut iureiurando deuincta autoritas. Vocem etiam istam pro testium dictis poni aliquādo uideas. Fam. 5. *Testimoniorum modus duplex est, manifestus & cæcus. Manifestus est, qui certos testes, & præsentes habet: Cæcus, in quo multitudinem, aut ciuitatem dicimus scire. Testimonium sumere, est accipere actum de re aliqua, uidelicet cum accepta aliqua iniuria, aut alia quauis offensione, ut rei testificatio nobis in tempore esse poßit, ab ijs qui adsunt testimonium sumitur & scribitur, ut si quando res in iudicium ueniat, testimonij sumpti fide, qui iniuriam persequitur, iuuari poßit.* pro Rosc. *Testimonium tribuere, uel impertiri.* Fam. 5. *Testimoniū dare. Interdum idem est, quod testes proferre, uel producere.* Et *ponitur eo modo testimonium pro teste, quo seruitium pro seruo.* in Verr. Act. 7. *Testimonium dicere.*

pro

pro Cluent. Dicere pro testimonio antiquis erat, quod Barbari nũc dicunt, Deponere. Est autem uulgo Pro testimonio, idem quod loco testimonij. ad Att. 1. Esse testimonio. Fam. 10. Testimonium habere. Fam. 5. Testimonia refellere, & testes, & tabulas dicebãt, quod contradicere. pro Flacco. Eleuare testimonia, est uilem leuemq; uerbis demonstrare. Vall. lib. 8. Subleuare testimonio, quod uulgo exonerare dicimus. pro Cluent. & Præmere testimonio. Plin. Epist. lib. 5.

Testis

Dicitur, qui rei cuiuslibet testimonium profert, siue in iudicio, siue extra iudicium. Vnde etiam in pudendis hominum partibus Testes dicuntur, uidelicet uirilitatis testimonium proferentes. Fam. 9. Simplex usus. Fam. 1. Cũ quibusdã adiectiuis insignioribus. ut Testis locuples, quem Latini uocant testem integræ fidei, non mercenarium, aut qui pecunia, uel precio accepto corrumpi posit, paupertate scilicet, & rerum inopia ad id eum impellente. Sic locupletes quondam uocabantur fideiussores. Pro locuplete antiqui dicebant aßiduum. Gell. lib. 15. Testis idoneus. in Verr. Act. 6. Religiosus. in Vatin. Incorruptus & integer. de Finib. 1. Grauis. Cic. Quorum testem non mediocrem, sed haud scio an grauißimũ, Regulum, nolite quæso contemnere. Cicero pro Fonteio testem cupidum, iratum, coniuratum, à religione alienũ uocat. Mercenarius. Fam. 3. Testis falsus & fictus.

de Diuinat.2. Testis sine casu idem est, quod testificari posse. Fam.3. Cum genitiuo. Fam.1. Cũ datiuo. Fam.13. Testes facere, id est, parare, uel subornare. Terent. Vbi me dixero dare tanti, testes faciet ilico uendidisse me. Testem habere. Fam.11. Testem adhibere. Off.3. Testem citare, uel proferre, uel producere. Off.1. Testem dare. de Finib.2. Testem subornare, uel seducere. Cic. Falsò subornauit testem. Idem: Seductiones testium, secessionem subscriptorum animaduertebant.

Tingere,

Propriè pannus tingitur, uel quicquid nouo colore inficitur atq; imbuitur: sed translatè dicitur aliquis in literis, uel arte, uel re aliqua tingi, quà aut instruitur, aut ornatur. de Orat.2.

Titubare,

Propriè est pedibus insistere non posse: quod ebrijs, & bene potis accidit: aut ijs, qui morbi grauitate uires, corpusq; amiserunt. Sed ad alia transfertur. Fam.12. Titubare re aliqua. Cic. pro Flac. Si uerbo titubarint, quò reuertantur non habent. inde Titubanter. Postera die titubanter & inconstanter de occisione illius locutum.

Tollere,

Est efferre uel eleuare. Off.3. & Tollere manus is dicitur, qui aliquid ualde miratur. Tollimus etiam oculos ad iucundum alicuius rei nuncium, signum lætitiæ significantes.

cantes.Fam.16. Tollere cachinnũ, est irridere. de Fat. Tollere clamorem, est uocem edere. ad Qu. Frat. Ad cœlum tollere. Cic. Fortitudo Herculem ad cœlum sustulit. Interdũ est suscipere, uel nutrire. Philip.13. Aliquando negociũ uel onus suscipere. in Verr. Act.5. Aliquãdo extinguere significat, siue occidere, uel uita priuare. & tollimus aliquem de medio, uel è medio. Et ad personam refertur. pro Cluent. Si autem ad res transferas, tunc in re rei interitum habet, ut in persona uitæ extinctionem. Fam.1. Et pro inijcere ponitur. pro Mur.

Toreumata,

Opera dicuntur aut sculpta, aut cælata, ex quacunque materia, quæ in delicijs habeatur. Sunt etiam Toreumata calices diatetri cælati, & tornatiles. in Verr. Act.4. Tornata autem opera dicuntur à torno instrumento, quo huiusmodi opera fiunt.

Tormentum.

Supplicio conuenit, quod infligitur ad extorquendam ueritatem: & pro ijs etiam ponitur, qui cruciatum inferunt. pro Cluent. Est quoq; tormentum generale uocabulum omnium machinarum, saxa, tela, & id genus alia torquentium atq; immittentium. Barbari bombardas & canones appellant. Philip.8. Tormenta adhibere. Off. 3. Dare se in tormenta. Tusc.5.

Torquere,

Non semper corporis est, sed etiam animi. estq; huius uerbi proprietas, inuoluere, & in speciem torquis implicare. unde Extorquere *ueritatem*, Detorquere *sensum.* Cic.*Nos acriter tuæ literæ diu torserunt.*

Tradere

Vulgariter ponitur, ut sit dare, uel dedere. Cic. *Lachrymis & tristitiæ te tradidisti.* Item, *Tradere se totum alicui. Est etiã docere, uel præcepta dare.* de Orat. 1. *Interdum pro dare, uel dedere ponitur.* Fam. 3. *Est etiam prodere, & memoriæ mandare.* Et *elegantiam multam habet in usu uerbi paßiui, uel impersonalis.* Tusc. 5.

Traducere,

Obseruabis in hoc uerbo aut transitum esse, aut non esse. Si transitus sit, quibuscunq; rebus iungitur, una est ferè semper & eadem significatio. Ponitur pro *conferre, transferre, conuertere, abducere, uel auocare. Si uero sine motu est & transitu, ponitur pro consumere, terere, uel obire, ut* Traducere *adolescentiã*, Traducere *uitam*, Traducere *tempus*, Traducere *munus.* Fam. 1.

Tranquillare,

Tranquillum reddere est, siue sedare & placare. Cic. *Cuius affectus hic debet esse, ut aut perturbentur animi, aut tranquillentur, &c.*

Transcur-

Transcurrere,

Est prolabi. Terent. Tu abi, atq; obsera ostium intus, dum ego transcurro ad forum.

Transfugere.

Cic. Fatetur se non belle dicere, non ad uoluntatem loqui, nō ab afflicta amicitia trāsfugere, &c. inde Transfuga *non solum is recipiendus est, qui aut ad hostes, aut à bello transfugit: sed & qui per induciarū tempus ad eos, cum quibus nulla amicitia est, fide suspecta transfugit. de* Diuinat. 1.

Transire,

Pro uitare, prætcrire, uel elabi accipitur. Fam. 9. Item *pro negligere, translatè.* Cic. *Quam quisq; sententiam dixerit, in commentario est rerum urbanarū, è quo tu, quæ digna sunt, selige, multa transi.*

Tranquillus

Dicitur perturbatione carens, sedatus, uel placatus, uel lenis. Cuius uocis proprietatem in re maritima maximè uersari crediderim, ut propriè scilicet dicatur mare trāquillū, quod nulla tempestate, nullisq; procellis agitetur: Sic etiam translatè dicatur animus tranquillus, qui nullo motu aut æstu perturbatus sit. ad Att. 7. Tranquillitas. *Off. 1.* Tranquillè. *Tusc. 3.*

Tribuere

Aliquando etiam est gratificantis & concedentis, sed

ſæpius impertientis,et aßignantis. Et *tam in bonã,quàm in malam partem capitur.* Fam.2. *Tribuere officium, beneficium,operam, honorem, autoritatem, primas. Vide alio loco.*

Tribunal,

Prætori aßignatur,ſicut ſubſellia iudicibus. in Vatin. *&* in Verr. Act.4. *Quæ autem forma tribunalis fuerit,Vitruuius lib.5.de Architectura docet.*

Triſtitia.

Triſte & lætum, triſtitia & lætitia ſæpe de incorporeis dicuntur, ſed à Poëtis tantum. Vnde Lætos agros uocamus,& læta armenta,lætos greges,oues,ſegetes lætas:ſed id ab effectu, quod ea uel ob fœcunditatem, uel ob pinguedinem, uel ob pulchritudinem, uel ob grauitatem, & ob ſimilia nos lætos faciant. Fam.5.

Triumphare.

Triumphant Imperatores de uictis à ſe hoſtibus, cum publica lætitia, ſummo honore, curru triumphali in Capitolium *ueherentur, ut illic* Ioui *gratias ob uictoriam agerent. Quæ ſignificatio huius uerbi propria eſt, ſed transfertur ad alia: ſcilicet cũ ita nobis omnia in ſententia ſunt, ut triumphare uideamur.* ad Att.1.

Trudere,

Vi urgere, & pellere eſt. Cic. *Quò ne trudamur, dij immortales nos admonent.* A *quo compoſita ſunt* Ob-

trudere,

trudere, Contrudere, Protrudere, Intrudere, Retrudere, Abstrudere, de quibus suo loco.

Tueri,

Vel Tutari, defendere est: sed pro iuuare, siue opitulari interdum etiam ponitur. Cic. Ceciliam quibus rebus possum, tueor diligenter. & Tutari. Cic. Vt potui accuratissime te, tuamq; causam tutatus sum. inde Tutela. Cic. Quare sit in eius tutela Gallia, cuius uirtuti, fidei, felicitati commendata est. & Tutor. Cic. Vt tam orba ciuitas tales tutores complecti debeat.

Turpis.

Cic. Minus mihi turpis uideor. Turpe esse, pro nō decere, uel culpandum esse. Fam. 9. Turpare. Tusc. 4. uel Turpificare. Cic. Et fœditas turpificati animi debet uideri? inde Turpitudo tam ad corpus, quàm ad animum refertur. Cic. Quanta erit illa reipub. turpitudo? & Turpitudinē habere. pro Dom. sua. Turpitudine fœdari. Ibid. In turpitudinē uenire. pro Qu. Turpitudinē delere. in Verr. Act. 2. Turpitudine notare. pro Cluent.

Tuum est.

Cic. Nō est porrò tuum, uno sensu oculorum moueri.



VACARE

NONNVNQVAM cum datiuo ponitur, & significat operam dare: ut Vacare philosophiæ, studio. de Diuin. 1. Absolutè pro uacuū esse. Fam. 12.

Impersonaliter positum, significat ociũ esse, uel uacuum tempus dari. Et datiuum post se habet, uel alius uerbi infinitiuum. Fam.3. Cum ablatiuo sine præpositione maximè, significat carere, uel liberum esse. Sic dicimus carere culpa. Fam.4. Cum ablatiuo et præpositione A, uel Ab. de Diuinat.2. Vacatio est cessatio uel immunitas. pro Sylla. Vacationem dare. in Verr. Act.6. Vacationem habere. Famil.9. Vacuus est inanis, nudus, ieiunus, exhaustus, uel expers & liber, non impeditus aut occupatus. Sic dicuntur Vacua prædia, Vacuæ possessiones, id est, quæ liberæ sunt. Sic uacuæ aures, nondum criminationibus obtusæ, sed nobis arbitrio nostro patentes. Pertinet hoc nomen tam ad res, quàm ad personas. Estq; sine casu. ad Att.12. Ad personam, pro ocioso. in Bruto. Cum ablatiuo. Fam.4. Cum ablatiuo & præpositione A. Tusc.5. Vacuitas. Off.1.

Vacillare,

Est quasi claudicare, & alterno motu inconstantem esse. Transfertur ad multa. Off.3. Iustitia uacillat, uel iacet potius: id est, non suum locum obtinet, uel deseritur.

Vadere,

Est iter facere, uel ingredi. Interdum ponitur pro discedere. ad Att.4.

Vagari,

Est paßim errare, uel uolitare. Ad personas transfertur.

tur.Off.2. Extra *personam.ad* Att.16. *inde* Vagus *est, qui sine negocio modò huc, modò illuc inutiliter discurrit.* Ad *personam refertur. ad* Att.7. Et *extra personam.* Philip.12.

Valere

Aliquando ad autoritatem uel potentiam refertur. Et *ponitur uel absolutè.* Fam.3. *Vel cũ præpositione* Ad. Fam.5. *Vel cum* In. Fam.3. *Vel cum* Apud. Fam.2. *Vel cum* Ab. Plaut. *Ain' tu ualere te?* E V. *Pol ego haud à pecunia perbene.* *Vel cum accusatiuo.* Off.3. *Vel cum ablatiuo.* Fam.1. *Valere cum uerbo, pro posse ad* Att.12. *inde* Valeant, *pro abeant & discedant, facessant, ponunt* Latini. *Ita enim reijcimus, quæ aut obsunt, aut non iuuant. ad* Att.4. *Valere uerbo etiam utimur in discessu, uel in extrema epistolarum clausula, ubi etiam interdum Salue iungit Cicero: ut* Famil. 16. *Vale mi Tyro, & salue.*

Vastare,

Est populari, & direptione, exinaniendoq; deformem reddere. ad Att.8. *inde* Vastatio. Fam.10. *& Vastationem à Vastitate ita distinguere potes, ut uastatio uastitatem efficiat, sitq; uastitas horribilis quædam rerum locorumq; forma, uastatione conflata.* Et *Vastitas proximè ad solitudinis significationem accedit. est enim propriè* Vastitas, *luctuosa quædam & misera rerum facies, quæ uastationem, direptionemq; sequitur: ut cum depopulati*

sunt

sunt ab hostibus agri, uel incendijs perditi, ut nihil in his præter solitudinem reliquũ sit. Vastitatem *pro magnitudine ponit* Columella.*lib*.4. *Vastitatem efficere, uel reddere.in* Pison. *Vastitatem inferre.de* Arusp.Resp. *Vastitatem depellere.pro* Flac. *inde* Vastus, *pro deserto ponitur, uel pro magno & lato*. Tusc. 5. & Vastè. de Oratore 3.

Vaticinari

Non propriè est diuinare, sed potius hallucinari: & uana, non futura prædicere. Et *si in ueris nunquam etiam consistat. Cum est uana prædicentis.* Fam. 2. *Cum est uera prædicentis.ad* Att.8. *Vaticinatio & de uero, & de falso esse potest.ad* Att.8.

Vber.

Vbera in neutro genere dicuntur aliquando mammæ mulierũ. tametsi propriè Vbera *uidentur dici, interiora mammarum:* Mammæ *uerò, quæ supra ubera eminent.de* Diuinat.1. *Vber etiam pro copioso & abundante, aut fertili, uel ferace.* Propriè.de Senect. Translatè.Fam. 5. & *Vberius, uel Vberrimè, comparatiui & superlatiui gradus sunt, sine positiuo usitato*. Famil. 3. *inde* Vbertim: & *Vbertas, est abundantia, copia, uel magnitudo, cuius ut uberis propria quædã exempla esse possunt.* Propriè.Tusc.1. Translatè.de Orat.1.

Venire,

Venire,

Accedere est. Ponitur aũt uel absolutè. Fam.1. uel cũ aduerbio locali, & accusatiuo. Fam.1. & 3. Vel cũ accusatiuo loci, & præposit. Ad, cũ pronomine. Fam.13. Cũ præpositione Ad, & accusat. nõ proprij nominis, uel aliquãdo proprij. Fam.2. et 5. Cũ In. Fam.2. Cũ ablatiuo, à loco. Cic. Sexto die Delũ Athenis uenimus. Hinc Venire in mentẽ, quod recordationis significationẽ habet, uel inuentionis speciẽ: et uariè elegãterq; à Latinis usurpatur. Personaliter, p̃sonæ ueniũt nobis in mentẽ. ad Att.7. Vel res. Fã.2. & 3. Impersonaliter. Fã.4. Cũ genit. Fã.7.

Ventitare,

Est uisere, uel frequentare. Fam.11.13. & ad Att.1.

Verba facere,

Est idem, quod loqui. Fam.1. & ad Att.7.

Versari,

Ante oculos, uel obuersari res dicitur, cuius memoriã ut cũ maximè tenemus, uel quæ ob oculos posita est. Aliquando aduersari datiuum habet. Dicimus etiam Versari in oculis. Famil.14. Tusc.2. Si paßiuè ponatur, significat uolui, uel uolutari. Si uero deponens, uarias significationes uariumq; usum habet. nimirum aut ad personam refertur, aut extra personam est. Ad personã relatum, uel mansionem localem habet, uel extra locum: & tunc ponitur pro operam dare, consuescere, uel exercere se, aut dissidium

ſidium eſſe,uel tractare. Cum uero extra perſonam egreditur,& ad res pertinet, ſignificat poſitum eſſe, conſiſtere,aut eſſe ſimpliciter. Vſus aũt huiuſmodi eſt, ut in manſione locali ablatiuũ habeat,cum præpoſitione In,*uel* Cũ, *aut cum accuſatiuo iũgatur admiſſa præpoſitione* Intrà, *uel* Inter. *Mãſio localis.ad* Att.10.pro Mil. Extra localem manſionem. Fam.1. & 4. Extra perſonam. in Verr.Act.5. 6.& 7.

Verſura.

Verſuram facere honeſta locutione apud Rom.*dicebatur,quod nos nunc dicimus,pecuniam ad intereſſe mutuari,uel alteri ſe obligare, ut uetus debitum diſſoluatur. ad* Att.5. *inde Verſura ſoluere,& non uerſuram.* Et id *erat,quod creditorem mutare, & nomen de nomine diſſoluere. Quare idem eſt uerſurã facere,& uerſura ſoluere.* Cic. *Vt uerear,ne illud,quod tecum permutaui,uerſura mihi ſoluendum ſit.*

Vertere terga,

Pro in fugam ſe dare. Fugere enim non poſſumus, niſi prius terga uertamus. Cæſ. *Ac ſtatim terga uerterent.* Pro terga uertere *Cæſar aliquãdo ponit,* Vertere ſeſe:ut, Reliqui ſe uerterũt, *& loco ceſſerũt.* Vertere pro deflectere.*ad* Att.6. *Vertere ſolum,eſt aliò migrare, hoc eſt,regionem mutare, ſiue exilij cauſa, ſiue ob æs alienũ.* Philip.5. *Antiqui enim uertendo ſolo legum pœnas uitare poterant.* pro Cecin. *Vertere ſolum de argenta-*

rijs

rijs dicitur, qui foro cedunt cum ſoluendo non ſunt, & argentariam diſſoluere coguntur.

Veſper,

Veſpera, ueſperum: & eſt extrema pars diei. Unde ueſperi, uel ueſpere. Veſper. ad Att. 11. Veſpera. de Finib. 3. Veſperum. Tuſc. 5. Veſperi. ad Att. 7. Veſpertinus. *ueſpertinum eſt, quod fit ueſperi.* Philip. 3. Veſperaſcere, *uel aduesperaſcere imperſonale eſt.* Fam. 15.

Veſtigium,

Eſt pedis impreßio, id eſt, ſignũ & forma pedis, quæ relinquitur in loco ubi gradimur. Poſuit uero Verg. pro *pedis parte, lib. 5. Aeneid. Veſtigia primi Alba pedis, frontemq́; oſtentans arduus albam.* Dicimus *ueſtigium facere, imprimere, ponere, ſtare in ueſtigio, uel inſiſtere, perſequi alicuius ueſtigia, uel conſequi aliquem ueſtigijs.* Philip. 1. & 3. *Translatè ponitur pro reliquijs, ſigno, uel monumento.* Fam. 4. *inde* Veſtigiũ *temporis, propriè eſt locus, in quo pedem impreßimus.* Translatè, *pro reliquijs, ſigno, uel monumento ponitur. Translatio autem à ueſtigij breuitate, uel ueſtigium facientis celeritate ducitur, quod nihil penè citius fiat, quàm ueſtigiũ. Unde dicitur* Eueſtigio, *pro ſtatim uel repentè. cui affinè eſt extẽplò: id eſt, cõtinuò, uel ſtatim, uel extẽpore.* Fam. 4.

Veſtrum,

Sicut Meũ, *tuum, ſuum, noſtrũ, interdum ad bona & bo*

norum

norũ possesßionẽ, uel ad ius et possesßionem cuiuscũq; rei refertur. Ad personas uero relatum.15. Necesse est ut sim *totus uester, & esse debeã.* Et ibi *ad personã refertur.*

Vetare;

Est prohibere, siue dehortari. de Amic. Præposteris enim utimur consilijs, & acta agimus, quæ uetamur ueteri prouerbio.

Veteranus,

Idem est, quod uetus: unde Veterani milites dicebantur, qui tricena stipendia, aut quadragena, aut aliquandò uicena (nullum enim tempus perpetuò constitutum erat) impleuerant, & militia exautorati erant, aut indulgentiori militia sub uexillis retinebantur, quoad præmia & colonias acciperent. Inde ueterana mancipia, quæ ita à nouitijs distinguuntur, ut sint ueterana, quæ in urbe cõtinuo anni spatio seruierũt: Nouitia uero, quæ non continuo anno. Philip.1. & 3.

Veternus,

Propriè morbus est, ex nimio ocio somnũ perpetuũ inducens. Plaut. Num eum ueternus, aut aquæ intercus tenet? Pro nimia dormitione ponit Plin. lib.8. hist. Nat. cap.36. Veternus autẽ morbus, quàm pigros homines facit, & ad negotia inutiles, quemadmodũ senectus. Ideo ueternus quãdoq; pro pigritia ponitur. Fam.2. inde Veternosus, quẽ Cato pro hydropico ponit. Veternosus quã

plurimum

plurimum bibit, tam plurimum sitit. Terent. in Eunucho, Veternosum eunuchum uocat, qui segnis est: quasi ueterno confectum. Veternosus, inquit Donatus, uetere morbo confectus, id est, ueterno: quales sunt, qui hydropen patiuntur. Et rectè: nam sæpe eunuchi in senecta ueternosi fiunt, & cito hoc laborant morbo.

Vetus.

Quod ad multum tempus durauit, & perquandiu extitit, uetus sit necesse est. Veteres uero in plurali numero uocamus interdum absolutè maiores nostros, scilicet, qui ante nos uixerunt. Atq; inter senes, ueteres & antiquos hæc est differentia: ut Senes uocentur, quantum ad priuatam ipsorum uitam; quod usque ad senilem ætatem uixerunt: Veteres, quantū ad publicum tempus; quod alia ætate uixerunt, etiam si ad senium nō peruenerint. Vnde quidam iuniores fuerunt seniores ueteribus. Antiqui utrique dicuntur, sed magis ueteres, quàm senes. Tusc.2. Vetulus. ad Att.13. & Vetustus idem est, quod Vetus. Fam. 6. & Vetustas. Cic. Res à nostra memoria propter uetustatem remotæ. Vetustatem assumere. contra Rull. Vetustatem habere. ad Att.15.

Vexare,

Est agitare, miserum habere, diripere, uel populari. Fam.2. Vexari tamen propriè dici uolunt, quod huc & illuc trahitur. Verg. Candida succinctam latrantibus inguina monstris, Dulichias uexasse rates. Vexator.

Philip.3. Vexatio. in Catil. Vexatio, direptioq; sociorũ.

Via,

Est iter: & tam loci est, quàm actionis. Loci, ut longũ est hinc iter in Galliam. Actionis, ut iter habere. Viarum multa sunt genera: quædã publicæ, quædã priuatæ, quædam uicinales. Publicas uias dicimus, quas alij prætorias, alij consulares appellant. Vias uicinales appellamus, quæ ex agris priuatorum collatæ sunt, & hæ numero publicarum habentur. Militares uiæ exitum ad mare, aut in urbem habent. Et ideo dictæ, quod stratæ à militibus erant. Via regia, quæ Romæ cõsularis dicebatur, qua scilicet consules exercitus ducebãt. Off.1. Via inepta, uel deterrima: Barbari turpe, uel malum iter. ad Att. 16. Via aliquorũ dierum. Philip.2. Viam munire, uel facere. ubi non erat uia, uiam & trãnsitum aperire. Est autem munire uiam, repurgare, reficere, ac substruere interdum lapidibus, quales sunt uiæ Romanæ, à plerisq; portis in multorum dierum silicibus stratæ. pro Mil. Translatè ponitur. ad Att.1. Viam dare. pro Cecin. Viam patêre. Philip. 11. In uiam dare se, uel committere se uiæ. Fam.14. In uia esse. Fam. 16. Viam procedere. ad Att.6. Viam progredi. Viam conficere. de Senect. Via per trãnslationem pro ratione, uel instituto ponitur, à Græcis methodus. Off.2. In uiam reducere, uel redire, unũ est ab errore reuocare, alterũ ad sanitatem redire, resipiscere, et ad meliorẽ (quod dicitur) se frugẽ recipere.

Viator

Viator

Dicitur, qui iter facit. ad Att. 2. Viatores etiam dicebantur, qui magistratibus parebant, eo quod plerunque uocabātur ex agris homines ad magistratus, et frequens eorum ab agris ad urbem uia erat. Pro uiatoribus Latini ponunt apparitores, qui ad omnes nutus præsto sunt magistratibus. ad Qu. Frat. inde Viaticū, quod est quicquid iter agendi causa necessarium est, siue cibus sit, siue pecunia in uictum expendenda. ad Att. 4.

Videre,

Tametsi propriè oculorum est, transfertur tamen aliquando ad animū: & tum ponitur pro prouidere, uel consulere, uel curare, uel attendere. Oculis autem uidere Latini nunquam sine auxesi dicebant: & tum maximè dicebant, cū rei alicuius fidem facere conabantur: uel cum sibi aliquid imprimis esse perspectum designabant. Cic. in Catil. Videre pro prænoscere, uel prouidere. Fam. 4. Videre pro attendere, uel curare. Fam. 7. Videre de. ad Att. 4. Videre ne. Tusc. 2. Videre pro intelligere, uel cognoscere, uel perspicere. Fam. 1. 2. & 6. & Videre ponitur pro unà esse, uel congredi. Fam. 1. & 5. Videri quoq; dicimus: & Videntur, quæ placent. Fam. 9. Mihi hæc uidentur, id est, placent.

Vigere,

Est ualere, uel excellere. Cic. Alia quædā dicendi mol-

liora, ac remißiora genera uiguerunt. Dicimus etiam Vigere in re aliqua. Off. 1. & Vigere re aliqua. Fa. 7.

Vigilia.

Vigilias sæpius dicimus quàm Vigiliã. & ferè est militum. unde manant istæ locutiones, Prima, secunda, tertia uigilia, & historiographis & oratoribus frequentes. Fam. 11. & Vigilare, pro laborare, aut operam dare, & in rem aliquam diligenter incumbere. Cic. Quare mi Ruffe uigila primum, ut mihi succedatur.

Vincula

Generatim sunt, quibus res quæuis ligatur. Sed quoniam non ferè fit, ut qui grauiter flagitiosi in carcerem conijciuntur, soluti sint, at potius uinculis obstricti: obtinuit usus, ut uincula pro carcere ferè capi uideas. in Catil. Orat. 4. In uincula abripi. in Verr. Act. 6. In uincula conijcere. pro Deiot. Vinculis mandare. in Catil. Orat. 4. In uinculis retinere. Sall. in Catil. Leuari uinculis. Tusc. 1. Emittere ex uinculis. Tusc. 1. Vincula rumpere. Tusc. 1.

Vindex, Vindicare.

Cic. Extitisti tu uindex nostræ libertatis. & Vindicare pro ulcisci. Vindicatur etiam ille, cui ob iniuriam illatam mulcta aut supplicium penditur ab eo, qui rei perperam factæ autor est: ut, Vindicatur maiestas publica, cũ à sontibus supplicium sumitur. Vindicatur etiam generatim

tim priuatus quilibet, cũ ei illata iniuria punitur. ad Att. 1. Ponitur etiam pro punire, castigare, uel animaduertere in malos. Et habet accusatiuũ. Fam. 1. & Off. 1. & 3. Est quoq; liberare uel asserere, & ablatiuum habet cum præpositione A, aut accusatiuum cum præpositione Ad, uel In. Famil. 2. Vel cum ablatiuo & præpositione A, uel Ab. Tusc. 2. Antiqui etiam dixerunt causa, uel lege uindicare: quemadmodum illi faciebant, qui ut ex iure manum consererent, simul in agrũ, de quo cõtrouersia erat, proficiscebantur, terræ aliquid ex eo, uti unam glebam, in ius, in urbem ad prætorem delaturi, & in ea gleba tanquam in toto agro uindicaturi. pro Mur. Vindicare ita ab antiquis in litibus & cõtrouersijs positum, nihil aliud est, quàm lite contestata rem, de qua controuersia est, iure repetere atq; reposcere, & ab aduersarij possessione asserere. Ad hunc locum pertinet Vindiciarũ expositio, quod non à Vindicio, ut nonnulli putant, sed à Vindicando tractum est. Et Liuius, Vindicari puellam, pro Vindicias puellæ secundum libertatem dari dixit: hoc est, asseri interim in libertatẽ, & in possessione libertatis esse usq; in posterum diem. Vindicias hodie recredentiam leguleí uocant, quod ex Asconio intelligimus. pro Mil. inde Vindex, qui dicitur ultor, uel custos, uel assertor. Fam. 5. Vindicatio. de Inuent. 2. & Vindicta: quæ interdũ est ultio, interdum libertas: siue uirga, qua serui libertate donabantur. pro C. Rabirio.

Vinum fugiens,

Est dubium,uel in uitium inclinans, & quod statim à sapore quasi refugiat.uulgò Detritum,*uel* Præteritũ *uocatur.Off.*3. *Et hic fugiens uinum Cicero posuit, pro ætati cedente. Acre uinũ dicitur,quod in acetum degenerat. Et acidũ est uinũ,quod coacuit. Mucidum uinum, quod emucuit:id est,quod mucorem resipit.* Plin.lib.14. *Vappa tum dicitur,cũ odorem,saporemq; amisit. Ab huiusmodi uitio uini Vappa probrosum nomẽ esse cœpit homini,cum degenerauit animus,id est,cum à pristina solertia, & animi uigore & industria discedere cœpit.* Vinũ *consistens, cũ firmitatem & austeritatẽ propriã retinet.*

Violare,

Est uim adferre,uel lædere,uel offendere. Fam. 6.& *Off.*3.

Virtus

Quid sit, definit Cic.Tusc.lib.4. & Virtus *est affectio animi cõstans,&c.* Fam.3. *Virtus pro præstantia, uel laude,uel absoluta rei alicuius ratione & artificio, uel gloria.de Orat.*1.& 2.

Visere,

Magno compositorum comitatu est,et officij est. Fam. 7. *Et cognitionis , in qua significatione pro spectare ponitur,sed nunquam sine cognitionis cupiditate,& desiderij explendi studio . In qua significatione motus est ali-*

quando

quando & accessus, aliquando planè abest. Tusc. 5. Et admirationis uel excellentiæ. In hoc loquendi modo, Visere habet accessum, sed cum ipsum diuersum. Off. 1. Et cum uerbo, uel præpositione Ad. Terent. Nunc ad eam uisam. Plaut. Nunc huc ad Veneris fanum uenio uisere. inde Visitare. Cic. Is cum arderet podagræ doloribus, uisitassetq; hominem Carneades Epicuri perfamiliaris, &c.

Visum,

Est somniū, uel quod in somnis uidere uidemur. de Fat.

Vitare,

Idem quod cauere, & effugere. Fam. 5. Hæc nos uitare cupimus, & si recipis causam nostram, uitabimus, &c. inde Vitatio. Philip. 4.

Vitium

Quid sit, Cicero lib. 3. de Finib. definit. Sed Vitiū non tantum ad animum refertur, sed etiam ad corpus. Vnde Vitiosum mancipium, uel Vitiosum iumentum, id est, morbosum. Vitium pro uituperatione. Cic. de Senect. ponit, ut crimen pro criminatione. Pertinet etiam Vitium ad res ipsas, ut Aedes uitiosæ, Tabula uitiosa, quæ scilicet uitium faciunt. Vitium autem facere ædes dicuntur, cum ruinas agunt, & minantur ruinā. Cic. in Top. Si ædes exesæ fuerint, uitium' ue fecerint. Cæs. de bell. Gall. Turris lignea fecit uitium usq; ad tabulatum secundum. Vitium etiam facere dicuntur ædes, cum corruentes proximis ædibus

damnum inferunt. Capitur aliquando pro uitiositate. de Orat. & 2. & in Brut. Vitium aliquando pro culpa. Fam. 4. & Acad. 2. & Philip. 2. Praeterea Vitium ponitur nonnunquam pro stupro, ut Vitium uirgini offerre, uel adferre. & Vitium addere, pro Vitiū adferre. Plaut. Pudicitiae huius me absente uitium est additum. Vitiorum gurges & uorago. in Verr. Act. 5. Apronius immensa aliqua uorago est, aut gurges uitiorū, turpitudinumq; omnium. Delabi in uitium. de Orat. 2. Vitium concipere. de Leg. 3. Vitio affinis. de Inuent. 2. Vitijs cumulari. de Orat. 2. Vitijs inquinare, uel contaminare. Tusc. 1. A uitijs abstinere. Cic. Ab ijs maxime abstinēt uitijs. Vitia declinare, uel effugere. Off. 1. Vitio carere. Fam. 6. A uitio abesse. ad Heren. 4. Vitiū ponere. de Orat. 3. Vitium alicui in bonum conuertere. in Brut. Viciosus: id est, uitijs plenus, deprauatus. ad Att. 1. Vitiositas. Tusc. 4. Vitium interdum ad augurium & auspiciorū rationem pertinet. etenim quod in augurijs, uel auspicijs inauspicatè fit, id etiam uitio fieri dicunt Latini. de Diuinat. 1. Dicebatur autem in augurijs uitijs obuenire, scilicet quod obnuntiandi argumentum dabat. Philip. 2.

Vituperare,

Est crimini uel culpae dare, uel de dignitate & autoritate alicuius detrahere, uel deformare. Fam. 5. inde Vituperatio. Philip. 12. Et dicimus, In uituperationē adducere.

ducere.in Verr. Act.5. Cadere.ad Att.14. Venire, ad Att.6. Vituperationem subire.ad Att.14. Vitare, uel effugere. de Orat.2. Vituperatione liberare. de Arusp. resp. Vituperator. Fam.7. Vituperabilis. de Finibus 3.

Viuere,

Pro uigere. de Orat.2.

Vlcisci.

Est uindicare, iniuriam persequi, uel pœnas expetere commißi flagitij. Et non solum nos ulcisci, sed etiam alios dicimur, id est, alijs illatam iniuriã persequi. Vlciscimur etiam hostem, à quo pœnã expetimus: uel rem ipsam, quæ nos iniuria affecit. Trifariam igitur distinguendũ est, scilicet, ut nos ipsos ulciscamur, uel alios: at id dupliciter. nimirum uel ut in bonam partem, uel in malam partem ponatur. In malam partem positum, generatim est iniuriam persequi, pœnam expetere, uel gratiam referre. In bonam partem sumptum, significat alius iniuria affecti, & læsi uicem ipsam uindicare. Ad nos pertinens. Fam.12. Ad alios, idq; in malam partem. Fam.1, & 12. In bonam. Fam.1. inde Vltor, qui est uindex, uel punitor. Fam.2.

Vltro.

Nescio qd aduerbialis soni, et proprietatis magis, q̃ Spõte habere uidetur, cũ quasi neutrũ est: id est, cũ neq; ad primã, neq; ad secũdã personã refertur. Fã.7. & Vltro citroq; dicimus. in Verr. Act.7. Qua in re Valla taxatur.

Vltima urbs,

Pro ultima parte urbis, uel pro remotiori & longinquiori urbis loco.pro Mur.

Volumen,

Est liber, in quo scripta quælibet continentur, quod à uoluendo dictum tradunt: quoniam maiores in libris arborum, id est, corticibus scripta sua, quo ea ferrent cōmodius, complicabāt, ideoq; Volumina appellata sunt. Fam. 3. *In uolumen referre.* Famil.16. *Volumen efficere, uel condere.* Fam.9. & Tusc.3.

Voluntas

Sine ulla studij, aut beneuolentiæ propēsione aliquando est. neq; pro libidine, aut animi impetu ponitur: sed planè pro instituto, uel sententia, & consilio, pro Flac. *In uoluntatem adducere.* Cic. *Pompeium adduxi in eam uoluntatem, ut mihi salutem imperij adiudicarit. Voluntatem suscipere.pro* Font. *In uoluntate esse. contra* Rull. *Ad uoluntatem incumbere. ad* Att.1. *Voluntatem mutare.* Fam.1. *Voluntatē abijcere. de* Orat.2. & *Voluntas interdū, ut animus, pro beneuola animi inductione à Latinis ponitur, interdum pro cōsilio & mente.* Fam.5.& 6. *Inde dicimus, Voluntatem conciliare. ad* Att.1. *Ad aliquem accedere.* Terent. *Volūtas uestra si ad poëtam accesserit. Conferre in aliquem.* Fam.13. *Profiteri: id est, deferre, uel conferre.* Fam.10. *Habere.* Fam.6. *Declarare.* Cic. *In qua & uirtutem, & uoluntatem*

tatem suam declarent. Præstare. Fam.1. Emetiri. Cic. *Ego autem uoluntatẽ tibi profecto emetiar.* Conseruare. Fam.5. Retinere. Cic. *Voluntatem quam semper habuistis erga me, retineatis peto.* Voluntates conglutinare. Fam.11. Vel copulare. Fam.3. In uoluntate esse. Fam.5. Remittere de uoluntate. Cic. *Sed persuade tibi de uoluntate puopria mea nihil esse remissum.* Voluntatem mutare. Fam.5. Alienare. Fam.3. Abhorrere. Fam.2. Reconciliare. Fam.1. Recuperare. ad Att.1. Ex uoluntate, pro sponte ponitur. Philip. 8. *Summa alicuius uoluntate facere, id est, aliquo libentißimo.* Et Latini dicũt, *Summa, uel magna, uel singulari omnium uoluntate, pro omnibus libentibus.* ad Att.2. item *Secunda uoluntate alicuius aliquid facere, id est, aliquo perlibente,* dicimus. ad Att.1. Volũtarius, ut *mors uoluntaria, exilium uoluntarium.* Fam.1. Volũtarius planè extra personam. de Nat. Deor.2.

Volutare.

Volutant se propriè porci in luto, uel asini in area. Trãslatè pro uersari, uel exercere se, uel exercitatũ esse. Propriè. Cic. *Frater uolutatus est ad pedes inimicorum.* Translatè extra rem literariam. Fam.9. Ad rem literariam. de Orat.3.

Vox,

Vulgari significato sonum, uel uerbum designat. Accipitur etiam pro famæ & rumoris confirmatione, aut pro assensione

assensione ad rem propositam.Fam.9.

Vrgere

Aliquem,est præmere.de Fato. Ponitur aliquando *pro uexare,uel defatigare.Off.2.* Aliquando re aliqua *maximè niti,uel re aliqua ambitiosè uti, uel rei commodæ occasionem arripere, & in ea totum esse.Fam.7.* Est *etiam impellere uel instare.Off.3.*

Vsucapere,

Verbũ *est iuris,et significat usu meum facere. cui opponi tur,Vsũ amittere.pro* Flac.Idẽ *alibi,*Hæreditas *usucapta.*

Vsurpare,

Propriè,*in usum capere.id uero dupliciter,scilicet,uel dicto.Off.2.* Vel *facto: & significat uti, uel occupare.* Famil.5. *inde* Vsurpatio. *in* Verr. Act.7.

Vsu capio,

Ab usu dicitur, acquisitio,siue adiectio dominij,per cõ tinuationem possessionis longi temporis, definiti, ut puta triginta, aut quadraginta annorum, si res immobilis sit, quã possidemus:itẽ triũ annorũ,si res mobilis sit.pro Cec.

Vsus

Q*uadrifariã ponitur, pro consuetudine uel familiari tate:ut,*Mihi *cum eo magnus,uel summus usus est.*Fam.9. Vel *pro exercitatione atq; tractatione.* Vel *adiectiuè: ut,* Tibi *quod petis,dicam,cum usus fuerit.*Quarto *pro ea re accipitur, quæ uel commoda,uel utilis, uel necessaria est,*

uel

uel pro utendi actu. Fā. 9. Vsum facere. de Nat. Deor. 2. Vsui esse. Fam. 13. Ex usu esse. Tusc. 4. Vsum habere, pro Vsum percipere. Off. 2. In usu eße. de Amic. Vsitatum appellant Latini, quod in usu, uel peruulgatum est. Et semper ad rem pertinet, nunquam ad personam. Fam. 4.

Vsus fructus,

Dicitur, cū res aliqua nō nostra est, sed perinde ex ea fructū atq; utilitatē capimus, ac si nostra esset. pro Cecin.

Vti,

Est usum habere, usurpare, adhibere. Et utimur tā personis, quàm rebus. Et uel ablatiuum habet, uel accusatiuum. Fam. 1. 2. 5. 6. & 7. & 13. Paßiuè. Off. 1.

Vtilitas,

Est fructus, uel emolumentum. de Orat. 1. Vtilitati seruire. ad Q. Frat. Ad utilitatē referre. Fam. 3. Vtilitatem habere dicitur res, quæ utilitatē adfert. pro Mur. Vtilitatem adferre. Off. 1. Vtilitatem omittere. Off. 3. Vtiliter. Off. 1. & Vtilis est fructuosus, uel frugifer. uel Vtile dicitur, quod habet utilitatem, quod expedit, uel conducit. Ac sine casu ponitur. Off. 3. Vel cum datiuo. Famil. 9. Vel cum accusatiuo, cum præpositione Ad. Off. 3.

Vulgare,

A uulgò uenit: quod nomen turbam, & multitudinem significat.

significat.pro Mur. Ponitur etiam eleganter, cùm dicimus per cõtemptum Vulgus imperitorum, patronorũ, seruorum. de Orat. 3. A uulgo alius est loquendi modus perelegãs, scilicet In uulgus: id quod multa uerba recepit, & nonnulla etiam nomina. Tribuere in uulgus. Fam. 13. Gratũ in uulgus, id est, gratũ uulgo. ad Att. 2. In uulgus ignotus. ad Att. 9. In uulgus exire, uel emanare pro Rosc. Amer. In uulgus loqui. Off. 2. Valere in uulgus. Tusc. 2. Commendatio in uulgus. Tusc. 5. Retinere nomen in uulgus. de Diuinat. 2. Indicare in uulgus. de Vniuers. Vulgi adiectiuũ est, Vulgaris: id est, popularis, quotidianus, peruagatus, & communis. Fam. 2. Vulgariter. Fam. 13. Vulgò etiam, quod est passim, uel populariter. ad Att. 1. Et inde fit, Vulgare, quod est in uulgus dare, quasi commune omnibus facere. Vnde meretrix uulgare corpus dicitur. pro Flacco.

Vulnus.

Cic. Aesculapius primus uulnus obligauisse dicitur. Translatè significat calamitatem, damnum, exitium, uel perniciem. Fam. 4. & 5. Vulnus imponere. ad Att. 1. Vulnus inurere, uel infligere. Philip. 2. Vulnere percuti, pro calamitate affligi. in Acad. Vulnus accipere. Famil. 11. Vulnus sanare. ad Att. 5.

EPITOMES

EPITOMES COMMENTARIORVM STEPH. DOLETI pars altera, qua Similia, affiniaq; uerba, eorumq; contraria, eodem quo ipsi autori ponere uisum est, ordine continentur.



MARE
adamare
redamare
deamare
Diligere
Obseruare
Colere
excolere
Charum habere

Habere loco uel in loco, { *filij* / *fratris* / *patris,* / *&c.* }

Esse fratris { *loco* / *in loco* }

In locum patris alicui succedere
Esse alicui / *Habere* } *aliquē in maioribus*
Amplecti
amplexari
Complecti
Dissuauiari
Ferre / *Esse* } *in oculis*

Vti aliquo { *familiariter* / *multum* / *plurimum* / *libenter* }

Amicitia,
Amor

amores

amores
Deliciæ
Charitas
Pietas
Beneuolentia
Animus
Voluntas
Obseruantia
Fides
Coniunctio
Consuetudo
Necessitudo
Familiaritas
Vsus
Animi inductio.

Amicus

Studiosus
Cupidus
Coniunctus
Charus
Iucundus
Suauis
Familiaris
Necessarius
Intimus
in intimis
ex intimis
De meis / tuis / suis unus
Alter ipse.

Conciliare

In amicitiam adducere
Amicitiã inter aliquos constituere
Adiungere
Coniungere
Aggregare
Congregare
Copulare
Colligare
Ponere / Constituere in gratia
Ponere in gratiam.

Alienare

Abalienare
Mutare
immutare
Disiungere
seiungere
Remouere se ab aliquo

A se

A se deficere
Offendere
Exulcerare
Lædere
Irritare
Lacessere.

Alienus

Alienatus
Offensus
Infensus
Iratus
Exulceratus }
Saucius }
Læsus } *animus*
Irritatus }
Lacessitus. }

Offensa

Offensio
Offensum.

Placare

Mitigare
Lenire
Delere
Reconciliare.

Placabilis

Exorabilis.

Implacabilis

Inexorabilis.

Gratia

Concordia
Studium.

Officium

Beneficium
Meritum.

Beneficiarius

Beneficus.

Mereri

promereri
commereri.

Obligare

Obstringere
Astringere
Deuincire.

Nexus

Nexum
Nomina
Ratio
Rationes
Aes alienum.

Aerati

obærati.

Aduersaria

Codex
Tabulæ
Reliqua
Versura.

Acceptũ referre

Expensum ferre.

Liberalis

Munificus
Beneficus
Largus
Benignus
Prolixus.

Liberalitas

Largitio
Largitas
Benignitas
Beneficentia.

Liberaliter

Largiter
Benigne
Prolixe.

Dare

Donare
Largiri
Munerari
Ornare
Augere
Amplificare.

Iuuare

Adiuuare
Opem { *ferre* / *afferre* }
Opitulari
Auxiliari
Subuenire
Succurrere
Adesse
Præsto esse
Tueri
Tutari
Respicere
Tegere
protegere
Defendere
defensitare
Seruare

conseruare
Custodire
Sustinere
Sustentare
Propugnare.

Munus

Donum
Donatiuum
Congiarium
Ornamenta
Respectus.

Adiutor

Defensor
Propugnator
Conseruator
Tutator
Tutor
Vindex
Custos
Patronus
Parens.

Auxilium

Defensio
Propugnatio
Tutela
Adiumentum
Patrocinium
Præsidium
Firmamentum
Subsidium
Suppetiæ
Profugium
Perfugium
Portus
Receptus.

Confugere

Conferre se.

Mederi

Sanare.

Medicina

Remedium.

Debere

Debitio.

Gratus

Memor.

Ingratus

Illiberalis.

Gratis

Ingratis
Illiberaliter.

Soluere
Perſoluere
Satisfacere
Reſpondere
Remunerare
remunerari
Compenſare.

Satis habere
Contentus.

Satisfactio
Remuneratio
Compenſatio.

Epiſtola
Literæ
Faſciculus epiſtolarum.

Nuncius
Internuncius
Tabellarius
Pueri.

Scribere
Reſcribere
Certiorem facere
Significare
Significationem { facere / dare / habere.

Declarare
Oſtendere
Demonſtrare
Deferre
Perferre
Afferre.
Nunciare
denunciare
renunciare.

Exponere
Explicare
Indicare
Explanare
Exprimere
Tangere
Attingere.

Narrare
Perſequi
Conſectari
Exequi uerbis
Recitare
Aperire
Patefacere
Illuſtrare
Illuſtrem facere
Percurrere

de-

decurrere
Loqui
Garrire.

Audire

Dare aures alicui
Exaudiri
Inaudire
Intelligere
Accipere
Auditionem } accipere.
Auditione. } accipere.

Auditum

Auditio
Audientia
Cognitio
Notitia
Notio
Intelligentia
Exploratum
Certum
Cognitum
Notum
Perspicuum
Perspicuitas
Decursum } animo.
Percursum } animo.

Perspectum
Testatum
Incertum
Suspensum

Habere

Cognoscere
Notitiam habere.

Scire

Rescire
Intelligere
Perspicere
Exploratũ esse, uel habere
Pro explorato esse
Certum { esse
Certum { habere
Pro certo habere

Ignorare

Nescire
Dubitare
Addubitare
In dubium { uocare
In dubium { uenire.
Dubium facere

Ambigere

Pendere animi

Celare
Celari
Fugere
effugere
Fallere
Latere
Hoc me præterit
Clam me est.
Clam habere,

Ignoratio

Ignarus
Nescius.
Dubium
Dubitatio
Scrupulus
Aestus
Ambiguum
Clanculum.

Prætermittere

Omittere
Mittere
Præterire
Transire
Transilire.

Silere

Silentio præterire
Transire
Præteruehi.
Tacere
reticere
Securum esse
Tacitum ferre
Missum facere
Dimittere.

Silentium

Taciturnitas
Tacitus
Tacitum
Reticentia
Missio

Quærere

Requirere
Exquirere
Explorare
Expiscari
Contari
Percontari
Scitari
Sciscitari
Indagare
Inuestigare
Inuestigatio

Inue-

Inuestigator
Odorari
Odorare
Odor
Olfacere
Scrutari
Elicere
Spes
Confidentia
Fiducia
Desperatio.
Sperare
Confidere
Desperare
Diffidere.
Confisus
Fretus
Confidens
Negotiari
Negotiatio
Negotiator
Negotiosus
Negotium
Occupatio
Res
Cura
Curatio
Studium
Opera
Diligentia
Sedulitas
Industria
Vigilia
uigilantia
Labor
Sollicitudo
Sollicitatio
Perturbatio
Motus
Anxietas
Angor
Acerbitas
Molestia
Dolor
Mœror
Luctus
Aegritudo
Tristitia
Lachrymæ
Fletus
Gemitus
Molestus

Molestum
Grauis
Graue
Grauatè

Occupatus

Distentus
Districtus
Occupari
Distringi
Distineri
Impedire
Interpellare
Expedire
Explicare
Curare
Antiquum { esse / habere
Studere
Frigere
Operari
Vigilare
Euigilare
aduigilare
Laborare
Sollicitare
Conturbare
perturbare
Mouere
commouere
Tangere
Percelli
Percuti
Angere
angi
Angere se animi
Distringi

Cruciare

Excruciare
discrutiare
Torquere
Conficere
Exercere
Mordere
Pungere
Exanimare

Dolere

Mœrere
Lugere
elugere
Gemere
Flere
deflere

Grauari

Gaudium

Lætitia
Hilaritas
Alacritas
Gratulatio
Hilaris
Alacris
Lætus

Gaudere

Lætari
Lætificare
Exultare
exultantius
Triumphare
Gestire
Adhinnire
Gratulari
Congratulari
Gratificari

Gratum

Iucundum
Amabile
Lætum
Hilare

Suaue

Respublica

Senatus
Magistratus
Honor
honores
Officium
Partes
Munus
Munia
Ambitus
Petere
petitio
Competitor
Comitia
Suffragia
Suffragatio
Repulsa

Præteriri

Habere rationem

Nomen

Fama
Existimatio
Dignitas
Dignari

dignatio
Amplitudo
Autoritas
Maiestas
Gratia
Gratiosus
Popularis
Populariter
Valere
Posse
Honorare
Honorarium
Honestare
Cohonestare
Honeste
Honestas
Honorificus
Honorificè
Nobilitare
Illustrare
Illuminare
Honor
honestus
Pondus
Momentum

Splendor
Claritas
Nominis celebritas
Nobilitas.
Nobilis
Insignis
Insignitus
Clarus
Illustris
Gloriosus
Inglorius
Nouus
Homo à se ortus
Ignobilis
Obscurus
Nouitas
Ignobilitas
Decus
Gloria
Flos
Regnum
Celebritas
Florere
Vigere
Viuere
Regnare

In cælo

In cœlo esse
Digito cœlum attingere
Aequare
Adæquare
Exæquare
Aequatio
Aequalitas
Aequalis
Aequabilis
Aequaliter
Aequabiliter
Aequè

Excellere

Superare
Præstare
Pluris esse
Antestare
Anteire
Antecedere
Præcedere
Antecesse
Antecellere
Præcellere
Excellentia
Præstantia
Primæ

Princeps locus
Principatus

Comparare

Conferre
Anteponere
Anteferre
Præferre
Primas { dare / ferre / deferre / tenere
In principibus esse
Principẽ locũ { tenere / obtinere

Superior

Primarius
Primores
Princeps
Principalis
Deus
Diuinus

Par

Accedere
Parem esse

Inferior

Inferior
Infimus.
Posterior
Postremus
Secundarius.
Inuidia
Inuidentia
Odium
Maleuolentia
Inimicitiæ
Simultas
Obtrectatio
obtrectator
Detrectatio
Insectatio
Aculei
Stomachus
Bilis
Ira
Iracundia
Indignatio
Inuidiosus
Odiosus
Maleuolus
Maleuolētia { *suffusus* / *infuscatus.*

Inuidus
Aemulus
Inimicus
Maleuolus
Hostis
Emissarius
Inuidere
Obtrectare
Detrahere
Aemulari
Disrumpi
Odisse
Oppugnare
Inuehi
Inuadere
Incurrere
Irruere
Insectari
Consectari
Insequi
Persequi
Lædere
Violare
Pungere
Repungere
Tangere

Lacessere
Irritare
Tentare
Incendere
Stomachum facere / mouere.
Stomachari.

Irasci
Indignari
Exardere
Excandescere
Fremere.

Iniuria
Contumelia
Ignominia
Conuicium
Maledictum
Maledictio
Probrum

Vituperare
Maledicere
Maculare
Notare / Notam inurere / subire.
Turpare
Turpificare
Desidere
Labefactare
Deformare.

Vituperatio
Macula
Nota
Turpitudo
Labes
Deformitas
Infamia
Dedecus
Indignitas
Indignum
Importunitas
Flagitium
Scelus
Facinus
Nequitia
nequiter

Vituperator
Vituperabilis
Maledicus.

Turpis
Deformis

Infamis

Infamis
Indignus
Importunus
Flagitiosus
flagitiose
Scelestus
Sceleratus
Scelerosus
Facinorosus
Profligatus
Perditus
Proiectus
Nequam
Nefarius.

Criminari

Vitio { *dare* / *uertere.* }

Fraudi esse.

Crimen

Criminatio
Maleficium.

Criminosus

Maleficiosus.

Vitium

Vitiosus
Vitiositas
Culpa
Noxa
Noxia
Peccatum.
Erratum
Error
Delictum
Offensio.

Peccare

Errare
Aberrare
Delinquere

Delictum { *committere* / *admittere.* }

Committere
Merere
Hallucinari
Titubare
Vacillare
Claudicare
Labi
Offendere.

Cor-

Corrigere
Castigare
Punire
puniri
Coërcere
Mulctare
Mactare
Animaduertere
Parentare.

Mulcta
Mulctatio
Animaduersio
Supplicium
Exemplum
Pœna
Cruciatus
Tormentum
Carcer
Ergastulum
Vincula
Custodia.

Opinio
Existimatio
Sententia
Iudicium
Sensus.

Sentire
Iudicare
Dijudicare
Existimare
Putare
Arbitrari
Ducere
Opinari
Reputare
Aestimare
Exputare
Reri.

Probare
Improbare
Probari
Fidem facere
Approbare
Comprobare.

Probatus homo
Probator
Probatio
Approbatio
Probabilis
probabilitas.

Acci-

Accipere

Placere
Videri
Libére
Libitum } *esse*
Collibitum }
Ratum { *esse* / *habere.*
Irritum { *esse* / *habere.*
Nullum esse.
Assentire
Assentiri
Assensor
Assensio
Assensus
Ire } *in*
Discedere } *in*
Cõsentire } *in*
Consensus
Consensio
Consensionem facere
Consentaneus.

Conuenire

Respondere
Stare
Constare
Facere
Congruere
Concordare
Cohærere.

Assentari

Assentatio
Assentator
Seruire } *auribus.*
Dare }
Adulari
Adulatio
Blandiri
Eblandiri
Blandus
Blanditia
Blandimentum
Blande.

Conspirare

Conspiratio

Con-

Coniurare
Coniuratio
Coniuratus
Coire
Coitio.

Sequi

Sectari
Imitari
Spectare
Dare se alicui
Suffragari
Studere
Fauere
Addicere
Plaudere
Plausus
Applausus
Plausibilis.

Secta

Hæresis
Pars
Fauor.

Fautor

Propitius
Deditus
Addictus
Propensus
Arridere
Admurmuratio.
Subscribere
Subscriptor
Subscriptio.

Dissentire

Discrepare
Discordare
Dißidere
Controuersari
Abhorrere
Alienum esse
Abesse
Remotum esse
Auersari.

Dissensio

Discrepantia
Discors
Discordia
Dißidium
Controuersia
Controuersus
Remotus
Alienus

Auerſus.

Intereſſe

Differre
Diſtare
Diſsimilitudinem { à
habere } cum.

Differentia

Diſtantia
Diſsimilis
Diſsimilitudo
Diſpar
Diſparilis

Aduerſari

Repugnare
Refragari
Reclamare
Obſtrepere
Obloqui
Exſibilare
Explodere
Contradicere
Contrauenire
Reſiſtere
Obſiſtere
Obſtare
Occurrere
Intercedere
Interponere
Intendere

Aduerſarius

Aduerſus
Aduerſum
Contrarium
Repugnantia
Repugnanter
Reclamatio
Interceßio
Interceſſor.

Vetare

Prohibere
Impedire
Impedimentum.

Cauſa forenſis

Lis
Litigium
Litigioſus.
Iudicium forenſe
Præiudicium
Cauſæ actio
Iudicatus,us,ui.
Iudicatio

Iudi-

Iudicatum
Iudiciarius
Iudicialis..

Litigare

Iudicare
Præiudicare.
Sententia iudiciaria
Ius
Summum ius
Iustitium
Iurisdictio
Forum
Rostra
Curia
Subsellia
Tribunal
Dica
Actio.

Diem dicere

Citare
Quærere.

Quæsitor

Quæstor
Quæstio.

Aduocatus
Aduocatio.
Patronus
Patrocinium.
Iudex.

Quærere pro disputare

Differere
Contendere
Rixari
Iurgare
Disceptare
Disputare
Decernere
Certare
decertare
concertare
Pugnare
Præliari
Digladiari
Argumentari
Altercari

Contentio

Rixa
Iurgium

Disceptatio
Disputatio
Certatio
decertatio
concertatio
Certamen
certatim
Altercatio

Suspicio

Suspiciosus
suspiciose
Suspectus
Coniectura
Coniector
Augurium
Augur
Auguratus
Auspicium
Auspicatò
Inauspicatò
Omen
Obnunciatio
Prædictio
Prædictum
Præsensio
Præsagitio
Portentum
Ostentum
Monstrum
Prodigium
Ariolatio
Ariolus
Diuinatio

Suspicari

Conijcere
Augurare
Augurari
inaugurare
Inaugurari
Auspicari
Ominari
Seruare de cœlo
Obnunciare
Prædicere
Præsentire
Præsagire
Portendere
Vaticinari
Ariolari
Diuinare.

Videre

Prouidere

Prænoscere
Prouidus
Prouidens
Prouidentia
Prouidenter.
Prudens
Prudentia.

Animaduertere

Animum aduertere
Attendere
Notare
Percipere.
Attentus
Attentio
Attente
Cernere
Cernere { animo / mente.
Prospicere
Circumspicere
Dispicere.

Seruire

Inseruire
Consulere
Cauere
Cautio
Cautus
Cautè
Rationem habere
Ratiocinari
Ratiocinator
Consilium.

Consulere

Pro consilium ab aliquo petere.
Consulens
Consultor
Consiliarius.
Conciliari
Consultus
Consultum
Senatusconsultum
Consultò.
Consultare
Consultatio.
Conferre capita.
Deliberare
Deliberatum
Deliberatio.
Statuere

Constituere
Instituere
Decernere
Certum esse.

Institutum

Solenne
Propositum
Animus
Voluntas
Mens.
Cogitare
Cogitatum
Cogitatio
Excogitare
Excogitatio
Animo agitare
Considerare
Consideratus, Cōsideratio.
Contemplari
Contemplatio
Lustrare animo
Meditari
Præmeditari
Meditatus
Præmeditatus
Meditatio
Præmeditatio
Commentari
Commentatio
Ruminatio.

Monere

Commonere
Admonere
Cōmonefacere
commonefieri
Monitio
Admonitio
Monitum
Admonitum
Admonitus, us, ui.
Monitor
Admonitor.
Hortari
Adhortari
Cohortari
Hortator
Hortatio
Cohortatio.

Suadere

Persuadere
Persuasum.

Sua-

Suasor
Autor
Suasio
Suasus.

Dehortari

Dissuadere
Dissuasor
Dissuasio.

Inuitare
Inuitatio
Inuitatus,us,ui.
Inuitamentum

Allicere
Illicere
Illicium
Illecebræ

Pellicere
Allectare
Prolectare
Excitare
Incitare
Incitatio
Concitare
Concitator
Instigare
Instinctus,a,um.
Instinctus,us,ui.

Impellere
Impulsor
Impulsus
Impulsio

Stimulare
Stimulator
Stimulus

Vrgere
Instare
Acuere
Exacuere

Aculeus
Acumen.

Calefacere
Incendere
Inflammare
Afficere
Mouere
Commouere.

Persuadeas tibi uelim

Fac existimes
Ita uelim existimes
Ita te existimare uelim
Credas hoc mihi uelim

Crede mihi
Animum inducas uelim
Caue putes
Caue existimes.

Adducere

Adduci
Duci
Inducere
Induci.

Animum inducere

In animum inducere
Credere
Credulus
Credulitas
Fidem habere
Audire
Audiens dicto
Auscultare

Obsequi

Parére
Obedire
Morem gerere
Morigerari
Obtemperare
Obsecundare
Annuere
Obsequium
Obedientia.

Indulgere

Permittere
Concedere
Indulgentia
Indulgenter
Permißio
Concessum
Concessus,us,ui.

Dare

Tribuere
Largiri
Attribuere
Deferre
Aßignare
Aßignatio
Ascribere
Ascriptitius
Adiudicare.

Licere

Integrum } *esse.*
Solutum } *esse.*
Liberum } *esse.*
Licet

Etsi

Etsi
Tametsi
Quanquam
Quamuis
Licentia
Licentior
Licenter
Sponte
Vltrò
Suapte
Vltro,citroq;
Libente aliquo
Voluntate
Secunda uoluntate
Voluntarius
Ex animo
Arbitrium
Arbitrio { meo
Arbitratu { tuo
{ suo.
Inuitus
Inuitè.
Flectere
Inflectere
Deflectere
Deducere

Abducere
Traducere
Auocare
Reuocare
Seuocare
Disiungere
Disiunctio
Dissociare
Vitare
Deuitare
Euitare
Vitatio
Deuitatio
Fugere
Effugere
Effugium
Subterfugere
Declinare
Declinatio
Transire
Præterire
Elabi
Abesse
Decedere.
Tempus
Spacium

Momentum
Punctum } temporis.
Vestigium
Euestigio
Extemplo
Tempestas
Tempestiuitas
Tempestiuus
Tempestiue
Intempestiuus
Intempestiue

Dies

Dies legitimi
Stati
Iusti
Præliares
Diurnus
Diuturnus
Diutinus
Diuturnitas.
Hodie
Hodiernus.
Quotidie
Quotidianus.
Heri
Hesternus
Cras
Crastinus.
Pridie
Postridie
Posterus dies
In posterum
Perendie
Perendinus dies
Comperendinare
Procrastinare
Nudiustertius
Nudiusquartus
Nudiustertiusdecimus
Nudiusquartusdecimus
Diu, Diutius, Diutissime
Interdiu
Iandiu
Tandiu
Quandiu
Aliquandiu
Biduum
Triduum
Quatriduum.

Lux, Luci, Luce

Lucere

Lucescere
Dilucere
Diluculum
Illucescere
Elucere
Prælucere.

Lumen

Luminare.
Meridies
Meridianus
Antemeridianus
Pomeridianus
Meridiari
Meridiatio.

Vesper

Vespera
Vesperum
Vesperi
Vespertinus
Aduesperascere.
Sero
Nox, Nocturnus
Pernoctare
Tenebræ
Tenebricosus
Caligo
Caliginosus.

Mane

Benè } mane.
Multò

Matutinus

Hora

Horologium

Mensis

Calendæ
Idus
Nonæ.

Annus

Annuus
Annalis
Anniuersarius
Perennis
Perennitas.

Solennis

Status
Quotannis
Biennium
Triennium
Quadriennium.

Iter

Via Actus

Viator

Viator
Viaticum
Proficisci
Ire
Adire
Profectio
Itio
Itus
Aditus
Vadere
Petere
Tendere
Contendere
Intendere
Conferre se
Commeare
Concedere aliquò
Peregrinari
Peregrinator
Peregrinus
Peregrinatio
Peregrinitas
Peregre
Ambulare
Spatiari
Deambulare.
Inambulare
Incedere
Gradiri
Ingredi
Progredi
Prætergredi
Transgredi
Præteruehi
Procedere
Ambulatio
Spacium
Incessus
Gradus
Gressus
Gradatio
Gradatim
Ingressus, us, ui.
Ingreßio
Progressus, us, ui.
Progreßio
Transgreßio
Processus
Pergere
Maturare
Properare
Approperare

Celerare
Accelerare
Festinare
Maturè
Præmaturè
Præmaturus
Properatio
Properatum
Properus
Præproperus
Propere
Celer
Celeritas
Celeriter
Festinus
Festinatio
Festinanter
Accurrere
Aduolare
Appropinquare
Aduentare
Appropinquatio
Aduentus
Accedere
Appellare
Accessus
Accessio
Appulsus
Applicare
Applicatio

Aspirare

Obrepere
Irrepere
Adrepere

Venire

Deuenire
Aduenire
Aduentitius
Peruenire
Tangere
Intrare
Introire
Introitus
Præsto esse
Obuius
Obuiam
Occurrere
Occursatio
Adesse
Præsens
Præsentia

imprasentia

Impræsentia
impræsentiarum
Coràm
Ante oculos
In oculis
Intereſſe
Abeſſe
Abſens
Abſentia
Couertere ſe
Recipere
Receptus
Abire
Abitus
Abitio
Diſcedere
Diſceſſus
Diſceßio
Decedere
Deceßio
Excedere
Exceſſus
Recedere
Receſſus
Secedere
Seceßio
Seceſſus
Digredi
Digreſſus
Digreßio
Egredi
Egreſſus
Exire
Exitus
Migrare
Emigrare
Demigrare
Semigrare
Commigrare
Immigrare
Migratio
Euolare
Præteruolare
Excurrere
Tranſcurrere
Præcurrere
Decurrere
Percurrere
Excurſor
Excurſio
Vagari
Euagari.

Peruagari

Peruagari
Peruagatus
Diuagatus
Vagus
Peragrare
Peragratio
Peruadere
Euadere

Fugere

Aufugere
Profugere
Transfugere

Fugitiuus

Fugitiuarius
Fugax
Fuga
Fugare
Vertere terga
Solum { *uertere* / *mutare* }
Exulare
Exul
Exilium
Extorris
Eiectus
Sacer homo

Redire

Reditus
Reditio
Reuenire
Reuertere
Reuerti
Reuersio
Recurrere
Remigrare
Referre se
Repedare
Referre pedem
Visere
Inuisere
Interuisere
Reuisere
Visitare
Ventitare
Interuenire
Interuentor
Interuentus
Frequentare
Videre
Habere
Congredi
Congressus
Congressio

Congreßio
Conuenire

Loqui

Colloqui
Colloquium
Collocutio
Verba facere
Sermocinari
Sermo
Oratio
Sermonem } *habere*
Orationem }
Conferre
Communicare
Communicatio
Communitas
Communio
Communis
Communiter
Participare
Participem facere
Partire
Partiri
Impertire
Impertiri
Particeps
Socius
Societas
Comes
Consors
Conscius
Conscientia
Testis
Testatus
Testificatio
Testimonium
Testari
Attestari
Contestari
Testificari

Tenere, Teneri

Retinere
Ne te diutius teneam
Ne plura
Ne multa
Ne multis
Quid multa
Ne longus sim
Ne longum sit
Ne longum faciam
Ad summam
In summa

Quid

Quid quæris?

Detinere

Tardare

Retardare

Retardatio

Morari

Demorari

Remorari

Commorari

Commoratio

Mora.

Sedere

Conſidere

Subſidere

Reſidere.

Siſtere ſe

Subſiſtere

Inſiſtere

Reſiſtere

Conſiſtere.

Manere

Manſio

Remanere

Remanſio.

Habitare

Habitator

Habitatio

Habitabilis.

Incolere

Accolere

Incola.

Verſari

Diuerſari

Diuerſor

Diuerſorium

Tabernaculum

Domicilium

Hoſpitium

Sodalitium

Contubernium.

Hoſpes

Hoſpitalis

Sodalis

Contubernalis

Aduena

Conuena.

Expectare

Expectatus

Expectatio

Opperiri

Præſtolari

Cunctari
Cunctator
Cunctatio
Cunctanter.

Mouere

Commouere
Diſcedere.

Ociari

Quieſcere
Requieſcere
Conquieſcere
Acquieſcere
Tranquillare
Vacare
Feriari
Ceſſare
Remittere
Intermittere
Prætermittere
Omittere
Mittere
Superſedere
Deſinere
Deſitum eſt
Deſiſtere

Ocium

Ocioſus
Ocioſe
Quies
Requies
Quietus
Quietè
Tranquillus
Tranquillitas
Tranquillè
Vacatio
Vacuus
Vacuitas
Feriæ
Feſtus
Ceſſator
Ceſſatio
Remiſſus
Remiſsio
Remiſſe
Intermiſsio
Deſitus.

Dormire

Indormire
Oſcitare
Oſcitanter

Pigrari
Languere
Hebeſcere
Hebetare.
Serus
Serò
Tardus
Tarde.
Negligens
Negligenter.
Lentus
Lente
Piger
Segnis
Deſidioſus
Deſes
Socors
Veternoſus
Languidus
Deſeſſus
Hebes.
Tarditas
Negligentia
Indiligentia
Indiligenter
Lentitudo
Pigritia
Segnities
Segnitia
Deſidia
Socordia
Veternus
Langor
Literæ.
Literatura
Studia
Ars
Artificium
Solertia
Inertia
Literatus
Literatè
Illiteratus
Studioſus
Studioſè
Artifex
Artificioſus
Artificioſe
Solers
Solerter
Iners
Diſciplina

De industria
Data } opera.
Dedita }
Consultò
Inconsultò
Improuisò
De improuiso
Ex improuiso
Improuisus
Temere
Fortuitò
Casu
Scientia
Scitus
Scitè
Inscitus
Inscite
Inscientia
Inscitia.
Inscius
Nescius
Rudis
Rudimentum.
Nescire
Ignorare

Tenere
Callere
Callidus
Calliditas
Callide
Peritus
Peritè
Imperitus
Imperitè
Gnarus
Ignarus.
Exercere
Exercitus
Exercitatus
Inexercitus
Inexercitatus.
Exercitatio
Vsus
Vsitatum
Inusitatum.
Volutare
Industria
Industrius
Industriè
Virtus
Eloquentia

Eloqui
Elocutio
Eloquens
Disertus
Diserte.
Indisertus
Indiserte.
Facundus
Elegans
Elegantia
Eleganter.
Inelegans
Ineleganter
Affabilis
Affabilitas.
Orare
Perorare
Orator
Oratorius
Oratoriè
Oratio
Peroratio.
Dicere
Dictum
Dictio
Dictitare
Dictare
Dictata.
Declamare
Declamitare
Declamator
Declamatio
Declamatorius.
Concionari
Concionator
Concio
Concionalis
Concionarius.
Infans
Infantia.

Scribere

Scriptor
Scriptio
Scriptum
Scriptitare
Conscribere
Excribere
Describere
Descriptio
Conscribere
Perscribere
Perscriptor

Per-

Perscriptio.
Inscribere
Inscriptio.
Componere
Compositor
Compositio
Compositè.
Facere
Condere
Fundere uersus
Lucubrare
Elucubrare
Lucubratio
Excudere
Habere } in manibus.
Esse
Dolare
Edolare
Limare
Limatus.
Elimare
Polire
Politus
Politè.
Expolire

Expolitio.
Perpolire
Perpolitus
Perpolitio
Impolitus
Impolitè
Elaboratus
Illaboratus.
Excolere
Perficere
Perfectus
Perfector
Perfectio
Perfectè.
Conficere
Confectio.
Absoluere
Absolutio
Consumare.

Opus

Liber
Libellus
Librarius
Volumen
Commentarius
Commentarium.

Edere
Emittere
Promere
Promptus
In promptu
Proferre
Vulgare
Diuulgare
Peruulgare.

Exire
Foras dari
Edi
Excidere
Emanare
Apparere
In lucem proferri

Comprimere
Continere
Concerpere
Incidere
Scindere
Conscindere
Abscindere

Monumenta
Vestigia
Reliquiæ
Posteritas, Immortalitas
Immortaliter
Immortalis
Aeternus
Aeternitas
Sempiternus
Perpetuus
Perpetuare
Perpetuitas
Perpetuò
In perpetuum
Semper.

Illustrare
Celebrare
Celebratio
Celebris
Celebritas

Mandare
Prodere
Tradere
Consecrare
Propagare.

Historia
Historicus
Annales

Custo

Custodire { memoria / literis.
Extare
Apparere
Comparere
Existere
Superesse
Superstes
Restare
Durare.

Vetus

Vetulus
Vetustus
Veteranus
Vetustas
Inueteratus
Inueteratio.
Antiquus
Antiquitas
Antiquare
Antiquarius
Priscus
Priscè
Obsoletus
Obsolete
Exoletus
Inueterare
Inueterascere
Antiquare
Obsolere
Obsolescere
Exolescere
Senescere
Consenescere
Euanescere
Exarescere
Deflorescere
Defluere
Decrescere
Cadere
Concidere
Occidere
Occasus
Præcipitare
Præceps.
Ruere
Corruere
Ruina
Ruinosus,
Interire
Interitus

Perire
Deperire
Intermori
Intermortuus
Dilabi.

Memoria

Memor
Memorabilis
Memoriter
Commemorabilis
Commemoratio
Mentio.

Memorare

Commemorare
Meminiſſe
Commeminiſſe
Venire in mentem
Occurrere
Succurrere
Incurrere
Incidere
Recordari
Recordatio
Reminiſci

Ponere / *Proponere* / *Statuere* } *ante oculos, uel in animi cõſpectu.*

Verſari / *Obuerſari* } *ante oculos.*

Inſidere in animis

Herere { *medullis* / *uiſceribus.*

Includere medullis

Obliuiſci

Effluere ex animo
Excidere
Obliuio
Obliuioſus

Fama

Rumor
Vox
Cantilena.

Diſſipare

Iactare
Increbreſcere
Percrebreſcere

In ore { *habere* / *eſſe* / *uerſari.*

Dannum

Damnum
Iactura
Detrimentum
Detrimentosus
Intertrimentum
Dispendium
Incommodum
Difficultas
Malum
Calamitas
Calamitosus
Vulnus
Plaga
Naufragium, Naufragus
Procella, Fluctus, Tēpestas
Incendium.

Pernicies
Exitium
Pestis
Aerumna
Miseria
Acerbitas
Perniciosus
Perniciose
Capitalis
Exitiosus
Exitialis
Pestifer
Aerumnosus
Miser

Incommodare
Incommodatio
Nocere
Nocens
Noxius
Officere
Obesse
Labefactare
Vexare
Vexator
Vexatio.
Agitare
Agitator
Agitatio.
Exagitare
Exagitator.
Iactare
Affligere
Afflictus
Afflictor
Afflictare
Opprimere
Oppres-

Oppressor
Oppreßio
Euertere
Euersor
Euersio.
Conculcare
Perdere
Disperdere
Perditor.
Furari
Fur
Furax
Furtum
Furtiuus
Furaciter
Furtim.
Latrocinari
Latro
Latrocinium.
Prædari
Prædator
Prædo
Præda
Manubiæ
Exuuiæ.
Rapere
Raptus
Rapax
Rapacitas
Rapina
Raptio
Raptiuus
Rapidus
Rapidè
Raptare
Eripere
Præripere
Arripere
Corripere
Abripere
Surripere
Diripere
Direptor
Direptio.
Detrahere
Detractio
Subtrahere
Demere
Eximere
Adimere
Minuere
Minutus

Minutè
Minutatim
Imminuere
Imminutio
Diminuere
Diminutio
Comminuere
Compilare
Compilatio
Expilare
Expilator
Expilatio
Populari
Populatio
Depopulari
Depopulator
Depopulatio
Depeculari
Depeculator
Auferre
Tollere
Extorquere
Spoliare
Expoliare
Dispoliare
Despoliare

Spoliatio
Spolia
Priuare
Priuatio
Priuatus
Priuatim
Orbare
Orbus
Orbitas
Nudare
denudare
enudare
Nudus
Attenuare
Attenuatio
Attenuatè
Extenuare
Extenuatio
Exinanire
Exhaurire
Vastare
Vastatio
Vastitas
Vastus
Vastè
Pellere

Pulsus
Pulsare
Propulsare
Expellere
Expulsor
Expulsio
Depellere
Depulsor
Depulsio
Repellere
Mouere
Dimouere
Amouere
Amotio
Semouere
Remouere
Deturbare
Disturbare
Exturbare
Deijcere
Deiectio
Eijcere
Detrudere
Extrudere
Exigere
Exterminare
Exterminator
Excludere

Amittere

Amißio
Perdere
Deperdere
Carere

Egere

Egens
Egestas
Indigere
Indigens
Indigentia
Tenuis
Tenuitas
Humilis
Humilitas
Pauper
Paupertas
Inops
Inopia
Mendicus
Mendicitas
Paucus
Pauculus
Paucitas

Paulum

Paulum
Paululum
Paulò
Paulatim
Paulisper
Aliquantum
Nonnihil
Rarus
Raro
Exiguus
Exiguitas
Exigue
Exilis
Exilitas
Exiliter
Paruus
Parum
Parumper
Minusculus
Pusillus
Modicus
Modice
Mediocris
Mediocritas
Mediocriter
Penuria

Angustiæ

Deserere

Desertor
Derelinquere
Derelictio
Destituere
Destitutio
Deficere
Defectio
Defectus,us,ui.

Deesse

Desore
Iacere
Abiectus

Respicere

Solari
Solamen
Solatium
Consolari
Consolator
Consolabilis
Consolatorius
Consolatio
Confirmare
Confirmatio
Excitare

Leuare

Leuare
Leuatio
Leuamen
Leuamentum
Alleuare
Alleuatio
Alleuamentum
Subleuare
Releuare
Eleuare
Erigere
Erectus
Extollere
Efferre
Relaxare. Relaxatio
Expedire
Expediri
Expeditio
Expeditè
Explicare
Extricare
Liberare
Liberator
Liberatio
Liber
Libertinus
Libertus
Libertas
Liberè
Vindicare
Vindex
Vindicatio
Vindicta
Asserere
Assertor
Vlcisci
Vltor

Recreare

Sustentare
Reficere
Restituere
Restitutor
Restitutio
Reddere
Instaurare
Instauratio
Instauratiuus
Innouare
Renouare
Renouatio
Redintegrare
Redintegratio

Inter-

Interpolare
Referre
Exoriri
Extollere caput
Exurgere
Emergere
Respirare
Colligere se
Reuirescere
Reuiuiscere
Rediuiuus
Recuperare
Recuperator
Redimere
Redemptor
Redemptio.
Prosper
Prosperitas
Prospere
Secundus
Secundè
Felix
Felicitas
Feliciter
Beatus
Beatitudo
Beatitas
Beatè.
Bonus
Bonum
Bona
Bonitas
Melior
Melius
Meliusculè
Meliusculus
Optimus
Optimè
Optimas
Facultates
Copiæ
Copiosus
Copiosè
Fortunæ
Per fortunas
Opes
Opulentus
Opulentia
Potentia
Potens
Gaza
Diuitiæ

Diues
Diuitior
Ditior
Ditare
Locuplex
Locupletare

Habere

Poßidere
Poſſeſſor
Lucrari
Lucrifacere
Commodare
Poſſeßio
Peculium
Pecunia
Pecunioſus
Nummus
Nummatus
Nummatio
Nummarius
Denarius
Summa
Cenſus
Queſtus
Queſtuoſus
Lucrum

Compendium
Compendiarius
Compendioſus
Commodum
Emolumentum
Fructus
Fructuarius
Fructuoſus
Vtilis
Vtilitas
Vtiliter
Inutilis
Inutilitas
Salutaris
Salutariter
Salubris
Salubritas
Salubriter

Prodeſſe

Conferre
Expedire
Conducere

Quærere

Acquirere
Parare

Comparare

Comparare
Asciscere
Accersire
Adhibere
Afferre
Gignere
Parere
Addere
Additamentum
Adijcere
Adiungere
Adiunctor
Adiunctio
Aggregare
Congerere
Congestus
Inferre
Referre
Refertus
Confertus
Confertim
Affingere
Attexere
Appingere
Coaceruare
Coaceruatio
Aceruus
Aceruatim
Cumulare
Accumulare
Cumulatus
Cumulus
Cumulate
Duplicare
Conduplicare
Conduplicatio
Duplus
Duplex
Dupliciter
Multiplicare
Geminare
Geminatio
Geminus
Amplificare
Amplificator
Amplificatio
Augere
Adaugere
Augescere
Adaugescere

Crescere
Accrescere
Accretio
Concrescere
Concretio
Incrementum
Suppetere
Suppeditare
Suppeditatio

Abundare
Abundans
Abundantia
Abundanter
Abundè
Affatim
Oppidò
Redundare
Redundantia
Affluere
Affluentia
Affluenter
Circumfluere
Diffluere
Superfluere

Vber
Vbertas
Vberius
Vberrimè
Fœcundus
Fœcunditas
Ferax
Fertilis
Fertilitas
Opimus
Magnus, Magnitudo
Magno
Maior
Maiusculus
Maximus
Magis
Maxime
Quàm qui maxime
Vt cum maxime
Magnopere
Maximopere
Quantopere
Tantopere

Magnificus
Magnificentia
Magnificè
Amplus
Amplitudo

Amplè
Amplius
Plus
Plusculus
Plusculum
Plurimus
Plurimum
Multus
Multùm
Multò
Impendio
Longe
Longißime
Multitudo
Multiplex
Immodicus
Ingens
Summus
Grandis
Granditas
Immanis
Insanus
Insania
Nimius
Nimium
Minus

Immensus
Immensitas
Profundus
Infinitus
Infinitas
Infinitio
Infinitè
Interminatus
Inexhaustus
Innumerabilis
Innumerus
Innumerabilitas
Sexcenti,tæ,ta.

Vti

Abuti
Vsus
Abusus
Vsus fructus
Vsura
Vsucapere
Vsucapio
Vsurpare
Vsurpatio
Frui
Potiri

Compos

Eloqui
Elocutio
Eloquens
Difertus
Diferte.
Indifertus
Indiferte.
Facundus
Elegans
Elegantia
Eleganter.
Inelegans
Ineleganter
Affabilis
Affabilitas.
Orare
Perorare
Orator
Oratorius
Oratorie
Oratio
Peroratio.
Dicere
Dictum
Dictio
Dictitare
Dictare
Dictata.
Declamare
Declamitare
Declamator
Declamatio
Declamatorius.
Concionari
Concionator
Concio
Concionalis
Concionarius.
Infans
Infantia:
Scribere
Scriptor
Scriptio
Scriptum
Scriptitare
Confcribere
Excribere
Defcribere
Defcriptio
Confcribere
Perfcribere
Perfcriptor

Per-

Perſcriptio.
Inſcribere
Inſcriptio.
Componere
Compoſitor
Compoſitio
Compoſitè.
Facere
Condere
Fundere uerſus
Lucubrare
Elucubrare
Lucubratio
Excudere
Habere } in manibus.
Eſſe
Dolare
Edolare
Limare
Limatus.
Elimare
Polire
Politus
Politè.
Expolire
Expolitio.
Perpolire
Perpolitus
Perpolitio
Impolitus
Impolitè
Elaboratus
Illaboratus.
Excolere
Perficere
Perfectus
Perfector
Perfectio
Perfectè.
Conficere
Confectio.
Abſoluere
Abſolutio
Conſumare.

Opus
Liber
Libellus
Librarius
Volumen
Commentarius
Commentarium.

Edere
Emittere
Promere
Promptus
In promptu
Proferre
Vulgare
Diuulgare
Peruulgare.

Exire
Foras dari
Edi
Excidere
Emanare
Apparere
In lucem proferri

Comprimere
Continere
Concerpere
Incidere
Scindere
Conſcindere
Abſcindere

Monumenta
Veſtigia
Reliquiæ
Poſteritas, Immortalitas
Immortaliter
Immortalis
Aeternus
Aeternitas
Sempiternus
Perpetuus
Perpetuare
Perpetuitas
Perpetuò
In perpetuum
Semper.

Illuſtrare
Celebrare
Celebratio
Celebris
Celebritas
Mandare
Prodere
Tradere
Conſecrare
Propagare.

Hiſtoria
Hiſtoricus
Annales

Cuſto

Custodire { memoria / literis.
Extare
Apparere
Comparere
Existere
Superesse
Superstes
Restare
Durare.

Vetus
Vetulus
Vetustus
Veteranus
Vetustas
Inueteratus
Inueteratio.
Antiquus
Antiquitas
Antiquare
Antiquarius
Priscus
Priscè
Obsoletus
Obsolete

Exoletus
Inueterare
Inueterascere
Antiquare
Obsolere
Obsolescere
Exolescere
Senescere
Consenescere
Euanescere
Exarescere
Deflorescere
Defluere
Decrescere
Cadere
Concidere
Occidere
Occasus
Præcipitare
Præceps.
Ruere
Corruere
Ruina
Ruinosus,
Interire
Interitus

Perire
Deperire
Intermori
Intermortuus
Dilabi.

Memoria

Memor
Memorabilis
Memoriter
Commemorabilis
Commemoratio
Mentio.

Memorare

Commemorare
Meminisse
Commeminisse
Venire in mentem
Occurrere
Succurrere
Incurrere
Incidere
Recordari
Recordatio
Reminisci

Ponere / Proponere / Statuere — ante oculos, uel in animi cōspectu.

Versari / Obuersari — ante oculos.

Insidere in animis.

Hærere — medullis / uisceribus.

Includere medullis

Obliuisci

Effluere ex animo
Excidere
Obliuio
Obliuiosus

Fama

Rumor
Vox
Cantilena.

Dissipare

Iactare
Increbrescere
Percrebrescere

In ore — habere / esse / uersari.

Dannum

Damnum

Iactura
Detrimentum
Detrimentosus
Intertrimentum
Dispendium
Incommodum
Difficultas
Malum
Calamitas
Calamitosus
Vulnus
Plaga
Naufragium, Naufragus
Procella, Fluctus, Tēpestas
Incendium..

Pernicies

Exitium
Pestis
Aerumna
Miseria
Acerbitas
Perniciosus
Perniciose
Capitalis
Exitiosus
Exitialis
Pestifer
Aerumnosus
Miser

Incommodare

Incommodatio
Nocere
Nocens
Noxius
Officere
Obesse
Labefactare
Vexare
Vexator
Vexatio.
Agitare
Agitator
Agitatio.
Exagitare
Exagitator.
Iactare
Affligere
Afflictus
Afflictor
Afflictare
Opprimere

Oppres-

Oppressor
Oppreßio
Euertere
Euersor
Euersio.
Conculcare
Perdere
Disperdere
Perditor.
Furari
Fur
Furax
Furtum
Furtiuus
Furaciter
Furtim.
Latrocinari
Latro
Latrocinium.
Prædari
Prædator
Prædo
Præda
Manubiæ
Exuuiæ.
Rapere

Raptus
Rapax
Rapacitas
Rapina
Raptio
Raptiuus
Rapidus
Rapidè
Raptare
Eripere
Præripere
Arripere
Corripere
Abripere
Surripere
Diripere
Direptor
Direptio.
Detrahere
Detractio
Subtrahere
Demere
Eximere
Adimere
Minuere
Minutus

Minutè

Minutè
Minutatim
Imminuere
Imminutio
Diminuere
Diminutio
Comminuere
Compilare
Compilatio
Expilare
Expilator
Expilatio
Populari
Populatio
Depopulari
Depopulator
Depopulatio
Depeculari
Depeculator
Auferre
Tollere
Extorquere
Spoliare
Expoliare
Dispoliare
Despoliare
Spoliatio
Spolia
Priuare
Priuatio
Priuatus
Priuatim
Orbare
Orbus
Orbitas
Nudare
denudare
enudare
Nudus
Attenuare
Attenuatio
Attenuatè
Extenuare
Extenuatio
Exinanire
Exhaurire

Vastare

Vastatio
Vastitas
Vastus
Vastè
Pellere

Pulsus
Pulsare
Propulsare
Expellere
Expulsor
Expulsio
Depellere
Depulsor
Depulsio
Repellere
Mouere
Dimouere
Amouere
Amotio
Semouere
Remouere
Deturbare
Disturbare
Exturbare
Deijcere
Deiectio
Eijcere
Detrudere
Extrudere
Exigere
Exterminare
Exterminator
Excludere

Amittere

Amißio
Perdere
Deperdere
Carere

Egere

Egens
Egestas
Indigere
Indigens
Indigentia
Tenuis
Tenuitas
Humilis
Humilitas
Pauper
Paupertas
Inops
Inopia
Mendicus
Mendicitas
Paucus
Pauculus
Paucitas

Paulum

Paulum
Paululum
Paulò
Paulatim
Paulisper
Aliquantum
Nonnihil
Rarus
Raro
Exiguus
Exiguitas
Exigue
Exilis
Exilitas
Exiliter
Paruus
Parum
Parumper
Minusculus
Pusillus
Modicus
Modice
Mediocris
Mediocritas
Mediocriter
Penuria

Angustiæ
Deserere
Desertor
Derelinquere
Derelictio
Destituere
Destitutio
Deficere
Defectio
Defectus,us,ui.
Deesse
Despore
Iacere
Abiectus
Respicere
Solari
Solamen
Solatium
Consolari
Consolator
Consolabilis
Consolatorius
Consolatio
Confirmare
Confirmatio
Excitare

Leuare
Leuatio
Leuamen
Leuamentum
Alleuare
Alleuatio
Alleuamentum
Subleuare
Releuare
Eleuare
Erigere
Erectus
Extollere
Efferre
Relaxare. Relaxatio
Expedire
Expediri
Expeditio
Expeditè
Explicare
Extricare
Liberare
Liberator
Liberatio
Liber
Libertinus
Libertus
Libertas
Liberè
Vindicare
Vindex
Vindicatio
Vindicta
Asserere
Assertor
Vlcisci
Vltor

Recreare

Sustentare
Reficere
Restituere
Restitutor
Restitutio
Reddere
Instaurare
Instauratio
Instauratiuus
Innouare
Renouare
Renouatio
Redintegrare
Redintegratio

Inter-

Interpolare
Referre

Exoriri

Extollere caput
Exurgere
Emergere
Respirare
Colligere se
Reuirescere
Reuiuiscere
Rediuiuus
Recuperare
Recuperator
Redimere
Redemptor
Redemptio.

Prosper

Prosperitas
Prospere
Secundus
Secundè
Felix
Felicitas
Feliciter
Beatus
Beatitudo
Beatitas
Beatè.

Bonus

Bonum
Bona
Bonitas
Melior
Melius
Meliusculè
Meliusculus
Optimus
Optimè
Optimas

Facultates

Copiæ
Copiosus
Copiosè
Fortunæ
Per fortunas
Opes
Opulentus
Opulentia
Potentia
Potens
Gaza
Diuitiæ

Diues
Diuitior
Ditior
Ditare
Locuplex
Locupletare

Habere

Poßidere
Possessor
Lucrari
Lucrificere
Commodare
Possessio
Peculium
Pecunia
Pecuniosus
Nummus
Nummatus
Nummatio
Nummarius
Denarius
Summa
Census
Questus
Questuosus
Lucrum

Compendium
Compendiarius
Compendiosus
Commodum
Emolumentum
Fructus
Fructuarius
Fructuosus
Vtilis
Vtilitas
Vtiliter
Inutilis
Inutilitas
Salutaris
Salutariter
Salubris
Salubritas
Salubriter

Prodesse

Conferre
Expedire
Conducere

Quærere

Acquirere
Parare

Comparare

Comparare
Asciscere
Accersire
Adhibere
Afferre
Gignere
Parere
Addere
Additamentum
Adijcere
Adiungere
Adiunctor
Adiunctio
Aggregare
Congerere
Congestus
Inferre
Referre
Refertus
Confertus
Confertim
Affingere
Attexere
Appingere
Coaceruare
Coaceruatio
Aceruus
Aceruatim
Cumulare
Accumulare
Cumulatus
Cumulus
Cumulate
Duplicare
Conduplicare
Conduplicatio
Duplus
Duplex
Dupliciter
Multiplicare
Geminare
Geminatio
Geminus
Amplificare
Amplificator
Amplificatio
Augere
Adaugere
Augescere
Adaugescere

Amplè
Amplius
Plus
Plusculus
Plusculum
Plurimus
Plurimum
Multus
Multùm
Multò
Impendio
Longe
Longißime
Multitudo
Multiplex
Immodicus
Ingens
Summus
Grandis
Granditas
Immanis
Insanus
Insania
Nimius
Nimium
Minus

Immensus
Immensitas
Profundus
Infinitus
Infinitas
Infinitio
Infinitè
Interminatus
Inexhaustus
Innumerabilis
Innumerus
Innumerabilitas
Sexcenti,tæ,ta.

Vti

Abuti
Vsus
Abusus
Vsus fructus
Vsura
Vsucapere
Vsucapio
Vsurpare
Vsurpatio
Frui
Potiri
Compos

Plenus
Plenitudo
Plenè

Opplere

Complere
Complementum
Implere
Replere
Explere
Expletio
Ingurgitare
Saturare
Satur.a.um.
Insaturabilis
Insaturabiliter
Saturitas
Satiare
Insatiabilis
Satietas
Satias
Satis

Fastidire

Fastidium
Fastidiosus
Fastidiosè
Tædere
Pertæsum
Pigere
Pœnitere
Pœnitens
Pœnitendus.

FINIS.

MINERVA.

